Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius

Augusti Varenii. D. Decades Biblicae In V. Librum Mosis : Qui Elle Haduarim Hebraeis Deuteronomion, Graecis & Latinis inscribitur Cuius Praeter orthotomiam analyticam, loca, difficiliora inprimis, ex consilio fontium explicantur

Rostochii: Richelius, 1675

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0001
DFG

Fd - 1122.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0002
DFG

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730126889/phys_0003
DFG

AUGUSTI VARENII. D.

DECADES BIBLICÆ
In
V. LIBRUM MOSIS
Qui
ELLE HADVARIM
Hebræis
DEVTERONO-MION,
Græcis & Latinis
inscribitur
Cujus
Præter orthotomiam analyticam, loca, difficiliora inprimis,
ex consilio fontium explicantur.
Et cum criticè, collatis translationibus & animadversionibus Interpretum, tum Theologicè, pro asserendo sensu genuino, & orthodoxiâ verè Catholicâ, contra obstrepentem veritati adulterum sensum, & truncatorem stilum, ipsamq; sic τῶν ἐξ ἐναντίας, heterodoxiam Interpretativam non minùs, quàm dogmaticam, vindicantur.

Bibliotheca Academiae Rostochiensis
Bibliotheca Academiae Rostochiensis

ROSTOCHII
Exprimebat JACOBUS RICHELIUS,
Apud qvem prostat
Anno clɔ Iɔc LXXV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0005
DFG

Celsissimo Principi ac Domino

KAROLO

Serenissimi Principis & Domini

DOMINI GUSTAVI ADOLPHI,

Ducis Mekleburgici

PATRIS PATRIÆ benignissimi

Domini Clementissimi

Filio hæredi

Duci Mekleburgico, Principi vetustæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comiti Sverini, terrarum Rostochii & Stargardiæ Dynastæ

Gratiosissimo Principi

Juxta vota ac spes omnium

generosa indole

Sublimi erectaq; mente, doctrinâ & virtute

In Spem Principatus crescenti,

& ad summum gloriæ fastigium contendendo

in SERENISSIMI PARENTIS plausus

& publica Provinciæ gaudia

ætatem suam prævertenti

Populi Mekleburgici delicio ac Amori.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0006
DFG



Malassunthã, Celsissime Princeps, Gothorum in Italiâ Reginam Procopius *lib. 1. de bello Gothorum & Leonardus* Aretinus *lib. 1. de bello Italico adversus Gothos*, tetigerunt, usqve adeo literarum doctrinam in bono Principe necessariam agnovisse, ut Athalaricum Filiũ, Regem, Theodorici illius bellicosi nepotẽ & in Occidentis Imperio successorem, adolescentem admodum, cùm aliis, tum latinis inprimis literis erudiendum, & ad omne boni Principis officium pulcherrimè conformandum, non Præceptoribus saltem literarum: sed & tribus delectis, Illustribus Gothorum Senioribus, qvi sapientiâ ceteris & humanitate præstarent, crediderit, hâc lege, ut ipse Filius, Romanorum ex institutis, ac Principum more, vitam de cetero duceret, & sub illorum Seniorum, (qvos Viros, gravissimos, & compositos, continenter adesse Athalarico voluit, & unà victitare) oculo & moderamine, in literis elegantibus, qvibus nihil æqve Reges deceret, ipse, spes Regni, proficeret. Ceterùm nec defuisse tunc, qvi qvasi pestilenti sidere afflati, negarint, literarum doctrinam in laude Principum ponendam, opinati potiùs, illâ frangi generosa pectora & omnem ingeniorum vigorem exstingui, illi ipsi non tacent Historici. Juvat nunc ex uno Aretino, rem gestam, & eventus illos legere, qvos prolixiùs recenset Procopius: *Gothorum*, inqvit, *Proceres ad Reginam veniunt, non placere, dicentes, Gothis, ut Rex eorum sub Magistris & Præceptoribus viveret, nec, ut senioribus traditus obtemperaret, decere magnum Regem Equos & arma, non seniorum frigiditatem aut Magistrorum sedulitatem meditari: non factum esse*

Regem, ut disciplinâ literarum populos doceat: sed ut bello & armis potentiam extollat. Regina, etsi illam non latebat, quorsum hæc tenderent, tamen, ne refragari videretur, eorum postulationi concessit. Adolescens igitur, æqualium conversationi traditus, brevi admodum tempore in lasciviorem vitam libidines ac ceteras hujusmodi voluptates transvectus est, matri verò usque adeo repugnans, ut nec alloqui illã, nec adire dignaretur. Non tulit dolorẽ ingentis Spiritus femina: sed tres Gothorum proceres, qui authores svasoresq; malorũ consiliorum fuerant, missis clam percussoribus occidi fecit, & Athalaricum quidem adolescentem sibi reconciliavit: sed, qui ex superiori vitæ lascivia in varias ægrotationes prolapsus, decimo octavo ætatis anno defunctus est.

Nihil attinet sive in Gothos illos, Virosad arma natos, qvorum congressum jam olim Alex. Macedo declinavit, Pyrrhus Epirota exhorruit, Jul. Cæsar detrectavit, & illorum qvædam barbara, nunc invehi, sive in Amalasunthæ, cordatissimæ sanè Reginæ, & supra sexus mensuram ingeniosissimæ Matris, laudes qvicqvam commentari. In ruborem sanè illa dederit *Ludovicum XI. Galliarum Regem*, de qvo Lipsius in not. ad lib. 1. Polit. *Ludovicus*, inqvit, *XI. Filium Karolum omnium bonarum artium esse rudem voluit, ne esset in consiliis capiendis refractior, & sui sensus tenacior. Et mehercule hoc est assecutus. Nam illum jam Regem duo tresve homunculi, & ex vilissimis illi, pro suo arbitrio circumegerunt, cum magnâ subditorum indignatione & damno.* In pudorem dederit Agrippinam, qvæ, Svetonio teste, *Neronem Filium à Philosophiâ arcuit, monens, illam imperaturo contrariam.* Et contraria sanè est imperaturo ex libidine & crudeliter: non imperaturo, piè, prudenter, feliciter. Neqve verò alio, Princeps Celsissime, animo hæc à me dicuntur, qvàm ut Tibi, Juventutis Principi, gemellam illam felicitatem, qvâ & nasci datum

tum, ab ingentis animi Principe, & ejusdem autoritate, præceptis institutisq; veræ virtutis & prudentiæ ad summæ fortunæ cultum erudiri, publicè gratuler, nec tuæ saltem Illustrissimæ prætextæ: sed & toti Sereniſſimæ domui & Provinciæ, ad qvam pertinent bona Principum. In illa, etsi molliore adhuc, ætate agis, in qvâ sublimis indolis & erectæ mentis semina, futuræ virtutis præludia sese magis magisq; prout in herbescenti segetũ viriditate, futuræ messis omina, bonâ fide ostendunt. In celestibus naturis non expectat Virtus annos: sed antevertit, & vel in primâ lunâ magnam statim lucem exserit. Qvocirca nec hortatore me opus, ut animum tuum majoribus maximeq; arduis Principatus negotiis, nec dum occupatum, literarum studiis plus ultra excolas. Satis amplis Doctoribus instructus es, Majoribus tuis, ipsâ doctrinæ laude non invidiam solùm: sed & mortale fastigium longè supergressis, qvorum exempla non poterunt non & animo semper obversari, &, ubi opus, illum suscitare, ut, ad qvod illi purpurati & formidandi majestate Reges ac terrarum Domini, virtute doctrinaq; incomparabiles, jam præiverunt, tu qvoq; tantorum Heroum generosa soboles, enitaris, regalis gloriæ, & perennaturæ famæ templum, illorumq; virtutes vel æqves vel (si auctarium admittunt) exsuperes. Sed cui obtinendo, nõ exuendi Magistri, cùm muti illi, tum, qvos illi contemtores literarum Gothi in ludibrium, Pædagogos appellarunt, vivi: non exautorandi Seniores illi, juventutis Regiæ accuratè formandæ Moderatores & sapientiæ Consulti. Nulla sanè dies oblivione delebit memoriã MAGNI III. Tritavi tui, ingenii doctrinæq; laude inclytiſſimi Principis, & huic Avi cùm JOHANNIS Ducis Mekleb. electi Sveciæ Regis, unà cum ALBERTO, ALBERTI Regis Sveciæ, & Ducis Mekleb. Filio, ante annos 256. fundatoris hujus Academiæ, tũ Parentis, HEN-

RICI Crassi anno 1432. fundatoris Facultatis Theologicæ, ALBERTI atavi, qvi in augustissimis illis Augustanis Comitiis (anno 1530. tale meritissimo suo encomium reportavit: In tanto Principũ in splendidissimis illis Comitiis comparentiũ cœtu, nullũ Principum, staturâ decorâ, & eloqventiâ, parem fuisse ALBERTO MEKLEBURGICO, qvi & S. Rom. Imperii autoritate, politissimâ latinâ peroratione, Europæos Reges & Principes exceperit, non sine stupore audientium) JOHANNIS ALBERTI Abavi tui, Academiæ anno 1557. Judicii & Consistorii Provincialis, anno 1570. instavratoris glorioſissimi, in qvem illud extat superadditum tumulo carmen:

Non fuit hoc melior Princeps, nec doctior ævo
Nec patriis terris qui bona plura dedit
Illustrem verbi lucem, quâ sidera adimus
Primus hic in totâ gente vigere jubet.

Sed & ULRICI & KAROLI I. in ipsâ sede ducali Gustroviensi Principũ, meritis in Academiam, qvam divus ULRICUS, alter Trajanus, novissimè anno 1599. præsens Visitatione desideratissimâ illustravit, alter autem KAROLUS ita doctus, ut, qvod est difficilimum, ex sapientiâ modum teneret, vigilans de cetero & serius, accommodatâ Ducali autoritate confirmavit, splendidissimorũ, JOHANNIS Proavi, qvi in *Epitaphio, totius Provinciæ* elogiis celebratur, *quod â puero literis eleganter excultus, Pacis & justitiæ Amator & defensor, Ecclesiarum & scholarum fuerit nutricius, in omni bono opere laboriosus.* Habes præter Avum magnanimum, principem nunqvam sine honoris præfatione commemorandum, expressissimâ Regum Principumq; Anteceſsorũ omnium imaginem Serenissimum Parentem tuum, qvi Adolescens olim, tantâ pernicitate per spatiosissimos doctrinarum & cœlestis qvoqve, qvæ sola in æternitatem abit, sapientiæ, campos decurrit, tantâ aviditate sacrum illud nectar & ambrosiam havsit, ut in hoc studiorum genere principes omnes longo post se intervallo reliqverit, igneoq; sic ingenio, & pectore benè præparato, post longè discreta terrarum

rum loca, post, tot gentium & populorum ingenia, mores, federa sive Oculis & auribus, sive animis qvoqve fidelibus usurpata, terris suis redonatus, ex qvo ad gubernationem antiqvissimi Patrimonii animum appulit, ne qvid res literaria detrimenti caperet, sedulò circumspexerit, operamq; dederit, dubium relinqvens, utrum principatus aviti, Regum qvondam patrimonii, amplitudine, an celsissimâ mente variaq; doctrinâ eminere magis voluerit? Præcipuè tamen illa, tanti Parentis gloria, nec tua saltim illa, PRINCEPS: sed totius populi felicitas, est, qvod, qvam jam antea JOHANNI primogenito, illam, postqvam illi terris extincto, pro terrenâ principum gloriâ, festinata immortalitate, ad qvam contendebat in terris, illa amaranthi corona reposita est in cœlis, tibi Hæredi Principi accommodaverit, accuratiorem longè, qvam Amalasuntha qvondã suo Athalarico, Principis Parẽtis solicitudinẽ, nec Informatorẽ saltim clarissimum: sed & interioris admissionis, & summæ in palatio suo dignationis Heroas, longo rerũ & consiliorum usu probatos, ex qvibus duos saltim nunc in transcursu veneror, Illustrem DN. DITERICUM de Luhe, & postqvam ille beatum jam in cœlis ævum degit, Generosissimum, qviq; Parentis adolescentiæ qvondam Moderator summâ meritorũ laude fuit, DN. FRIDERICUM DITERICVM â Kappeln/ supremũ aulæ Magistrũ, ad illustrẽ tuam prætextã sic conformandã gubernandamq;, ut aliqvãdo gubernaculo admotus, Gubernatoris & Principis consumatissimum dares instar & exemplum, delegerit. Macte isthâc gloriâ! Macte isthâc felicitate, qvâ sic â teneris, ductu Generosissimorum & Excellentissimorum Virorũ, artibus omnibus, qvæ sive ad virtutem, cujus caput PIETAS est, sive prudentiam, sive splendorẽ Principis exeunt, eruditus, probeq; formatus, sapientissimi Parentis consilio & sermone firmatus, eniteris nunc ad illa, ad qvæ præivére tot trabeati majores tui, sapientiæ gloriæq; templa. Licet igitur sciã, ad ista, tibi, Princeps clementissime, in illustrissimâ sangvinis tui familiâ, nec defuisse unqvam, nec, ubi magis etiam adoleveris, defuturos, qvi potentiùs me loqvantur, & præter illos, qvorum in te sangvis influxit, non deesse, qvi plus autoritate valeant & doctrinâ, Antecessores, nõ ingratũ tamen fore confido, qvod inter illos, qvos Sereniſſimi Parentis, fidelibus obseqvii devotissimi nexibus, obstringit

git

git bonitas, gradu qvidē & censu multis impar, animo tamē & affectu nulli secundus, Celsissimo tuo Nomini, qvod toties in sacris nostris publicis & privatis, cœlo, penetrantissimis precibus commēdavi, qvodq; post magni Parentis nomē, intra cordis adytū devotissimè colo & veneror, coram orbe erudito, publicâ DEVTERONOMII, ex consilio fontium explicati, inq; usus Theologicos, illos inprimis, qvos Apostolus 2. Tim. 3. 16. appellat θεόπνευστον & ἔλεγχον derivati, dedicatione, animos submississimos testari voluerim, & hâc fine, qvæ animo pariter & calamo sese insinuarunt, superiora perorare. Celebratur suo merito illud, qvod sapientissimus Regum, nunc Britanniarū Regis KAROLI avus, Jacobus VI. (at qvantus Rex? qvi, Vossii, Viri summi, judicio, tam variâ maximarum rerum scientiâ qvicqvid Regum â mille annis, mille verò? imo, absit invidia dicto, qvodcunqve â Regis Salomonis temporibus fuit, longè superavit) KAROLO filio Britanniarum Monarchæ futuro, abundantissimum veræ virtutis ac prudentiæ præceptis reliqverat Δῶρον βασιλικόν. Cæterùm mensurā tāti nominis magis implet, DEVTERONOMIUM, sacer omnibus, & inprimis Principi, liber, qvem sc. Supremus, cuius reges in ipsos imperium, rerum arbiter & moderator, nocturnâ juxta ac diurnâ versari Manu præcepit, qvem non saltem non ab ore Principū recedere voluit: sed & propriâ manu ex *authentico*, cujus *custodia* penes sacerdotes, *describere*, nec *describere saltem*: sed & *legere in eo omnibus diebus* vitæ *suæ*, *ut discat timere DOMINUM Deū suum, observare omnia verba hujus legis, & statuta ista, faciendo ea, ne efferatur animus ejus præ fratribus suis, nec recedat ab illo dextrorsum aut sinistrorsum*, UT PROLONGET DIES suos IN REGNO suo, IPSE ET FILII EJUS Devt. XVII. 18. 19 20. Nec aliud, Celsissime Princeps, meum nunc votum, qvàm ut Deo, intelligentē divini humaniq; juris mentem largiente, sub Sereniſſimi Parentis oculo, erescas occulto velut arbor ævo, vel ultra KAROLUM Mekleb. I. et sū Davidis septuagenarii annos adeptum, ætate, gloria autem & fama nominis, sive supra omnes, sive nullo minor.

Dabam Rostochii ex Mososelenio prid. Id. April. a cIↃ IↃC LXXV.

Sereniſſ. Karolini nominis cultor devotiſſimus.

AUGUSTUS VARENIUS, D.

IN DEVTERONOMIUM,

DECAS I.

LOCUS I.

Libri *Onomatologia, Chronologia, Topographia, Oeconomia*, ex c. I. 1.

§. 1.

QVia populus ille novo, in deserto sive natus sive educatus, & jam in certos ordines & NUMEROS distributus, in datâ receptaq; jam ante à Patribus, ad montem Sinai, Lege (cujus tunc promulgatæ, sive nondū nati, sive per incapacitatem ætatis, idonei satis Auditores non fuerant, vel esse non poterant) fuit informandus, confirmandusq; (conf. Deut. 2. 14. 15. 16.) & opus adeo novâ *præceptorum s. verborum Legis* propositione, præcipuarum legum solidiori explicatione & applicatione, universaliq; qvâdam δευτερώσει *s. iteratione*, inde apud Hebræos liber hic nomē obtinuit, sive uti à vocibus duabus prioribus appellaretur אלה הדברים i. e. *hæc sunt verba illa* s. ut ex c. 17 18. diceretur משנה התורה *s.* δευτέρωσις νόμε, unâ voce Græcis Δευτερονόμιον. Unde & hujus, cum præcedente, libri, *nexus* constat, & *Onomatologia*, qvi & dici poterat ביאור התורה i. e. *Legis explanatio* vel *plenior explicatio* ex c. 1. 5.

§. 2. *Tempus* publicationis, totiusq; illius δευτερώσεως, & actorum cæterorum novissimorum Mosis colligitur ex c. 1. v. 3. 4. & libro Jhosuâ c. 4. 19. c. 5. 10. Scilicet continet acta *s. dicta & facta* Mosis ac Israelis, jam inde à d. 1. m. 11. anni 40. adusq; finem *quadragenæ* illius annorum famosæ, *in deserto*, sic ut non solùm exiverit hæc in actis Deuteronomii: sed & cœperit annus 41. ex qvo dies priores 6. includuntur adhuc XXX. illis diebus planctus Israelis, ob funus Mosis. Scilicet, à posteriori putando, ante vesperam Paschalem d. 14. mens. 1. anni 41. (vid. Jhos. c. 5. 10.) dandi

circiter 4. dies *circumcisionis* Sacramento (à v. 2. ad v. 8.) Facta adeò illa, die 11. m. 1. porrò die 10. *ex Jordane adscendenant* c. 4. 19. addantur dies 8. & 9. s. *biduum præparationis* Jhos. 1, 11. c. 3. 2. & pervenietur ad diem 7. mensis 1. qvo reversi in castra exploratores Jerichuntini, jam antea intra 30. dies planctus funeralis emissi conf. c. 2. 1. 22. porrò abstrahantur 30. dies planctus illius Deut. 34, 8. & pervenietur ad diem 7. m. 12. qvi fuerit fatalis & funeralis Mosi c. 34, 1. 5. 6. (non autem dies 9. Mensis 11.) prout dies 1. m. 5. lethalis Ahroni Num. 33. 38. Initium autē historiæ Deuteronomii incidit in d. 1. mens. 11. anni 40. (c. 1. 3.) E. intervallum hujus libri s. temporis illius est mensis undecimus integer, cum septem diebus solidis ex mense 12. (adusq; mortem Mosis, qvæ novissimum est hujus libri argumentum c. 34, non ab alio qvam ab ipso Mose Propheta θεοπνεύστῳ, non ex naturæ defectu: sed speciali Dei ordinatione & consilio, mortuo c. 34. 7. consignatum, æqvè, ac qvod habetur Deut. 2, 12.) seu bimestre novissimum novissimi in illâ qvadragenâ anni, cum diebus solidis sex ex m. 1, a. 41. (si includantur 30. dies planctus) falsumq; adeò historiam Devteronomii pauculorum (sc. 9. saltim) dierum historiam continere. LOCUS, in qvo Moses hunc sermonem panegyricum peroraverit, constat ex c. 1. 1. 5.

§. 3. Notetur in illâ Topographiâ (1) Illud בעבר respectu Mosis tunc Oratoris & Scriptoris, non reddendum erat: Jenseit dem Jordan; sed: disseits am Jordan/ secundum Jordanem, sicut terram reliqvam trans Jordanem oculis qvidem jam usurparent: sed pedibus nondum calcarent. (2) Illud סוף מול non rectè: gegen dem Schilffmeer. Nec enim dicitur מול ים סוף i. e. è *regione maris algosi* s. rubri: sed è regione סוף. Suph sc. fuit regio juncaria campestris à Jardene fluvio ad Arabiam desertam pertinens, olim Moabitarum, inde Emorrhæorum, & his, victis, Israelitarum. Cujus mentio supra Num. 21. 14. Porrò circumscriptio loci specialis datur juxta 4. plagas mundi sc. 1. à meridie *Pharan*, & in magno illo deserto oppidum *Dizahab*, (2) à septentrione *Topbel* (Pella) (3) ab occidente, præter Jordanem ὀρθο-

γραμμῶς

γεαμμῶς occidentalem, *Laban* (Libyas) (4) ab Oriente Chazeroth (Gaderim) conf. c. 1, 1.

§. 4. Oeconomia & summarium libri sic habet: Deus universam Israelis concionem s. panegyrin, internuncio Mose, per ביאור התורה i. e. *dilucidam* legis *explanationem* vid. v. 5. c. 1. informaturus, & in obedientiâ confirmaturus (1) populum breviario aliqvo Historico, per propositum memoriale admirandi Itinerarii, & in illo rerum gestarum ac beneficiorū perceptorum, præparat, adusq; c. V. (2) Repetita historiâ promulgatæ olim Patribus in Sinai Legis, ipsoq; Decalogo magnâ voce pronunciato c. 5. legem universam explicat sc. *moralem* à c. 6. ad c. 14. *ceremonialem* ad c. 17. *forensem* ad c. 27. (3) Superiora omnia tum respectu populi tum respectu Legis obedientiam postulantis confirmat, idqve (1) per signa publica c. 27. (2) Promissiones & minas c. 28. (3) Per assertionem veritatis & divinæ confederationis c. 29. & 30. Deniqve (4) totam & hujus & superiorum librorum, universiq; ministerii Mosaici historiam obsignat (1) per solennem Mosis resignationem & novi Ducis (Jhosuæ) institutionem c. 31. (2) Per Magnificentissimam in solemni Cantici formulâ protestationem c. 31. & 32. (3) Per tribuum benedictionem c. 33. (4) Per mortem, funerationem & parentationem MOSIS c. 34.

§. 5. Habet adeò Devteronomium instar plenissimæ concionis, majore parte Legalis, cujus (1) Præambulum s. Exordium qvo ad reverentiam & audientiam præparat, datur c. 1. 2. 3. 4. (2) Thema s. propositio, ipse DECALOGUS, velut omnium ceterarum legum fons & oceanus c. 5. (3) Confirmatio partim e. c. à fiduciâ in Idolis & propriæ justitiæ meritis (conf. de illâ c. 6. 14. c. 7. 3. 4. 5, de hâc c. 9. 4. 5.) dehortatoria, partim adhortatoria, ad fiduciam in solo Deo & obedientiam legum, qvæ ex illo fonte Decalogico deducuntur à c. 6. ad c. 29. v. 18. (4) Confutatio Atheistarum à v. 18. ad fin. c. 30. (5) Conclusio, qvorsum referenda valedictio Mosis per Jhosuæ successoris solemnem præsentationem, protestationem, canticum, benedictionem, mortem, à c. 31. adusqve finem libri.

LOCUS II.

Orthotomia Exordii in capp. 1. 2. 3 4.

§. 1. Exordium illud præparat animos Israelis ad audiendam orationē legalem, idq; I. generaliter, per propositionem s. recordationem beneficiorū (1) Irenicorum, s. tempore pacis collatorum. c. I. (qvæ memorantur, suppositâ inscriptione, à v. 1. ad v 5. (1) Ad terram promissam compendio intrandam divina vocatio adusq; v. 9. (2) Politiæ & Judicii sive Magistratus institutio adusq; v. 19. (3) Exploratorum, postulantibus Israelitis, ablegatio, qvæ unà cum eventu describitur inde ad fin. c. 1.) 2. Bellicorum s. tempore belli præstitorum, c. II. ubi Indiculus 1. populorum privilegiatorum sc. (1) Edomæorum ad v. 9. (2) Moabitarum, ad v. 17. (3) Ammonitarum, inde adusq; v. 24. 2. Debellandorum, sc. (1) Sichonis, cujus belli, causæ adusq; v. 31. bellum s. prælium ipsum cum eventu, describitur inde ad finem capitis II. (2) Ogi, Baschanis c. III. (ubi describitur ipsa 1. Ogi debellatio ad v. 12. (2) Terræ occupatio & hypothetica designatio adusq; v. 23. (3) Mosis pro transitu in terram trans Jordanem frustrata supplicatio à v. 23. ad f. c. III.

§. 2. Præparat II. specialiter, c. IV. per (1) inculcatam, sapientiæ & obedientiæ legalis, gloriosam populo, necessitatem adusq; v. 10. per (2) Historiæ primæ promulgationis summariam repetitionem, inde adusq; v. 25. per (3) vehementissimam Mosis de pœnâ inobedientium protestationem, qvæ formaliter proponitur à v. 25. ad v. 29. eventualiter ex hypothesi pœnitentiæ à v. 29. ad v. 32. comparativè, respectu admirandorum Dei præteritorum in hâc gente, cum rebus gestis aliarum gentium à v. 32. ad 41. per (4) singularissimā Dei in infligendis pœnis terrestribus discretionē, qvi, c. c. ne casu homicidæ, habeantur pro voluntariis, & velut contumaces legis transgressores mortis supplicio pereant, prospexerit his de Asylis à v. 41. ad 44, unde jam seqvitur transitio ad propositionem, ipsumq; Textum Decalogicum perorandum à Mose, adusq; fin. c. IV. & v. 6. c. V. unde incipit DECALOGUS.

LOCUS

LOCUS III.

Institutio Magistratus Politici. c. I, 15.

§. 1. Qvæ à v. 9. de institutione Magistratus Politici ἱστορικῶς repetuntur, intelligenda sunt, non de *Judicio statu* τῶν LXX Seniorũ, formato, postqvã emigratũ è Sinai, occasione murmurationis secundæ: sed de *judicio civili* s. *Magistratu Politico*, instituto in primo populi adventu in Chorebi montana, Monitore Jethrone, & respectus adeò hîc non ad historiam Num. c. 11. sed Exod. 18. velut parallelam. Unde h. l. non mentio LXX. Seniorum: sed *Chiliarcharum, Centurionum, quinquagenis*, item *denis, præfectorum:* qvorum illos qvinqvagenarios, hos autem, qvos aliàs Decuriones appellare poteras, DECANOS nominat Vulgatus, voce in LL. Græcis æqvè ac Latinis haut ignota, qvomodo & in C. Theod. περὶ δεκανῶν & in Cod. Justin. peculiaris extat titulus de DECANIS. Qvi sc. ex Ministerianis in palatio, decem militibus præerant & forum sortiebantur apud illustrem *Magistrum officiorum*, ac Consulari s. *Clarissimatus* dignitate perfruebantur, sic, ut & *accessione loci decemprimorum* &, ubi *ad primum militiæ gradum pervenerant, Primiceriatus officio* honorari potuerint, & adeò ex *Clarissimis* adscendere ad *spectabiles*, hi in aulâ Principis DECANI dicebantur vid. l. 2. C. de Domesticis & protectoribus l. 1. & 2. Cod. de DECANIS. Ita hîc in militiâ sacrâ, qvi 10. præerant Israelitis, satis eleganter appellantur à Vulgato DECANI.

LOCUS IV.

Mora in Kades. Privilegium Edomæorum. C. I. ult. c. II. v. 4. 6.

§. 1. In v. ult. Vulgatus membrum 2. omisit, qvia pro Pleonastico habuit. Secutus eundem in versione Lutherus, simpliciter reddidit: Also bliebet ihr in Kades eine lange Zeit: addendum ex fontibus: nach den Tagen (nach der Zahl der noch wohlbekanten Jahr und Tagen) so ihr daselbst geblieben/ conf. Deut. 2. 14. Benè Rabbini illud ישבתם i. e. *consedistis*, reddiderunt, per נתעכבתם s. *commorati estis*.

§. 2. v. 4. Qvod in fontibus est: ob sie (die Kinder Esau) sich

ſau) ſich gleich für euch fürchten/ ſo verwahret euch doch mit Fleiß (ſehet euch deñoch wohl für) Modus ſ. ratio ſpecialis illius cautionis explicatur jam v. 5. ſc. ne qvid hoſtiliter in illos agant nedum ferro ſibi tranſitum patefaciant. Nec opus v. 6. ſumere interrogativè, ut reſolvatur negativè, prout monuit Druſius: *An cibum compararetis & aquam emeretis ab illis pecuniâ?* Neqvaqvam: *quia ſc. ille Deus, qui per 40. annos tecum in horrido illo deſerto fuit, & nullius te rei indigum reddidit*, ne nunc qvidem eò devenire permittet, ut pecuniâ tibi proſpicias *de cibo & potu*. Legitimatur nexus v. 6. & 7. etiam ſine tali modificatione violentâ.

LOCUS V.

Sponda, Ogi. c. III. 11.

§. 1. Sponda Ogi, Regis in Baſchan, in urbe Rabbath Ammonitarum reſidua deſcribitur (1) qvod fuerit *ferrea*. (2) Qvod 9. *cubitos longa*. (3) Et qvidem אמת איש id eſt, *cubito Viri*, etſi non האיש, ſic ut notetur Viri maximi cubitus: ſed qvalis ordinariè eſt virilis. Chald. tamen per אמת מלך ſ. *cubitum Regis* i. e. *Regium* ſ. majorem reddidit, qvi ſc. communi cubito tribus digitis major eſt, prout Geometricus communi ſex partibus. Geometricus ſc. tantum valet, qvantum 6. noſtri cubiti. Cubitus Moſaicus, vel legalis, continebat ſex palmos. Hoc loco non cubitus Ogi, vel Giganteus: ſed mediocris, pro ratione hominum illius temporis notatur. Satis enim ad immaniorem ſtatum, longum eſſe 6. mediocribus cubitis, & adeò ſpondam habere 9. cubitorum. Qvia enim Spondæ tertiâ parte longiores hominibus fieri ſolent, inde ipſum Ogum ſexcubitalem fuiſſe, concludunt Hebræi: & qvia cubitum intelligunt Giganteum, inde propter *gravem corporis molem ſpondam habuiſſe ferream, quia non ferebat eam lignea*. Qvin, qvia *ſponda Ogi*, in metropoli Ammonitarum, inter λείψανα veterum Gigantum cenſetur, & ipſe Og ſolus ex illis Gigantibo, per Ammonitas victores, ejectis, reliqvo inferunt inde: Ogum imperaſſe qvidem, non minùs ac Sichon, Emorrhæis: ſed domo vel gente Emorrhæum non fuiſſe, qvin unum ex illis Ammonitarum Anteceſſoribus gigantibus *Zamzummæis*, paulò, ante adventum Iſraelis, ex ipsâ metropoli ejectis, prout *Emæi*

ut *Emæi* à Moabitis, *Choræi* ab Idumæis, *Evæi* à Caphthoræis conf. Deut. 2. 10. 12. 22. 24. in qvibus bellis præludia qvædam fuerunt, bellorum Domini, & judiciorum exercendorum in septem gentes: ut tamen appareat satis, & à Sichone, & ab Ogo Regibus Emorrhæorum c. 3. 8. ulturis injuriã, suis Gigantibus, vel Regibus illatã, paulò post, & ante adventum Israelis, rursus ampliſſimas terras ereptas, qvas ab his iterum obtentas, jure belli tenuerunt Israelitæ. Porrò, utraq; terminatione rectè dicitur & cubitus & *cubitum*, conf. Vossius in l. 1. de *Anal*og. p. 557. utraq; etiam usus Hieronymus Comm. in Ezechielem c. 4. & seqq. ut frustra alteram terminationem soloecismis imputaveris.

LOCUS VI.

Precatio Mosis, cum repulsâ divinâ. c. III, 23.

§. 1. Merentur observari, qvæ ex mente suorum Antecessorum, sana, fideiq; Judaicæ præjudicantia hîc notavit Raschi: Consensus Paraphrastarum Chaldæorum est, in התחנן notari *ardentissimam miserationum Domini implorationem s. precationem*, & qvia hæc cum confessione indignitatis & culpa conjuncta, qvandam simul culpæ *deprecationem*. Addit Rabbinus: אין חנון בכל המקרא אלא לשון מתנת חנם i. e. *Non occurrit in scriptum vox* התחנן, *nisi, ubi petitur aliquid gratis sine ullo nostro merito*: אעפ שיש להם לצדיקים לתלות במעשיהם הטובים אין מבקשים מאת המקום אלא מתנת חנם i.e. *licet alicubi fortè possint justi inniti suis bonis operibus, tamen, ubi apud Deum agitur, non sunt precatores per propria merita: sed per merè gratuitam & indebitam misericordiam*, allegato illo Dei ad Mosen Exod. 33 19. *Miserebor cujus miserebor.* Applicentur hæc ad preces Mosis *ingressum terræ promissæ* trans Jordanem, precantis vehementissimè à v. 23. unde & notatum, Mosen usum nomine utroq; divino & altero in punctatione plurali sc. אֲדֹנָי יְהוִה v. 24. qvo imploretur Deus, ut qvod facere posset, per vindicatricem justitiam (Num. 20. 12. 14. c. 27. 14.) non faciat per inexhaustam misericordiam, atqve adeò, qvem excludere posset à terrâ *illâ optimâ, quæ est trans Jordanem, monte isto optimo, & Libano*, non excludat. v. 25. Qvàm hæc abeunt

ab illis

ab illis Papistarum hypothesibus de *merito condigni*, & congrui, & utroq; non saltim in ordine ad *bona temporalia* (qvale illud in voto Mosis) sed & *æterna* s. ipsam *gratiam & cælestem gloriam*, duplici titulo, Christi sc. & *propriis satisfactionibus* ac *meritis* obtinendam! Conf. Bell. l. 1. de purgat. c. 14.

§. 2. Porrò per ההר הטוב *montem illum optimum*, sive montem *Sion*, sive tractum montanum Hierosolymitanum, s. *montes Moria:* per Libanum, sive ipsum sanctuarium, ex arboribus Libani ibi exædificandum, sive, ipsum collem, cui super struendum aliqvando templum, intelligunt Paraphrastæ, qvomodo Libanum per בית מקדשא Onkelos, Jonathan montem *illum optimum*, per *montem* Sion, cui super imposita Jerusalem, certè pars superior: Libanum autem, per collem, in qvo habitatura esset divinitas, reddidit. Nihil opus his subtilitatibus. Sanctuarium, qvod tunc nondum extructum, nec in propinqvo extruendum erat, Moses, ut videret, optare non poterat. Jerusalem præterea, unâ solùm parte in monte sita, alterâ in valle. Rectiùs ergò per: *Montem illum optimum*, tractus ille montanus Sion, cum clivo Moria: per *Libanum*, ipse mons notus, altitudine æqvè ac cedris, abietibus, cyparissis, thuris odore fragrantissimis celebratus, intelligitur, qvi proinde velut præcipuus montium, & tanti cacuminis, ut inter summos ardores æstivos opacus sit & fidus nivibus, nominatim exprimitur.

LOCUS VII.

Grotius & Papismus notatus, in judicio de traditionibus. Praxis pietatis. C. IV. 2. 6. 7. & seqq.

§. 1. Dictum illud in v. 2. non *opponi traditionibus scripturæ interpretantibus, nec præceptis humanis legem sapientibus*, monuit Grotius, qvod propter fermentum Papisticum cautè legendum. Si enim traditiones tales herminevticæ, sint verus sensus legis scriptæ, jam nihil aliud sunt, qvàm ipsa lex scripta, & sic nemo unqvam talem sensum traditum opposuerit interno sensui legis, seu ipsi legi: præcepta qvoq; humana, modò non imperent, qvæ contra pietatẽ & contra bonos mores, ac populi salutẽ, consistere posse, & si à Magistratu

publicentur, vim legis habere, cui obediendum, non solùm *propter imam: sed & conscientiam*, nemo negaverit: ceterùm alia ratio præceptorum humanorum, ubi sub opinione cultus, necessitatis, meriti, conscientiis obtruduntur: qvibus sanè, ut & qvibuscunq; traditionibus, etsi non contra scripturam, tamen præter scripturam, pari cum illâ necessitatis, pietatis & reverentiæ obligatione suscipiendis, omninò dictum hoc Mosis opponitur, & ita Dominis Papistis, judicio Cassandri, Acatholicis, ex h. l. & Devt: 12. 32. fortissimè contradicitur, prout factum in coll. Ratisbon.

§. 2. Notetur copula *observandi* & *faciendi*, ubi de *præceptis Divinis sermo* v. 6. Observatio sc. illa non est Theoretica, nec dicit: sed supponit γνῶσιν, imò ἐπίγνωσιν, & hâc adeo suppositâ dicit ipsâ praxin, prout tota Theologia, cùm communis illa omnium verè fidelium, tum propria Doctorũ, est maximè practica, unde & τὸ πιεῖν ante διδάσκειν ponit Servator Matth. 5, 19. c. 7. 24 Act. 1, 1. & alibi conjungit τὸ ἔχειν καὶ τηρεῖν Joh. 14 21, qvin & obstaculum *intrandi per portam angustam*, non solum ponuntur *Pseudoprophetæ*: sed & qvi dicunt qvidem, *Domine Domine! sed non faciunt voluntatem Patris cœlestis*, qvi, qvantorumcunq; ceteroqvi fuerint meritorũ & excellentiarũ, sibi ipsis præcludunt portã cœli Matth. 7, 14 15 21. *Sapientia* sc. Israelis, & uniuscujusq; cultioris gentis est, leges bonas nõ solũ habere vel scire: sed observare qvoq; & *facere*: unde jã illud epiphonema populorũ, qvod in fontib⁹ habet exclusivã ק & *nominativos tres articulatos* in subjecto (cui prout Logicè ita Philologicè magis convenit articulus, qvàm prædicato) nominativos *tres non articulatos* in prædicato: sc. Eben dieſes groſſe (herrliche) Volck iſt allein/ ein weiſes und verſtändiges Volck. Conciliatur facile versio Germanica.

§. 3. In v 7. notetur duplex oppositio 1 inter אלהים *gentium* & *DOMINUM DEUM Israelis*. 2. inter alias gentes & gentem Israelem. Tertium illud, in qvo opponuntur, hîc est 1. *Deus propinquus*, v. 7. (2) Majestas legum v. 8. & per illam præsentissimi invocantibus Dei, & LL. gloriã *populus magnificus*. Talis adeò præsentia Numinis ac majestas LL. & per utramq; gloriæ materia, gentibus denegatur, qvalis de Deo Israelis & per hunc ipsis

Israelitis prædicatur. Rectè Lutherus sensū, etsi vocē אלהים semel expressit *pluraliter*, semel *singulariter*. Facit pro illo contra Iunium (1) thesis comparativa v. 6, 2. positus & 3. accentuatio.

§. 4. In fine v. 9. Lutherus *membrum* 2. trajecit ad sequentem v. 10. & reddidit, ac si esset in fontibus v. 10. והודעת לבניך ולבני בניך את היום, cum & in fontibus sit הודעתם cum affixo reflectente verbū actus ad objectum antecedens: Du solt dieselbe Geschicht deinen Kindern und Kindes Kindern kund thun/ & illa referenda ad v. 9. illud autem את היום ad v. 10.

LOCUS IIX.

Idololatra corruptus & corrumpens. Grotius notatus. Cultus astrorum interdictus ex c. IV. 19. 20.

§: 1. משחית s. *corrumpens*, κατ' ἐξοχήν dicitur Idololatra, sive qvicunq; facit imaginem ad cultum religiosum sive pingat, sive fundat, sive sculpat, sive sint imagines simplices, sive protuberantes conf. c. 4. v. 16. cum v. 25. sive prototypi supernatis, sive infernatis, qvia interdicitur factura תמונת כל s. cujuscunq;, rei similitudinis v. 16. sive terrestris ejusdemq; sive humani v. 16. sive bruti terrestris v. 17. sive aqvatilis v. 18. sive cœlestis v. 19. e. c. Solis, Lunæ, Stellarum, qvæ sc. *luminaria Deus distribuit omnibus populis sub omni cœlo.* Luth. noster. welche der HErr dein GOtt verordnet hat allen Völckern unter dem gantzen Himmel. Vulgatus: *Quos* (exercitus cœli) *creavit Deus in Ministerium cunctis gentibus*, Notavit hîc Vulgatum Grotius, qvi de suo addiderit, voces: *in ministerium*, ne sc. *data putarentur ad cultū*: at nō satisfeciisset Vulgat°, si sine tali addito reddidisset: *creavit*, cum in fontibus sit חלק i. e. *impertitus est*, *divisit*, *distribuit*, cui magis convenit illud: *Creavit in ministerium*, (hoc ipso sc. qvo usum illorum inter omnes sub cœlo gentes distribuit) qvàm simplex *creavit*.

§: 2. Maluisset sanè Grotius, pro illo *in ministerium*, positum à Vulgato fuisse: in *cultum*, unde nec ferre potest, adjectum: *ad lumen præbendum*, qvod reperitur apud Hascuni: & mallet additum

ditum illud, qvod in Dialogo Justini cum Tryphone: ὡς τὸ σεσημανθαι αὐτὸν, sic ut intelligatur de *cultu astrorum, ante tempora Evangelii in aliis gentibus minùs rectè institutis permisso* s. *nullâ lege represso*, vel saltim, *exinde, quod non tam astra religiosè colerent: quàm Deũ in astris potentem, excusato, Ismelitis autem, quia talis cultus, etsi non noxius, tamen nocere posset, interdicto.* Qvorsum hæc tendant, facilè apparet. Statuit alibi Grotius, interdictum de *imaginibus ad cultum faciendis Decalogicum* esse merè ceremoniale & nationale s. obligans solam nationem Judæorum, nec obligasse illos, nisi qvoad imagines extantes s. *protuberantes*, cum & ad *Chrubinos* invocatus, cultusq; in illis Deus fuerit: nec adeò illâ Decalogi lege obligari gentes Christianas, qvæ licitè possint imagines ad cultum facere, s. Deum in imaginibus religiosè colere, vel (qvod Grotio idē) *imaginibus* sese *flectere, adorare coram imagine*, planè prout Gentiles ante tempora Evangelii potuerint Deum in astris colere, ut sic non Israelitarum solùm in vitulis aureis verum veri Dei cultum intendentium, non Pontificiorum solùm: *sed & ipsorum* Gentilium δεισιδαιμονία vel εἰδωλολατρεία sive excusetur s. absolvatur à Grotio, nec Israelitæ peccaverint, nisi, qvia id post legem positivam, de non sculpendo ad cultum.

§ 3. Falsum autem, præceptum de non faciendo ad cultum imagines, esse merè ceremoniale, nationale, temporarium, positivum: cum omninò sit universale, morale, naturale, perpetuum, qvodq; & notum fuit & obligavit ante promulgatum Decalogum. Agnovit Seldenus l. 2. de jure naturali gentium, imaginum *ad cultum*, usum fuisse interdictum posteris Noachi ante legem, licet eis fuerit permissum jure communi, picturam, statuariam, sculptoriam, cælaturam exercere, extra sacra & cultus rationem: atq; adeò in tantũ verus & perpetuus Legis illius sensus: sc. *signum religiosum s. simulacrum, cultus causa nequaquam faciendum*, notus fuit Gentilibus e. c. Noachidis, longè ante latam legem & illius Legis naturalis & moralis transgressio fuit princeps causa *exerciti in gentes perseveri judicii* divini & exterminii. Qvin agnovit Grotius ipse ad c. 4. v. 15. imagines ad cultum factas oppugnatas

ab *Empedocle, Ammonio,* &, teste Tacito, non à *Judæis* solùm: sed & veteribus *Germanis, Romanis, Numa, Pythagora,* simulacra sublata, ubi & contra talem imaginum in sacris usum, citat *Plutarchum, Antiphanem, Xenophanem, Colophonium,* qvibus illud extra Legem positivam notum fuerit, sc. per discursum, sub lumine rationis, talem, qvalem Paulus in Areopago peroravit Act. 17. 23. 29.

§. 4. Licet autem nec in fontibus dicatur hoc loco, *exercitum cœli* distributum omnibus populis, *in ministerium,* nec in LXX. editione fuerit additum, illud: εἰς τὸ φαίνειν s. *ad lumen præbendum,* tamen nec usqvam sive ibi, sive hîc fuit additum illud: εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὰ vel θεὸν ἐν αὐτοῖς, i. e. *ad adorandum illa vel Deum in illis.* Nec à חלק s. impertitione, ad *impertitionem cultus astrorum causa,* vel umbra consequentiæ. Licet enim rectè dicatur: *Deum impertitum esse Solem, Lunã, totumq; illum exercitum stellarũ cunctis sub cœlo gentibus,* ut ex illis objectis, per discursum rationis, attollerentur in agnitionem & glorificationem s. λατρείαν Creatoris, usq; adeò ut si adulti neglexerint illũ usum astrorum, & collectionem invisibilium ex visibilibus, sint *inexcusabiles* Rom. 1. 20. tamen inde non sequitur, *Deum impartitum astra gentibus, intentione vel simplici permissione colendi astra, vel Deum in astris.* Nec in populis illis *omnibus* sub cœlo, qvibus Deus impertitus dicitur astra, populus Judaicus excludendus, velut ἀναστρ☉, non magis, qvàm in *omni cœlo,* cœlum Judæorum. Nec beneficium, qvod peculiariter de Israelitis prædicatur v. 20. ad Universale illud *omnium sub omni cœlo gentium* in v. 19. habet se *exclusivè* (ac si in v. 19. prædicatum esset tale, qvod in gentibus permissum s. concessum, Judæis penitus fuerit vetitum, & nullo modo concessum) sed accumulativè, sic ut beneficium omnium gentium, fuerit qvidem Israelitis qvoqve concessum: sed non contrà, qvicqvid Israelitis, illud omnibus aliis gentibus: nec nexus v. 19. & 20. dandus per strictam *oppositionem contrariam* (scil. *omnes alias gentes DEUS permisit astrorum cultui: Vos autem solos elegit in populum, qui non astra nec DEUM in astris: sed sine simulacro coleret*) sed per comparativam accumulationem beneficiorum 1 ac 3. articuli futuræ & gratiæ: scil. Solis, Lunæ, Stellarum beneficium,

& usus

& usus (ex articulo 1. sive creationis) Catholicus, est *omnium sub omni cælo gentium*. Atq; præter illud peculiare datur beneficium (electionis vel sanctificationis, ex art. 3) Israelitarum. E. non debent Israelitæ longè sublimiùs illuminati, & majore gratiâ dignati, subsistere in illo, ceteroqvi θεογνωσίας medio naturali & communi, multò minùs astra religiosè colere: sed ex beneficio suæ *ex Ægypto redemtionis, & in populum hæreditarium assumtionis* excellentiam suam præ aliis gentibus considerare, & tantò magis præ gentibus ad cultum religiosum solius יהוה, qvi illos liberavit, animos attollere. Ut tamen non valeat: Israelitæ non solùm ex beneficio *creationis*: sed & *sanctificationis* attolluntur ad unius veri Dei cultum. E. ad illũ nullo modo potuerũt pervenire Gentiles, ex beneficio creationis & libro naturæ. E. illi λατρεύοντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα vel colentes astra, sunt excusabiles.

§. 5. Nec V. C. Deus ὑπεριδὼν ἔασε s. *sivit gentes* colere astra. E. nullâ lege morem illum repressit. E. mos ille in gentibus excusabilis fuit, cum & ipsos Judæos, apud qvos Idololatriam expressâ lege repressérat, siverit, *imò tradiderit ad colendum exercitum cæli* Act. 7. 42. & seqq. & gentes non solùm siverit *colere astra*: sed & *mutare gloriam incorruptibilis Dei, in imaginem corruptibilis hominis, imò volucrium, quadrupedum, reptilium*, qvin *tradiderit eos in fœdos & præternaturales affectus*: qvam tamen crassissimam Idololatriam, & fœditatem abominandam, ipso libro & lege naturæ, cordibus inscriptâ, fortissimè repressit, ipsosq; Gentiles inexcusabiles pronunciavit conf. Act. 14. 16 17 c. 17 27. 28 Rom. 1 19. 20. 23. & seq c. 2 14. 15. ut adeò à permissione divinâ hypotheticâ ad excusabilitatem permissi s. divinitus extraordinariè & vel per miraculum positivè non impediti, non V. C.

§. 6. Sicut nec V. C. *coluerunt Deum in astris. E. fuerunt Deo excusabiles*. Supponitur enim, idololatriam solòm committi objective, si planè aliud objectum pro vero Deo colatur vel Deo apponatur conf. 2. Reg. 17 24. 25. 27 32. 33 34. non, suppositâ qvadam intentione veri Dei, modaliter, signativè s. per qvandã modi cultus prohibiti mentalem inductionem, vel cultus illius veri

Dei, invito Deo ad creaturam, velut divinum numen, repræsentantem, applicationem c. c. cultum veri Dei in vitulis Ahronis vel Jeroboami, qvin, cùm Gentiles non solùm in astris Deum coluerint: sed & in brutis, etiam hoc nomine excusandi forent, & ab εἰδωλολατρείας crimine absolvendi.

§. 7. Sed & Gentiles non solùm Deum coluerunt in astris: verùm & ipsa astra ut Deos: & utrumq; illud, tàm *colere Deum in astris*, qvàm *colere astra*, erat non solùm *res quæ nocere potest*: sed & qvæ *noxia* planè erat, & κενὴ ἀπάτη, qvalis notatur Coloss. 2, 8. Justinus addens illud: ἢ ὃ τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν, non voluit: *Deum dedisse gentibus sub omni cœlo astra*, ut adorarent verum Deum in astris, & hoc fine permisisse, vel excusasse cultum astrorum: cum aliàs concedi possit finis ille ultimus sc. *Astra omnibus sub omni cœlo gentibus* in alto exposita, & in fulgidissimo Theatro collocata, fine qvidem intermedio illo, qvi exprimitur Gen. 1, 14. 15. ultimo autẽ, Deum, qvi & ipse Lux est, & inaccessam inhabitat Lucem, ex lucidissimis illis creaturis & harum admirandis, cognoscendi, & glorificandi (qvi finis neglectus reddit inexcusabiles, prout observatus, reddit adultos prævenientis *gratiæ communis* & *vocationis per prædicationem capaces*) Et hoc sensu dici: Deus צבא s. *distribuit exercitum cœli* (stellas) *omnibus gentibus sub cœlo*, cùm c. c. respectu usus *illuminationis* communis, qvomodo *Pater cœlestis finit exoriri solem super malos & bonos, & pluit super justos & injustos* Matth. 5, 45. tùm intentione suæ *glorificationis*, s. ut ex illis *agnosceretur*, & *glorificaretur* creator. Hactenus ergò nullum privilegium Judæorum præ gentibus in v. 19. Beneficium illud & medium ἐκ ζητεῖν τὸν κύριον, tum in aliis creaturis infernatibus qvasi palpabilẽ, tùm in sublimibus illis & splendidissimis astris qvasi visibilem Act. 17. 27. Rom. 1. 20. commune & Judæorum & Gentium. Cæterùm Judæi, velut *populus Dei hereditarius*, non ex illis solùm communibus omni genti beneficiis, non solùm ex creaturis: sed & ex vocatione speciali, ex liberatione miraculosâ ê *Cattno ferri, ex Ægypto*, sc. ceterisq; illis Dei admirandis & peculiaribus sibi beneficiis, tantò magis debuerunt attolli, & confirmari in cultu *unius veri Dei Israelis*.

§. 8. Licet

§. 8. Licet ergò daretur in v. 19 illud אשר חלק s. *quæ impertitus* est: habere se non solùm *specificativè* resp. *astrorum* & *universi exercitus cœlestis*, ut saltim dicatur: *Astra quæ Deus sic impertitus est, non esse adoranda vel incurvatione religiosâ colenda:* sed etiam *causaliter*, respectu illius conclusionis: *Israel non debet, ex adspectu Solis, Lunæ, Stellarum, impelli ad incurvationem comm astris & religiosum cultum astrorum* (qvod postulare videtur v. 20.) utroq; modo daretur justa ratio illationis. 1. Qvod mera creatura est & ex gratia conditoris creatum ordinatumq; in usus communes non solùm Judæorum: sed & omnium aliarum sub universo cœlo gentium, illud religioso cultu & incurvatione honorandum non est. Astra &c. E. Scilicet: יהוה s. *Verus DEUS distribuit astra sub cœlo.* E. *astra non sunt ipse Deus, vel Numen adorandum*: Item: *Verus Deus Israelis*, licet non ἀμάρτυρον se reliqverit aliis gentibus (e. c. in opere *creationis, providentiæ, vocationis communis*) tamen *specialissimè* per admiranda beneficia (e. c *eductionem miraculosam ex Ægypto*, & illud *nubis* & *transitû maris rubri* miraculum, vel illum in *Mosen baptismum* conf. 1. Cor. 10. 1. 2. ceteraq; ibidem memorata extraordinaria sacramenta) gratiam suam testatus est Ecclesiæ Israelis. At Sol, Luna, totus ille cœlestium siderum exercitus, ex ordinatione divinâ non solùm inserviunt usibus Israelis: sed ex æqvo cum Israele, *omnibus sub universo cœlo gentibus.*

§. 9. Ita II. Populus, non solùm communi cunctis gentibus: sed & specialissimâ ac peculiari gratiâ dignatus, *in hæreditarium Dei populum assumtus, ex Ægypto, & vel ex ipso catino ignito*, non sine ingentibus miraculis eductus, non debet, excussâ tantorum beneficiorum memoriâ, in solis illis, utut in alto, utut fulgidissimis, & ipsâ magnitudine admirandis, creaturis tamen, & communibus omnibus sub cœlo gentibus, vel θεογνωσίας naturalis mediis subsistere, multò minùs creaturas illas ab ipso Deo gentibus omnibus intentione verum Deum conditorem *inquirendi & glorificandi* in alto propositas, in ipsum Numen sibi convertere & religiosè colere, nec adeò ex adspectu vel contemplatione Solis, Lunæ, totiusq; astrorum

rum exercitus & admirandorum in illis plurimorum, *ad incurvationem & religiosum cultum stellarum sese abjicere.* Populus Israeliticus est talis *populus hæreditarius* &c. E. conf. jam v. 19. & 20.

§. 10. Interpretamentum tamen illud: de *stellis cultus causâ gentibus aliis propositis* & Mosis Gerundensis est, & multorum Hebræorum, juxta qvos sensus: *Omnibus aliis populis Deus astra, sidera, & princeps aliquod sidus, planetam deputavit, permisitq; ut esset illorum Numen, s. ut ab illis gentibus astris exhiberetur cultus divinus Vos autem estis populus solius Dei hæreditarius*, qvi adeò *nec astra, nec Angelos: sed solum Deum religiosè colere debetis.* Conf. Drusius in h. l. qvi non ausus est improbare sententiâ: sed ex Burgensi mitigare voluit, sc nõ *intelligendum, ac si Deus præceperit, astra a cæteris gentibus coli: sed qvod non obstante præscientiâ talis cultus, nihilominùs Deus stellas infirmamento vel expanso collocaverit.* Contrà, prout in Deo creante, talis præscientia futuri abusus creaturæ non negatur: ita nec de tali præscientiâ, nedum de tali ordinatione Stellarum hypotheticâ ad *Idololatriam Gentium*, qvicqvam hîc in Mose dicitur. Et in eâdem præscientiâ Creatoris fuit qvoqve, futurum, ut Israelitæ *adolerent & libarent astris* Jer. 44, 17. 18. Act 7, 43 E. vel sic illud צבא intelligendum qvoqve fuerit resp. Israelis futuri Astrolatræ, non solùm aliarum gentium. Concludimus. Summa textus hujus est: Qvem cœli exercitum unus & verus Deus usui bonoq; *cunctarum sub cœlo gentium deputavit*, sic ut cunctis & singulis multipliciter lumine, aliisq; operationibus, qvin ad agnoscendum qvoqve inde τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ s. *invisibilia Dei*, glorificandumq; conditorem, qvi --- *lege moveri*

Sidera, qui fruges diverso tempore nasci,
Qui variam phœben alieno jusserit igne
Compleri, solemve suo,

multifariam militet, illo Israel incomparabiliter magis φωτισθὲν s. *illuminatus* peculiaribus etiam beneficiis & excellentiis dignatus ac per illas magis etiam Deo obligatus non debet, abuti ad Idololatriam, nec adeò post revelatum sibi adeo gloriosè Deum, prolabi ad religiosum cultum astrorum, qvippe qvod tantò gravius

vius crimen Israeli foret, qvantò magis hic illuminatus, præ omnibus aliis gentibus.

LOCUS IX.

Contestatio contra Israelitas Idololatras futuros
c. IV. 25. 26.

§. 1. Non solùm Idololatriæ præsenti: sed & futuræ, post insessam jam per aliqvot secula terram, denunciatur supplicium, s. exterminium. Hoc vult vox ונושנתם i. e. *ubi jam consenueritis in terrâ illâ*, **wenn ihr im Lande schon alt geworden seyd/ oder/ schon viel und lange Jahr darinn gewohnet/** qvomodo intelligenda Versio Germanica, qvæ tamen sic habet, ac si legisset Lutherus ונושבתם, **wenn ihr im Lande wohnet.** Facit pro priori, & litera, non ב: sed כ in ונושנתם, & qvod præcedit de *generatione* in illâ *Filiorũ & nepotum*, qvalis jam supponebat *possessionem*. Primò sc. *occupabant*, inde in terrâ possessâ *generabant*, & per multas generationes sic in terrâ, qvasi adultâ grandiq; ætate jam *consenescebant*. Et tamen vel tunc prolapsuris (prout omninò, dein sic prolapsi sunt) pœna dictatur *exterminii*, cujus prophetiæ testis fuit eventus. Neqve verò pœna illa soli Idololatræ: sed & omni alio crimine vel *malo in oculis Domini Dei Israelis*, Numen *irritanti* s. ad *iram provocanti denuntiatur*, unde in v. 25. additur: **oder werdet sonst übel thun vor dem HErrn ewern GOTT.**

§. 2. Senectutem illam s. moram in terrâ, *800. annis circumscribit* Hugo Grotius, allegato *consensu Hebræorum, qui ad Salmanassaris & Nabuchodonosori tempora hæc referunt*. Innititur traditio illa Cabalæ Arithmologicæ, qvæ ex ונושנתם colligit numeros 852. sic ut Moses hac ipsâ voce designet annos futuræ mansionis in terrâ promissâ, sc. nonnisi 852. Et numeri sanè facilis conciliatio. Cum enim ab Exodo adusq; casum Zedekiæ fluxerint anni 907. abstractis iterum annis 47. ab Exodo adusq; annum 1. τῆς γενεηλογίας, & rursus 7. adusq; primum annum Sabbathicum, remanebit annus 853. currens, casus Zedekiæ, & elapsi fuerint anni 852. qvi erat

numerus annorum moræ Judæorum in terrâ à Sabbatico 1. ad ultimum templi 1. Annus enim casus Zedekiæ Sabbaticus fuit.

LOCUS X.

Linea Messiæ. Hermon, Lacus Asphaltites.

c. IV. 31. 33. 37. 44 48. 49.

§. 1. Illud באחרית הימים v. 30. in den letzten Tagen/ referendum juxta consilium fontium ad prædicata sequentia, non (formaliter) ad antecedentia. Porrò de אחרית הימים s. *Posterioritate dierum*, utrum illâ λέξει notetur ubiq; tempus Messiæ? conf. notata in Gen. c. 49 v. 1 Isaiam c. 2. v. 2. Illud וירחי v. 33. reddendum: und dennoch lebe / oder dennoch lebendig bleibe/ prout in parallelo cap. 5. 26. benè Lutherus, non autem: und dennoch lebest.

§. 2. Qvare v. 37. זרע i. e. *semen ejus*, cum præcesserit plurale: *Patres tui?* Resp. Qvia Christus fuit qvidem *semen Abrahami*: sed non nisi per *Isaacum*, prout Isaaci, non nisi per *Jacobum*, Jacobi per *Jhudam*, Jhudæ, per *Perez*, hujus, mediantibus 7. propagatoribus in lineâ descendente, per *Isai*, hujus per *David*, cum Abraham & Isaac etiam fuerint progenitores aliarum gentium, Jacobus qvoqve multarum tribuum, & Jhuda aliarum familiarum. Ibidem Deus dicitur eduxisse Israelitas ex Ægypto בפניו id est, *personis suis*. Respectus ad *Trinitatem personarum* & hic & cap. 5. v. 17. cap. 33. 14. 15. 16. unde & hîc mentio אלהים חיים & אלהים קרבים cap. 4. 7. cap. 5. 26. qvi positus nominis pluralis cum verbo vel adjectivo plurali, numqvam adhibetur de unâ solâ personâ: sed semper *de personis pluribus*, qvales sunt tres personæ divinæ s. Elohim *viventes* & Israeli specialissimè *propinqui* s. *præsentes*. conf. Joh. 14. 23. Porrò titulus, qvi à c. 4 v. 44. vel juxta Jun. à v. 1. c. 5. procedit, est, argumenti sequentis, non præcedentis. Probatur ex contextu conf. c 5. 1. 2. & seq.

§. 3. *Hermon*, (Sidoniis dictus) *Schirion*, (Amorrhæis) *Schanir* (i. e. juxta Chald. טור תלגא s. mons nivis, qvâ sc. stabat semper candidus) *Schion*, qvatuor sunt nomina: sed unius montis, & adeò res una. Nec opus est à confusione hujus cum *Sione* monte

monte metuere, qvi duo montes satis ipsâ literâ discernuntur, ut שיאן & עין. conf. c. 3. 9.

§. 4. ים הערבה Lacus *Asphaltites*, seu *mare mortuum est*. Rectè noster Lutherus: das Meer im Blachfeld. In hoc cognomine, ערבה non *solitudinis* est, vel *deserti*: sed *planitiei, regionis planæ, campestris*. Celeberrima illa circa Pentapolin lamentabilem, Jordanis, prout alibi appellatur, planities, tota fontibus, rivis, & sanctiore illo flumine irrigua, proinde pecoribus alendis, si qva alia, maximè commoda, sic ut hortus amœnissimus & velut qvidam Paradisus, vel qvalis olim ob annuas Nili vel ad 13. usqve cubitum irrigationes uberrima & fertilissima Ægyptus conf. Gen. 13. 10. 11. qvæ universa regio, qvomodo immissâ cœlitus sulphuris & ignis pluviâ, subversa fuerit, atqve mutata in stagnum bituminosum, sulphur in hunc usqve diem exhalans, cui stagno vel lacui ingenti inter alia e. c. *Maris mortui, maris salsi*, & *solitudinis* nomina, etiam nomen *maris campestris*, qvia ibi est, ubi e. c. tempore Loti ab Abrahamo divisi, spatiosissimus fuerat campus & amœnissima planities, legatur Gen. 19. inde à v. 24. Latitudinem illius maris sive lacus 150, longitudinem, 580. stadiis descripsit, αὐτοπτης Josephus vid. ille de Bello Jud. l. 5. c. 5.

DECAS II.

LOCUS I.

Oeconomia cap. V.

§. 1.

POst Exordium totius libri, procedit nunc ipse textus à Mose in hâc concione explicandus, seu DECALOGUS, qvem proponit (1) per postulatam audientiam à v. 1. ad 6. (2) Per ipsam præceptorum substantiam, & illorum, tum trium, absolventium tabulam 1. à v. 6. ad 16 tum 7. absolventium tabulâ secundam à v. 16. ad v. 19. (*præceptum* enim 5. 6. 7 8. non nisi unum, & 9. ac 10. pariter non nisi unum versum absolvunt) (3) per subjunctam primæ promulgationis historiam, inde adusq; finem cap. V.

LOCUS II.

Pactum in Horeb. c. V. 3. (juxta Jun. v. 8.)

§. 2. Qvomodo non pepigit fedus cum Patribus, qvi pepigit

Horeb? Resp. 1. Non *tantùm* cum patribus, prout Gen. c. 32. 28. (2) Pepigit qvidem cum patribus: sed intentione dandi Filiis, non patribus: prout juravit qvidem: sed Abrahamo ἔ δόυναι ἡμῖν Luc. 1, 73. Qvoad complementum ergò præsens, pactum illud non cum Patribus jam mortuis: (Conf. Gen. 49. 30. 31. c. 50. 24), sed filiis nunc vivis conf. m. 2. v. 3. & c. 4. 37. c. 7. 8. 12.

LOCUS III.

Deus in promulgatione Decalogi immediatè Orator ad totum Israelem.

c. V. 4. 5. (19. 11.)

§. 3. Non solùm cum Mose: sed & toto Israele DEUS dicitur locutus פנים בפנים, qvo notatur *immediata collocutio* Elohim cum Israele, *personarum* cum *personis*, sine internuncio, sive angelo sive homine. Valet autem hoc de solo Decalogo, qvem sic è monte Sinai elocutus Deus est, ut in hâc elocutione non usus fuerit Ministro vel Vicario, sive Angelo, sive homine, prout deinceps in aliis Legibus, qvas elocutus qvidem æqvè Deus est פנים בפנים respectu Mosis: sed non respectu Israelis. Notetur autem in fontibus non esse עמנו mit uns: sed עמכם mit euch: nec tantùm מאש auß dem Fewr: sed מתוך האש mitten auß demselben Fewr. Confer v. 5. & 19. 20. 22. (vel v. 22. 23.) & inprimis illud לא יסף, qvod benè Lutherus expressit, und that nichts dazu. Sc. solum Decalogum ad *totam Ecclesiam* peroravit Deus, voce sonorâ, sicut & exaudiret, & intelligeret illam populus, ac auditam intellectamq; sibi fateretur: vid. v. 19. 20. 21. ceterorum autem communicandorum internuncium Mosen impetravit. Malè autem Chaldæus illud ולא יסף reddidit ולא פסק vid. Num. 11. 25.

LOCUS IV.

Votum Dei c. V. 29. (35.)

§. 1. Qværitur an talis *optativus divinus*, in spiritualibus (c. c *timore Dei*, & *observatione præceptorum ejus*) probet liberum arbitrium? Affirmant Pontificii: conf. Burgensis in h. l.

Ratio

Ratio ejus: Nullus imperativus, nedum optativus est exclusivè in potestate optantis, sicut non sit in facultate illius, cui optatur vel imperatur. Distinguantur status. Hoc loco agitur de Israelitis jam regenitis, & ad Deum verè conversis vid. v. 24. 28. libero arbitrio donatis ac ὄντως liberis, qvibus optatur in illo statu perseverantia finalis, ad qvam ipsi operantur liberè: sed non ex naturali propriâq; virtute. Igitur in hoc statu tale votum probat qvidem liberum arbitrium, in illo, cui optatur: verùm non connatum istud: sed novum donatum. In statu autem priori probat officium, s. non *resistentia morosa* studium, & est vocationis ac tractionis divinæ medium. conf. Bell. l, 6. de Gr. & lib. arb. c. 10.

LOCUS V.

Oeconomia c. VI. & seq. adusq; XIV.

§. 1. Seqvitur nunc (1) Expositio Decalogi s. Legis moralis adusq; c. 12. (2) Specialis illius applicatio. In expositione, occurrit (1) *necessitas Legis*, qvoad *substantiam* primæ tabulæ adusqve v. 7. qvoad *fructum* & *usum*, tum *positivè* adusqve v. 14 tum *negativè*, v. 14. ad 20. tum memorativè, qvatenus illa inculcandâ posteris, inde ad fin. cap. VII. (2) Amplificatio legis Decalogicæ primariæ de *fiducia cordis in solo Deo*, per alternationem duplicem inter dehortationem & adhortationem. Sc. dehortatio 1. est *à fiduciâ in Dijs alienis* c. VII. qvæ proponitur adusq; v. 16. exponitur per occupationem contrarii adusq; v. 25. concluditur inde adusq; finem capitis. Huic opponitur exhortatio 1. *ad cultum veri Dei*, c. VIII. qvem proponit, & confirmat, inde adusq; finem capitis. Succedit dehortatio 2. à contrario fiduciæ illius secundo sc. *à confidentiâ s. fiduciâ in propriâ justitiâ* c. IX. cujus dehortationis propositionem tractat adusq; v. 7. confirmationem per inculcatum *memoriale rebellionum & murmurationum superiorum*, inde à v. 7. adusq; v. 12. c. X. Seqvitur adhortatio 2. ad timorem veri Dei & observantiam præceptorum à v. 12. ad f. c. X. Succedit Conclusio c. XI. constans (1) confirmatione doctrinæ superioris adusq; v. 17. (2) Mandato obedientiæ conjuncto cum promissione, ad v. 29. (3) Ceremoniâ benedictionis & maledictionis proclamandæ à v. 29. ad f. c. XI.

§. 3. In

§ 3. In applicatione duplex respectus, unus ad *Idololatras*, c. XII. ubi omnis Idololatria interdicitur, & sacra sanctè, loco & modo legali præscripte fieri imperantur: alter ad *Apostatas* toto c. XIII. & hos tùm *ad apostasiam provocantes* s. solicitantes, sive publicè, adusqve v. 6. sive clanculum ad v. 12. tum seductos, *Apostatis* seductoribus auscultantes & illorum *solicitationi acquiescentes*, inde adusq; fin. c. XIII.

LOCUS VI.

c. 6. 1. Præcepta, statuta, Judicia.

§. 1 Freqvens in Devteronomio mentio & h. l. copula (1) מצות (2) חקים (3) משפטים in qvæ nomina Lex dividitur, & adeò in (1) *Præcepta*. (2) *ex act e observationis statuta*. (3) *Judicia* s. prout Græci in (1) ἐντολὰς. (2) δικαιώματα, vel ἀκριβάσματα. (3) κρίματα, conf. qvoq; c. 8. 11 & c. 11. 1. ex qvibus primũ *Legis moralis*, secundum *ceremonialis*, tertium *forensis* esse, nõ absq; fundamento, in usu Mosaico dicitur conf. Exod. 21 1. Num. 19. 2. e. c. Lex de *vaccâ rufâ*, & *aquâ lustrali conficienda*, pertinet ad חקים, s. ceremonias: Leges autem illæ *forenses* qvæ habentur c. 21. 22. 23. Exodi appellantur משפטים.

LOCUS VII.

Deus essentiâ unus. c. VI. 4.

§. 1. Monuerunt jam olim Hebræi להזהיר באותיות s. *attendendas esse literas majusculas*, qvæ in hoc aureolo, totius Theologiæ fundamento, duæ sint, ultima sc. in voce 1. שמע, & ultima in ultimâ versus voce אחד, qvæ conjunctæ faciant dictionem עד i. e. *Testis*, qvasi monere eos sic voluerit Moles, & dicere: Audi Israel! Tu ipse mihi *testis* eris, *me non nisi de unico vero & aterno Deo colendo te seriò monuisse*! unde in hoc breviario Mosaico mirificè triumphant Judæi, vocantq; à primâ voce קריאת שמע s. *Lectionem AUDI*, cui bis qvotidie recitandæ tempus præscriptum sc. *dilaculum*, & *crepusculum*, vel etiam illud: *adusque solem orientem*: hoc *aduq; mediam noctem*. Vid. lib. Machzor, & tract R. Mosis de hâc materiâ, ex qvâ recitatione *beatos* se prædicant in ordinariâ precum formulâ, nec alibi magis acropolin suæ fidei de Deo, prout *essentiâ*: ita & *personæ nonnisi uno*, fundatâ putant.

Urget

Urget in Pugione Raimundus ternam divini nominis commemorationem sic ut (1) יהוה designet *Patrem.* (2) אלהינו filium (3) יהוה *Spiritum S.* qvæ tres personæ nihilominùs sint אחד i. e. unus essentia DEUS, ut sic constet argumentum summæ & essentialis unitatis, pro qvo hic locus inprimis militat. Obstat autem illi Pugionis distinctioni, accentuatio sc. positus Tipheha non in iterato יהוה: sed in אלהינו.

§. 2. Omninò *essentiæ divinæ summa unitas, & indivisibilis majestas*, qvæ est in unâ essentiâ, vehementissimè hîc à Mose prædicatur, credendaq; proponitur, unde non dicitur simpliciter: DOMINUS *DEUS noster* est *unus;* sed: יהוה s. *Jehova unus:* ceterùm 2 tantùm abest, ut per illam unitatem essentiæ hîc à Mose negetur personarum, ejusdem numero essentiæ, Trinitas, ut potiùs, pro ratione breviarii, per additum primo nomini יהוה nomen אלהים, & copulam adeò nominis *essentialis* cum *personali*, *singularis* cum *plurali* sanctissimè insinuetur illa personarum ὁμοουσίων pluralitas: atqveadeò, dum Deus Israelis appellatur יהוה אלהים, *fides Catholica, qua est, ut unum Deum in trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur* fortissimè roboratur: unde rursus de illo יהוה אלהים non absolutè prædicatur, qvod sit אחד s. *unus*, ne intelligatur, una tantum *persona:* sed יהוה אחד ut intelligatur adeò, qvod ille יהוה s. verus & essentiâ Deus, non obstante, qvod sit אלהים seu plures (*tres*) *distincta personæ divinæ*, nihilominùs verè & summè sit אחד s. *unus*, (neqve verò *unitate specificâ*, qvæ admittit plures *naturas individuas*, ac si darentur *plura individua divina*, vel plures *personæ* essentiali numero differentes: sed *unitate numericâ*, sic ut dicere non liceat esse tres Jhovah, prout *Adam, Abel & Cain*, sunt *tres homines*) additur *Jehova unus*, copulato cum unitatis vocabulo, ipso summo & essentiali majestatis divinæ nomine.

§. 3. Nec id solùm: sed & in v. 5. qvi consectarium versus præcedentis, unde educitur velut conclusio ex præmissis conf. qvoqve Marci 12 29. 30 respectus est ad summã illam unitatem in Trinitate. Qvia enim amor indivisus imperatur, sic, ut *totum cor*,

totus

totus animus, cunctæ vires impendantur dilectioni *unius Jhovah* & hæc ipsa dilectio indivisi cordis imperativè inferatur ex illa indivisibili *unitate Dei*, hoc ipso à posteriori probatur *essentia divinæ* simplicissima unitas, cùm fieri non possit, ut *totum* cor, *totus* animus offeratur ex æqvo pluribus individuis *essentiâ numericâ* distinctis: prout contrà ex *majestate illâ Dei*, qvæ est in *unâ simplicissimâ essentiâ* à qvâ personæ non sunt res distincta: sed sine divisione ipsa *essentiâ*, deducit Moses cultum illius *unius Dei* indivisibilē, sic ut e.c. *cor*, *animus* &, noster non inter *Deos* dividatur: sed sine divisione *totum cor*, *totus animus*, uni essentiâ Deo consecretur, non obstante illi indivisibilis essentiæ simplicitati, & uni⁹ *dilectioni*, qvod *unus ille essentiâ Deus* sit אלהים s. *existat in 3. personis*, ut adeò argumentū hoc sit *πρὸς ἄνθρωπον* sc. ab *unitate Dei ad unitatem cultus*, & contra, *ab hâc ad illam*, & illa unitas יהוה respectu dilectionis, causa rei: hæc respectu illius, causa conclusionis.

§. 4. Et tamen qvod indivisè uni Deo indivisibili offerendum reqviritur, hoc in respectu ad *3. personas tribus vocabulis* 1. *Cordis* (velut principii & fontis) 2. *Animæ*. 3. *Virium*, exprimitur. Qvæ tria tota non possent impendi singulis personis, nisi daretur, *ὁ μοῦσιον* secundùm excellentiam in illis. Apparet simul inde, qvare (1) hîc bis occurrat יהוה semel in subjecto, semel in prædicato. (2) Qvare יהוה cum אלהים copuletur in subjecto, in qvo sc. plena est descriptio Dei, in prædicato autem יהוה cum אחד. (3) Qvare non dicatur אלהים אחד vel tantùm אחד sine addito יהוה, & qvàm nihil in hoc aureolo fidei Catholicæ fructus sit, ut tamen ita resolvere non liceat: Jehova, Deus noster Jehova, est unus: sed יהוה Deus noster, est Jehova unus.

§. 6. De *nomine*, qvod secundum excellentiam *Tetragrammaton* appellatur, & h. l. bis occurrit, egimus plusculis, in commentariis in Exodum & Isaiam. Et prout punctationem nominis mysticam, illam pluralem in primis, qvæ eadem est, qvalis ceteroqvi naturalis in אלהים non negamus: ita non genuinam illam esse & *verè Mosaicam*, sic, ut, prout hodie hoc aureolum de

יהוה אחד legimus: ita etiam Moſes enunciaverit, & animis Iſraelitarum commendaverit pariter ac ſcripſerit, affirmamus.

§. 7. Seqveretur alioqvi, (1) fontes Moſaicos & hîc & alibi corruptos, ſi corrupta eſt vel ſublata ſummi Nominis *punctatio*: qvod rectè negatum ab Auguſt. l. 15. de Civ. Dei c. 13 & Vive in l. alleg. (2) nec minùs in diſputatione de *Chriſti Deitate*, ubi agitur ex hoc nomine, magna vis argumento Catholicorum periret, ſi nomen ipſum qvoad *punctationem* & veram adeò *pronunciationem* periiſſet: qvin (3) debetur illa ſententia, de *punctatione* nominis Tetragrammati genuinâ amiſſâ, alienâ ſuppoſitâ, & lectione adeò per *Adonai & Elohim, traditioni* Judaicæ, qvæ in innumeras inde exivit *ſuperſtitiones*, & nominis ineffabilis per 12. 42. 72. literas, *expoſitione*, unde ipſi cognomē שם המפרש, qvod iterū tùm in Synagogâ, tùm apud Chriſtianos, peperit longè plurimas, ibi, blaſphemas qvoq; fabulas: hîc Ἀλαπεατεσβὰς, usq; dū, cū per multa ſecula loqvaces ſatis de illo fuiſſent Judæorum Magiſtri, confeſſi tandem fuerint, ſe prout ſummi nominis Lectionem: ita & expoſitionem, & totum adeò, Schemhamphoraſch hodie ignorare. conf. Buxt. in Lex. & diſſert. de nom. Dei Hebr.

§. 8. Qvod multò manifeſtiſſimum eſt ex hoc illuſtri loco: מפני מה מתפללין ישראל בעולם הזה ואין נענין i. e. *Quare Judæi orant in mundo hoc, & non exaudiuntur?* Reſpondent: שאינן יודעים שם המפרש i. e. *quia ignorant Schemhamphoraſch*: cujus notitiam ſibi demum promittunt *in ſeculo futuro*, unde & ibi demū, ſe exauditum iri credunt. אבל לעתיד לבא הבו מודיעין כמו שנאמר למען ירע עמי שמי באותה שעה הם מתפללין ונענין כשנאמר יקראני ואענהו. Vid. Midraſch Thillim edit. Venet. in fol. ad Pſ. 91. fol. 41. Jalkut ad Pſ. 91. fol. 119. col. 1. & *de Schemhamphoraſch* præter *Lutheri* librum, *Druſius*, *Fullerus*, *Amama*, *Walthonus* tom. 1. op. Anglic. *Hotting.* diſſert. 4. de nom. Dei oriental. *Cartwrigthus* in Mellificio Hebraico, *Pſalterium Nebienſe* ad Pſ. 67. in Scholiis, *Maimonides* in מורה part. 1. c. 61. & 62. Coſri 201. ex edit. Buxtorf. & hîc in utroq; Lexico.

§. 9. Sed & (4) Innititur sententia contraria falsæ hypothesi, *de punctis vocalibus* in corpore Biblico characteri literarum genuino Mosaico & Prophetico *non coævis*, nec nisi *merè humanæ inventionis & authoritatis*, Qvin (5) repugnat *divinæ providentiæ*, conf. Matth. 5. 18. haut passuræ, ut *unum Jota vel apex* in ipso authentico fonte, nedum ut ipsum sanctissimum, idemq; ineffabilis majestatis divinæ summum nomen falsaretur, & tota tum Hebræorum, tum Christianorum Ecclesia Catholica, genuinâ summi NOMINIS lectione & in precibus elocutione privaretur, sic ut denuò opus sit cum Israelitis Mosen percontari: מה שמו s. *quodnam est Nomen ejus?* Exod. 3, 15,. Nec minùs (6) contrariatur sanctiori nomenclaturæ Biblicæ, qvæ in nominibus propriis ex illo compositis, prout ab initio servat lectionē יהו vel contractè יו (e. c. in nominib⁹ Jhozadak, Jonathan, Jhoschaphat) ita à fine illud יה (e.c. in נתניה ישעיה &c.) inde argumentum: Qvæcunq; sententia (1) in controversiâ de authentico incorrupto, patrocinatur Pontificiis (2) in articulo de divinitate, Socinianis (3) debetur traditionibus Judaicis, & viam stravit ingentibus fabulis (4) innititur falsæ hypothesi. (5) Repugnat divinæ providentiæ. (6) Verbis expressis Christi (7.) exemplis veteris & sanctioris nomenclaturæ Biblicæ, illâ meritò abstinendum. Atqve illa de *punctatione & lectione Tetragrammati genuinâ amissâ, hodiernâ alienâ & merè humanâ, vel adulterimâ*, talis est. E. Rationes qvæ opponuntur Grammaticæ, supponunt qvod est ipsum κεχρύμενον. sc. Masorethas post-Tiberienses & punctorum vocalium & accentuum autores fuisse, qvi sc. qvia legerunt יהוה per Adonai, seqventem literam dagessarint, vel literas וכלב ante יהוה per Pathach punctarint, extra qvod nihil aliud probant, qvàm qvandam hujus nominis in punctatione singularitatem, &, si qvidem ad regulas communes Grammaticas revocetur, improprietatem; non autem punctationis, velut adventitiæ & alienæ barbaram novitatē, ipsiusq; sic antiqvissimæ & genuinæ pronunciationis sanctissimi Nominis Eclipsin totalem,

LOCUS

LOCUS IIX.

Lectio & meditatio scriptura etiam mandata Laicis. Christus & Angelus יהוה & יהוה. *Fœdera cum infidelibus.*

Deut. VI. 7. 9. 13. 21. c. VII. 2. 3.

§. 1. Insigne ex hoc loco pro lectione & meditatione scripturarum, non qvidem ut absolutè & simpliciter necessariâ, omnibus tamen sive jam actu fidelibus, sive adultis, futuris talibus utili, & permittendâ, non prohibenda, argumentum AntiPapisticum. Si enim omnes Judæi, promiscuè cujuslibet ætatis, sexus, conditionis potuerunt sacros libros privatim legere, cur non, & multò magis qvidem Christiani? A continuâ legis meditatione non solis Prophetis aut Sacerdotibus: sed promiscuè & sine sexus discrimine omnibus imperatâ, ad lectionem Legis scriptæ nulli prohibitam, qvin potiùs omnibus permissam, imò adultis, qvi legere possunt, mandatam, fortissimè infertur. Conferatur ipse textus cùm hoc loco, tum in parallelo c. XI. v. 19. 20. & accuratiùs illum consideranti constabunt totidem ferè argumenta qvot in illis legibus verba.

§. 2. Ex lege c. VI. 13. collatâ cum c. 10. 20. & locis Matth. c. 4. 10. c. 5. 35. notetur usus Antipapisticus triplex in controversiâ (1) de *solâ fide* conf. vers. Germ. Rom. 3. 28. (2) De objecto cultus religiosi, solo Deo, (3) De Juramento non præstando nisi per nomen Dei, atqve adeò illo per cœlũ, per terrã & qvamcumq; creaturã simpliciter prohibito, ut prodigio simile sit, ex illo interdicto conari Papistas probare, cultũ religiosum imaginum.

§. 3. Ipse יהוה eduxisse dicitur Israelitas exÆgypto, conf. v. 21. qvod convenit cũ historiâ Exod. 12, 12. 29 c. 13. 9. At idẽ de ANGELO absolutè sic dicto prædicatur Num. 20. 16. Concluditur inde. E. qvidam, sine addito, e. c. federis, vocabulo appellatus ANGELUS, est יהוה. Si excipiatur: Deus eduxit per Angelum. Resp. Angelus ille λυτρωτὴς exÆgypto Num. 20. in historiâ Exodi non describitur nisi nomine, & charactere summi Dei: conf. Exod. 13. 21. c. 14. 19. c. 15. 1. Exod. 33. 14. 15. Agnoverunt hoc veteres Hebræi, unde etiamnum legitur in Haggadâ Paschali, eduos exÆgypto majores suos לא על ידי שרף ולא על ידי שליח

לא־ ידי בכבודו i. e. *non per aliquem Seraphinum, aut aliquem alium Angelum creatum: sed ab ipso Deo, per Gloriam Dei.* i. e. per MESSIAM.

§ 4. In v. 25 Luth. expressit: **Es wird unser Gerechtigkeit seyn vor dē HErrn unsern GOtt/ so wir halten und thun alle diese Gebot.** Durius culè sanè, & qvod patrocinari videri poterat, operum justitiæ coram ipso Deo, atqve adeò hypothesi Papisticæ & Judaicæ, qvomodo ex v. 24 Judæi probare conantur *vitam æternam* non nisi observatoribus s. factoribus legis promissam. Tollit hæc omnia consilium fontium, in qvibus illæ voces: **vor dem HErrn unsern GOtt/** non nectuntur: sed distinguuntur à vocabulo *justitia*, ingenti accentu Rege, & vocibus multis interjectis. Reddendum adeò: **Und es wird uns eine Gerechtigkeit seyn/ so wir in der That halten alle diese Gebot/ vor dem HErrn unsern GOtt/ wie ER uns befohlen hat.** Nec v. 24. magis agitur de vitâ æternâ, qvam c. 8. 1. utriusq; loci commentarius optimus petitur ex c. 11. 21. Etsi non omnia, qvæ prædicantur de vitâ nationis, valent de vitâ singulorum in natione.

§. 5. Lex expressa, cujus usus in qvæstione de jure fœderum: *Nec pangito cum eis fœdus: nec gratiam illis facito!* qvæ tamen hîc limitata ad 7. illas gentes, cum qvibus omne fœdus etiam *merè politicum*, & cujuscunq; nominis, multò magis sive *ex toto*, sive *ex parte religiosum*, vel *mixtum*, erat interdictum: qvin cum his vix fingi poterat casus *fœderis merè politici*, sine periculo *religiosi*, vel saltim *mixti*: unde simpliciter interdicitur *confœderatio*, non tamen absolutè (ac si cum nullis populis infidelibus licuisset ullum e. c. *merè politicum fœdus* contrahere, cui repugnant exempla sanctissimorum divinitus approbata, imò punitorum, à fœdere jurato, vel pacto temerè resilientium) sed saltem, cum 7. *illis gentibus internecioni devotis*, qvarum in textu nomina, ut non satis bonâ fide scriptores Gentiles in odium Judæorum, hanc legem extenderint ad gen-

ad gentes omnes, ac si simpliciter omnium fœdera repudiassent, ingenti Fallaciâ à dicto secundum qvid ad dictum simpliciter. Qvæstio autem est de populis, non de privatis in hoc vel illo populo, & his qvidem ad Deum Israelis conversis, ut frustra hîc legi, qvæ est in v. 3 opponatur Rahab. conf. Jhos. 2. 11. 12. Hebr. 11. 31.

LOCUS IX.

Causa vocationis Israelis sola indebita Dei gratia, ex quâ fidei & obedientiæ Israelis datur præmium gratuitum.

c. VII. 7. 8. 12. c. IIX. 2. 20.

§. 1.

NOtetur causa impulsiva vocationis Israelis Ecclesiasticæ & politicæ, propositа tùm negativè v. 7. tum positivè v. 8. conferatur autem cum his, pulcherrimus paralleliſmus c. 9. 4. 5. Inter causas falsas & adeò rejiculas, ponitur (1) Israelitarũ, velut nationis populosioris pluralitas c. 7. 7. (2) *Causa bonitas* s. *justitia & rectitudo cordis* c. 9. 5. Causa autem vera, utrobiq; allegatnr (1) indebita dilectio s charitas. (2) Jurata veritas, conf. Gen. 22. 16. c. 26 3 Exod. 33. 1 Hebr 6. 18. ex qvâ utraq; adeò Deus egerit in electione populi peculiaris. Qvia sc. ex mera gratiâ & dilectione Patribus promiserat, imo juraverat, jam ex illo pacto jurato veracitas divina postulabat præsens liberationis beneficium, ut adeò insignis Elenchus causæ notetur in Israelitis à Mose c. 9. 4. 5. 6. A positione sc. causæ rejectionis in rejectis, ad positionem causæ vocationis in electis s. vocatis non V. C.

§. 2. Videbatur autem pro superiori facere illud עקב, qvod tam apponitur bonis operibus in ordine ad pactum benedictionis juratum præstandum, qvàm malis in ordine ad pœnã vel excidium: unde prout c. 8 20. dicitur: עבק *quod non auscultaveris* *voci Domini, peribitis*: ita c. 7 12. עקב, qvod *auscultaveris s. observaveris præcepto Domini, servabit tibi Deus, pactum gratia juratum* conf. Gen. 26. 5. Cæterùm, qvia in עקב extremitatis significatio, prout

prout in ראש primitatis, ex illo עקב formaliter solùm probatur posterioris ad antecedens *consequentia*: non antecedentis causalitas, nedum *meritoria*, cui id qvod seqvitur respondeat, eâ ratione, qvâ *merito* propriè sic dicto *merces*, ut adeo & promissio & præstatio sit merè gratuita, & hæc ipsa intervenientis, inter utramq;, obedientiæ, præmium merè gratuitũ, non debitum, prout nec illa, meritũ. Qvod a. illud עקב, *extremum* malioperis, habeat se per modũ mercedis ad meritũ pœnæ strictè sic dictũ, fit ex materiali, ut inde nõ valeat illatio ad עקב s. *extremũ boni operis*. ac si sc. hoc sit extremum meriti strictè sic dicti, & adeò *merces* in sensu Papistico. Calcaneus (עקב) est extremum pedis, & totius corporis, nec tamen sive hoc sive ille causa meritoria *calcanei*: & divina fœderis jurati præstatio, benedictio, specialis dilectio *consequens* merê gratuitum erat illius observationis practicæ præceptorum Domini, ut sic Israeli *custodienti* πρόσκλησις *præcepta Domini* correspondeat per modum *extremi*, à parte Dei *custodia juramenti Patribus jurati*, unde phrasis illa: *Custodire juramentũ* seu *custodire pactum* c. 7. 8. 9. cui relativè opponitur à parte hominis, *custodire præceptum* vid. v. 9. Nihil adeo ex hoc & parallelis locis, pro Papistarum meritis. Notetur qvoqve epicrisis Hug. Grotii in c. 8 5. *Prima*, inqvit, *Dei beneficia sine meritis contingunt: Israelitis sc. introductio in terram, nobis ipsa fides*, ac si sc. cæterae, c. sive justificatio, sive hujus continuatio, & ipsa vita æterna caderent in meritum. Notetur hîc in Grotio fermentum Papisticum.

LOCUS X.

MAN s. Manna cibus specialis egressionis ex ore Domini.

c. IIX. 3. 16.

§. 1. כל מוצא פי יהוה s. Omne *id quod procedit ex ore Domini*, hîc opponitur *pani soli*, non ut negetur panis מוצא פי יהוה, & adeò vitæ humanæ sustentaculum ordinarium: sed ut negetur *panis usualis*, qvalis ordinariè præparatur i. e. c. *hordeaceus, triticeus, siligineus*, vel qvicunq; alius ordinarius cibus, esse *omne* illud, qvod ad vitam hanc fragilem sustentandam *procedit ex ore Domini*, velut absolutè & exclusivè necessarium *sustentaculum vitæ*, & adeò

& adeò objicientibus: Non adest panis (qvalis ordinariè sive pinsitur, sive coqvitur.) E. vita non potest sustentari, respondeat Moses negando consequentiam, qvia etsi talis panis sustentat, tamen non tantùm panis ille usualis id præstat: sed & omnis alius panis, qvi vel miraculo & extraordinariè procedit ex *ore Domini*, cujus exemplum incomparabile *Manna* s. τὸ μάννα, ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ Joh 6. v. 31. vel prout habetur in fonte Davidico, unde allegatur, דגן שמים s. *frumentum cœlorum* & לחם אבירים i. e. *panis robustissimorum*, qvem *velut viaticum, ad saturitatem usque cœlo pluente demissum*, qvisqve *Israelitarum in ambulanteriis illis castris comederit* conf. Ps. 78. 23. 24. 25.

§. 2. Et tamen hîc opponitur *pani*. Ac neqvis excipiat, hîc opponi *soli pani*, infra c. 29. §. 6. absolutè videtur opponi, per illud Dei ad Israelitas dictum de illâ in deserto *quadragenâ* annorum: *Panem non comedistis, & vinum ac potum inebriantem non bibistis*. Scilicet in relatione ad causas secundas, imo primam, ipsamq; sic providentiam specialem extraordinariè in illo producendo, formando, virtutem intrinsecam largiendo, imò *de superioribus nubibus per reseratas cœlorum januas supernè dimittendo* (conf. Ps. 78. 23.) operantem, ipsasq; sic origines, materiam, qvalitates & effectus qvosdam singulariores, *panem*, qvem sic communiter appellamus, longè transcendit, ut tamen, salvis illis cœlestibus & extraordinariis originibus, ac excellentiis, illud ipsũ *Man* s. Manna, *procedens ex ore Domini*, reverà לחם s. *panis* fuerit, patris, salvâ graduum eminentiâ, cum ordinario & usuali nostro efficaciæ & virtutis, qvin extra rationem typi, &, qvalis fidelibus erat, sacramenti extraordinarii, de cetero βρῶσις ἀπολυμένη, unde utrumq; & originis ac confectionis miraculum, & id qvod præstabat per modum instrumenti physici, veræ ad saturitatem usqve cibationis officium, ipso nomine pulcherrimè expressit S. Spiritus l. allegato, nominando *frumentum cœlorum, & panẽ robustorum*, qvod noster Lutherus, pari venustate ac veritate, reddidit v. 26. Er gab ihnen Himmelbrod/

ipsaq;

& v. 27. Sie assen Engelbrod/ ut tamen non fuerit ὁ ἄρτος τοῦ θεοῦ ὁ ἀληθινὸς ὁ διδοὺς ζωὴν τῷ κόσμῳ qvi sc. solus est θεάνθρωπος ipsaq; sic *Caro Christi, quam dedit pro vitâ mundi:* conf. Joh. 6, 32. 33. 51.

§. 3. Frustra Heinsius in Aristarcho hîc notavit inter Mosen Exod. 17, 4. & Joh. c. 6. v. 32. εὐαγγελοφανὲς, & ausu majore lectionem in loco Johannis talem substituit: ὁ μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Nec enim in objectione, *Mosis* mentio, nec qvi objecerunt miraculum *manducati in deserto Manna*, velut qvo non minùs ac illo *baptismi nubis & maris*, vel illo *aquæ ex Petrâ eductæ*, miraculo fuerunt obligati *ad credendum Deo & Mosi servo ejus* (conf. Exod. 14 31. c. 16. 8. c. 17. 6.) negabant Autorem *Mannæ* Deum, ut opus fuerit illis opponere: *non Mosen: sed Deum illis Manna dedisse*: sed qvi post illustre cibatorum qvinq; panibus, & duobus piscículis, qvinq, millium, miraculum, novum adhuc requirebant par illi sustentationi Patrũ pro Manna signũ, proq; illius utibilis adeo & cœlo depluentis cibi excellentiâ allegabant dictum de illo pane cœlesti ex Ps. 78. 23. 24 Davidicum, illos, *de ventre* ceteroqvi magis, qvàm de *signis Messiæ temporũ* ipsoq; sic vero pane vitæ solicitos, occasione Manna, ab illo utcunq; sublimis & specialis ex ore DOMINI processionis pane, (qvo ipso, ad Messiã, & cum aqvâ ex Petrâ, ad Evchariſtiã, respectu Typico, *cibus spiritualis*, prout illa *potus spiritualis* appellatur Paulo) corporis tamen & perituro, *ad cibũ illum, qui manet in vitam æternam*, agnoscendũ, longeq; adeo sublimius mysteriũ & ad ipsũ hujus cibi spiritualis Autorẽ, ὃν ὁ πατὴρ ἐσφράγισε, avocare & attollere voluit, prout antea curiositati illorum silentio & digniori mysterio respondit v. 25. 26. 27. Atqve hoc sensu rectè illud Manna negatur fuisse *panis ille cœlestis verus* ὁ ἄρτος ὁ ἀληθινὸς, qvem adeo nec Moses, nec Deus tempore Mosis; sed nunc *Pater cœlestis dederit*, qviq; *panis Dei ille ipse sit, qui de cœlo descenderit & det vitam mundo.* conf. v. 32. 33.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0044
DFG

DECAS III.

LOCUS I.

Privilegium vestium & calceorum Israelis in deserto c. IIX, 4.

§. I.

INter admiranda servati in deserto Israelis, post illud Cibationis per *Manna* miraculum, peculiariter memoratur v. 4. privilegium vestium & calceorum Israelis. Et de priori qvidem enunciatur illud: שמלתך לא בלתה מעליך i. e. *Vestis tua non inveteravit de super te, s. inde quod jugiter esset super te*, Luth. noster: **Dein e Kleider sind nicht veraltet an dir:** de posteriori autem illud: רגלך לא בצקה, qvod Junius reddit: *Pes tuus non intumuit.* Vulgatus Lat. *Pes tuus non est subtritus*, Lutherus noster: **Deine Füsse sind nicht geschwollen/** utrumq; beneficium exaggeratur ipso temporis intervallo, unde utriq; in membro 2. subjungitur illud: זה ארבעים שנה id est, *jam nunc, quadraginta annis.* In tali enim numero numerante cardinali, numerus numeratus ordinalis, & adeo in 40. qvadragesimus includitur.

§. 2. Pulcherrimè in ipsâ formâ præsenti loco parallelus est, alter in Nechemiâ c. 9. 21 & qvâ rem ipsam, locus Deut. 29. 5. *Deduxit vos 40. annos per desertum: non inveteraverunt, vestimenta vestra, quin essent super vos* (vel vobis tegumento) *neque inveteravit calceus tuus, inde quod esset super pedem tuum.* In fontibus h. l. verbum est, qvod de *pede*, nonnisi hîc & in loco Nechemiæ, occurrit: notatur illo *tumor, vel intumescentia*, qvalis est *massæ farinaceæ subactæ*: cumq; talis *tumor pedis* cum inflammatione oriri potuisset etiam *calceatis* ex longo calceatu & itinere, ut sic talis tumoris negatio, inferret Israelitas *discalceatos:* nec minùs ex *discalceatione*, sic ut per Metonymiam effectus pro causâ, *pes intumescens* ponatur pro *discalceato*, & negatio *pedis intumescentis*, negaret Israelitas *discalceatos*, decidit dubium locus alter ipso sensu parallelus, & pronunciare jubet, pro Israelitis in illo 40. *annorum* itinere *calceatis.*

Et sanè non magis incesserunt discalceati, qvàm sine vestibus nudi: sed & *vestiti* & *calceati*, unde idem memoratur Dei beneficium in *vestibus* & *calceis*, qvod non *veterverint*. Inde ergo Drusius h. l. reddidit: *Pes tuus non fuit discalceatus*. Ita & Jonathan & Onkelos.

§. 3. Non desunt, notante & approbante Kimchio, qvi in בצק significationem reqvirunt, *conspersionis*, qvomodo *massa farinacea aspergitur aquâ & subigitur*, ut sensus sit: *pes tuus nunquam fuit pulvere vel luto conspersus*, qvia nunqvam fuit discalceatus. Statuunt iidem, calceamentis usos esse nonnisi illis, qvæ Græci ὑποδήματα vocanti. e. *Soleis*: prout sanè talibus usus Servator, unde Johannes Baptista in uno loco indignum se profitetur, qvi *solcas Jesu portet*, in altero, *qui corrigiam earũ solvat*, conf. Matth. c. 3. 11. Johan. c. 1. 27. Ceterùm talia ὑποδήματα non obstabant *aspersioni* pulverulentæ, & ita incedentes, habebantur veriùs *discalceati*, ac ædes ingressi, & discubituri præmittebant ποδονιψίαν, qvæ hospitibus præstari solitam, qvod utcunq; gestarent ὑποδήματα, discalceati incedere, & sic lotione pedum maximè indigere viderentur, à Simone, illo, nõ cui cognomẽ ὁ λεπρὸς (cujus, prout illius, tempore, loco, scopo, discretæ actionis & sepulcralis s. ταφιασμὸν factæ, per effusam ex fracto Alabastro in caput Jesu pretiosam nardum, unctionis, mentio Matth. 26. 6. ad 12. Marc. 14. 3. & seqq.) sed altero, Pharisæo, neglecta, à muliere autem, qvæ fuerat *magna peccatrix*, etsi non Maria Magdalena, sanctioribus lacrymarum veræ pœnitentiæ & dilectionis testium undis peracta, expressit Servatori illum ad Simonem sermonem: *Simon! cernis hanc mulierem. Ingressus sum domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis capitis sui extersit* Luc. 7. 44.

§. 4. Ex Rabbinis Abenesra defectum qvidem, prout vestimentorum, ita calceamentorum nullum in illâ qvadragenâ annorum agnoscit, sic tamen ut illud imputet elatis ex Ægypto vestibus, & vel illi ipsi spolio Ægypti, in qvo, utut nulla calceamentorum, amplissima tamen vestimentorum mentio conf. Exod. 3. 21. 22.

21. 22. c. 12. 35. Aliter alii & vetustiores Hebræi, qvi divinitus illud qvod de *vestibus & calceamentis* non *inveterantibus* memoratur, contigisse, nec sine miraculo: qvin non solùm non attritos fuisse *calceos & vestes*: sed & cum ætate crevisse, statuunt.

§. 5. Usus illo simili Augustinus, vel inde potiùs, argumento à minori ad majus pro probandâ thesi: *Adamum, si non peccasset, non fuisse expoliandum corpore: sed supervestiendum immortalitate & incorruptione, nec metuendum fuisse, ne dum fortè diutiùs hîc viveret, in corpore animali senectute gravaretur, & paulatim veterascendo perveniret ad mortem*, l. 1. de peccatorum meritis c. 2. & 3. *Si*, inqvit, *Deus Israelitarum vestimentis & calceamentis præstitit, quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirum, si obedienti homini ejusdem potentiâ præstaretur, ut animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum, quo sine defectu esset annosum, tempore, quo Deus vellet, à mortalitate ad immortalitatem sine mediâ morte venturus. Sicut enim hæc ipsa caro, quam nunc habemus non ideo non est vulnerabilis, quia non est necesse ut vulneretur, sic illa non ideo non fuit mortalis, quia non erat necesse ut moreretur.* Videri poterant hæc vehementer pro thesi facere Socinianorum & Pontificiorum, *de primo homine per naturam mortali & sive morituro, sive per adventitiam* supernaturalē gratiam in illo statu nunqvam morituro, unde & Bell. l. un. de gratiâ 1. hominis c. 9. allegato hoc loco, vehementer urget comparationem *immortalitatis primi hominis* cum *vestimentis & calceamentis Israelitarum*, qvæ *in solitudine per annos 40. obtrita non fuerint, cum dubitari non possit, quin ea vestimenta & calceamenta naturaliter corrumpi & potuerint, & debuerint.*

§. 6. Ceterùm argumentum Augustini non est ex loco similium: sed comparatorum, à minori ad majus, cùm, in illo à vestimentis & calceis Israelitarum naturaliter corruptibilibus, tum in altero, corporis sc. *ægrotabilis*, etsi actu nec *ægrotantis*, nec *ægrotaturi*, vel carnis *vulnerabilis*, etsi *actu non vulneratur, nec necesse est, ut vulneretur.* Non voluit Augustinus, naturalem ex æqvo statuere mortalitatem in 1. homine, qvàm, sive corruptibilitatem in vestimentis & calceamentis Israelitarum, sive vulnerabilitatem, vel,

ut ita loqvi liceat, ægrotabilitatem in carne peccati, vel hominis post lapsum: sed disputaturus contra illos, qvi dicebant, *Adamum sic creatum, ut etiam sine peccati merito moreretur, non pœnâ culpæ: sed naturæ necessitate*, primariò qvidem oppositit ipsam Legem Paradisi, vel illud interdictum pœnale Gen. 2. 17. *in die quo comederis ex eâ arbore* מות תמות *s. moriendo morieris*, idemq; non de solâ *animæ*: sed & *corporis morte* intelligendum, collato altero divino judiciali post lapsum edicto Gen. 3. 17. *de homine pulvere in pulverem reversuro*, probavit, inde, partim ex hypothesi, partim κατ' ἀλήθειαν, sive positâ, sive concessâ qvoqve respectivè corporis i. hominis mortalitate, negavit, ex illo legitimè inferri, *Adamo, etiamsi non peccasset, citra pœnam culpæ, solâ necessitate naturæ, moriendum*, vel, ne fortè *per tam longam ætatem marcesceret, ac, dum diutius hîc in corpore animali viveret, senectute gravatus, paulatim veterasceudo, ad mortem perveniret, metuendum fuisse*, cùm, non solùm jam nunc in statu post lapsum, ubi datur corpus & *mortale* & *naturale*, à carne *vulnerabili* ad necessariò *vulnerandam*, à corpore *ægrotabili* ad necessariò *ægrotaturum*, non valeat consequentia: sed & in ipsis *vestimentis & calceamentis Israelitarum*, utut corruptibilibus per naturam, Deus per 40. annos suspendere potuerit corruptibilitatis actum secundum, & præstare, ut actu non veterascerent, nec corrumperentur. Qvin constanter ibidem Augustinus defendit hanc thesin: *Non tantùm Spiritus: sed & corporis mortem propter peccatum meruisse genus humanum*, & pro hâc urget pulcherrimum Apostoli dictum ad Rom. 7. 10. τὸ σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, & observare jubet, non solùm ibi mentionem fieri *corporis mortui propter peccatum*: sed & *mortalis*: illius v. 10 *Corpus mortuum propter peccatum*: hujus v. 11. *Is qui resuscitavit Christum ex mortuis, resuscitabit quoque* τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν *s. mortalia corpora vestra*. Meminit sanè aliqvoties *Mortalitatis* ante lapsũ; sed sive reduplicativè, ad materiam, corruptionis principiũ, qvatenus homo etiam ante lapsum secundum corpus, terra erat, sive hypotheticè, qvatenus, qvia *corpus animale* gestabat, *sustentaculis ipsi opus erat, & de lignorum fructibus refectionem contra defectionem, & de ligno vitæ stabilitatem contra vetustatem*

vetustatem in promtu habebat, & adeo absolutè, immortalis s. non mortalis, non erat: sive comparativè & respectivè, in relatione ad immortalitatem vel incorruptionem sanctorum in alterâ vita.

§. 7. Ceterùm, in objecto Augustino, committitur ignoratio elenchi. Præterqvam enim, qvod à materiâ ad corruptibilitatem, qvin positâ hâc, in materiâ secundùm se consideratâ, ad corruptibilitatem naturalem materiati, propter actum formalem s. animæ immortalis consortium, supposità conditrice gratiâ, idqve præcipuè, in corpore formato è terrâ nondum maledictâ non valeat consequentia, non qværitur de corpore primi hominis secundùm se, & ante vel extra sive conditricem gratiam, sive inspiratam viventem, & corpus informantem animam, ipsamq; imaginem divinam concreatam: sed illis suppositis, de primo homine, utrum ratione ipsius corporis, vel potiùs hujus cum animâ, vitarum spiraculo, unionis, velut solubilis, per naturam dicendus sit mortalis & ex æqvo corruptibilis, ac illæ vestes & calceamenta Israelitarum, sic, ut qvod actu ipso moriturus non erat, supernaturali & adventitiæ debeatur gratiæ, æqvè ac in illis vestibus & calceis qvod per 40. annos non corrumperentur, nec veterascerent, etsi naturâ suâ corruptibiles? Nec qværitur, de naturali primi hominis, à morte immunitate absolutâ: sed hypotheticâ, à Lege sc. Paradisi suspensâ, nec cibi & sustentaculorum exclusivâ: cum ceteroqvi, si qværatur, an primus homo talis conditus fuerit, qvi etiamsi transgrederetur illud interdictum pœnale, sic, ut non solùm sustentaculis permissis omnibus, esu imprimis arboris vitæ abstineret: sed & de interdictâ arbore comederet, nihilominus immunis à morte foret? negandum potiùs sic immortalem conditum, & pro *mortali*, s. tali, qvi si transgrederetur & mori posset, & moriturus esset, condito pronunciandum. Sed & à sustentaculis illis ad humidi & calidi radicalis absumtionem & sic qvandam in materiato corruptionem, & ab hâc s. mutatione partiali ad conservandam vitam directâ, ad mutationem corruptivam totius, qvâ sc. naturæ totius detrimentum afferri, & vita auferri

ferri naturaliter potuerit, non V. C. Sic autem primum hominem per naturam immunem à morte fuisse, vel immortale corpus habuisse, prout sive ipse post translationem habiturus erat, sive habent & habebunt corpora sanctorum, indeà resurrectione beatâ, ita ut mori nullo modo posset, repugnat primæ Legi, qvâ posita poterat labi & sic mori: ceterùm, ut potuerit qvoqve per naturam, Legem non transgredi, & sic per naturam à morte immunis esse & non mori.

§. 7. Nec aliter Augustinus l. alleg. Non sanè Adamum sic conditum, *ut etiam sine peccati merito mortalis esset, non pœnâ culpæ: sed necessitate naturæ*, etsi per supernaturale donum, velut aureum frænum, cohibetur illa naturalis mortalitas, ut erumpere in actum non posset, assertum Augustino: sed contrarium potius. Qvatenus tamen Adam, *corpus, in quo creatus est, animale gestaverit*, qvatenus *in Paradiso sustentaculis & contra defectionem refectione de lignorum fructibus opus habuerit*, qvatenus *illam incorruptionem, quæ in sanctorum resurrectione promittitur, quaq; in Domino prima præcesserit, nondum habuerit*, in qvam, ipsamq; *sic spiritalem qualitatem corporis ipse commutandus, sine mortis periculo ab animali in spiritale erat transiturus*, in tantum, corpus Adami, ante translationem *potuisse esse mortale*, id est tale, *quod nondum fuerit superveſtitum illa immortalitate & incorruptione, qualis inde à resurrectione corporum sanctorum* extra omnem potentiam lapsus & mortis positorum, agnovit Augustinus, & hoc sensu, *mortalitatem* s. potentiam labendi & sic moriendi, *corpori Adami* tribuit, qvam *fuerat absumtura mutatio in æternam incorruptionem, si in homine justitia i. e. obedientia maneret*, ut tamen, prout signanter addit, *non propter fragilitatem terrenam, quia de terræ pulvere factum est Corpus, mori potuerit: sed propter peccatum moriturum fuerit.* Nihil hîc de puris naturalibus, in *quibus homini condito, mors, naturæ debitum fuisset:* nihil de corpore Adami, *sic ex contrariis temperato, ut ex illâ temperatione moriendi necessitas naturaliter secutura fuerit, & adeo absolutè corpus primi hominis naturâ suâ mortale dici debuerit*, etsi per supernaturale & adventitium gratiæ donum, nisi culpa præcederet, ipso actu mori non potuerit

tuerit conf. Bell. l un de grat. 1. hom. c. 8 & 9. Pulchrè Augustinus alibi l 13. de Civ. Dei c. 15. *Constat inter Christianos vemtiter Catholicam tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem, non lege naturæ, quâ nullam mortem homini Deus fecit: sed merito infligtam esse peccati, quoniam peccatum vindicans Deus dixit homini, in quo tunc omnes eramus: Terra es, & in terram ibis!* At ex hypothesi corporis Adami æqvè naturaliter mortalis, *ac vestes & calcei Israelitarum* naturaliter fuerunt *corruptibiles*, prout, subtracto, post *quadragenam annorum* in deserto, conservationis beneficio, vestium & calceamentorum actualis *invetemtio* & *corruptio*, ex ipsâ naturâ s. conditione materiæ successit, ex ipsâ autem remotione doni conservationis divini, nonnisi indirectè & per modum removentis prohibens: ita remoto justitiæ originalis dono, succedens mors ex ipso peccato nonnisi indirectè, directè autem ex ipsâ materiâ, in qvâ jam actu 1. mors erat, consecutura fuisset, atqve sic per materiam, cujus Autor Deus, origo mortis reduceretur ad ipsum Deum, ipsamq; *mortem* Deus *feciſſet*, neq; ἐπ' ἀφθαρσίᾳ *hominem condidisset*: qvin naturaliter mortalem, & in puris naturalibus (qvæ revera purum commentum sunt Scholasticorum) si mansisset, ipso actu moriturum creavisset, ac principium corruptionis s. mortis, homini ipse Conditor immortalis indidisset, injecto saltim justitiæ originalis pallio, vel freno prohibente, ne illa concreata concupiscentia, carnis adversùs spiritum rebellio, languor ille naturæ, & cum his ipsa naturalis mortalitas, in actum 2. erumperet. Incredibile, qvantum huic hypothesi Papisticæ consequenter insit fermenti hæretici, qvod sese deinceps per omnes ferè articulos fidei papisticæ exerit.

LOCUS II.

Media extraordinaria θεοσεβείας Israeliticæ.

c. IIX. 2 3. 5. 16.

§. 1. Finis admirandæ deductionis Israelis per desertum horridum, in illâ annorum qvadragenâ, ratione intentionis divinæ memoratur, sive intermedius, & hic cùm דעת s. *agnitio fiducialis Israelis*, eademq; conjuncta cum *obedientiâ* practicâ, s. *observatione praceptorum*

præceptorum DEI, ac cultus unius illius veri DEI conf. v. 5. 6. tum דעת effectivè Dei, ſ. ut per experimenta publica DEUS *cognoſcendam publicè daret* arcana *cordis Iſraelis, utrum obſervaturus eſſet præcepta Dei, nec ne*? conf. v. 2. ſive intermedio ſubordinatus ſc. *ſalus Iſraelis*, & *gloria Dei*, illa qvidem v. 16. ut ſc. DEUS Iſraeli, *ad extremum benefaceret*, hæc autem v. 17. 18. 19. 20. ut Iſrael nunqvam, excuſsâ *veri DEI memoriâ*, ab hac ad *idololatriam*, vel *arrogantem* de ſeipſo *fiduciam*, fœdè prolapſus, ſibi vel *Diis alienis*: ſed ſoli Deo, id qvod *pacto jurato* Patribus firmaverat, poſteris præſtanti, gloriam, cùm illius ex Ægypto eductionis tum in terram promiſſam imò juratam inductionis, transſcriberet, additâ publicâ conteſtatione excidii, in caſu oppoſiti, ſi ſc. Jehovæ Dei ſui obliti, ſecuti fuerint Deos alienos, & colendo eos incurvaverint ſe eis v. 19. 20.

§. 2. Media illius דעת ſ. cognitionis Iſraelis, tum activæ, tum paſſivæ, ponuntur partim *generaliter* ſc. *afflictiones* & *tentationes* Iſraelis conf. v. 2. 3. 16. qvarum illæ ad adverſa, hæc autem tùm ad *adverſa*, tum ad *proſpera* Iſraelis, in illâ qvadragena annorum deſerti referuntur: per utraq; ſc. *tentavemt* Deus Iſraelem, ut & hic *cum corde ſuo cognoſceret*, & qvalis *intus in corde erat*, per ipſa experimenta publica *cognoſceretur*, & conſtaret, atqve ſic Deus Iſraeli *ad extremum benefaceret*: conf. v. 16. Partim autem ſpecialiter, ubi tria diſtincta memorantur ſc. 1. *Iſraelis eſurientis*, per admirabile *Man*, cibatio, ejusdemq; *ſitientis per aquam è rupe adamantinâ* productam, potatio, & per utrumq; tum βρῶμα τῦ πνευματικὸν in illâ qvadragenâ annorū ſuſtentatio v. 3. 16. (2) Iſraelis indumentorum, per ſpecialem providentiam conſervatio ſ. *veſtimentorum & calceamentorum*, ne veteraſcerent, præſervatio v. 4. (3) *Iſraelis è terrâ Ægypti, è domo ſervorum educti*, per *deſertum illud maximum & formidabile, abundans angvibus, preſteribus & ſcorpionibus, planeq; ſiticuloſum* deducti, inſtantiſſima in terram *deliciis & excellentiis terrenis omnibus* (qvarum v. 7. 8. 9. pulcherrimus datur indiculus) nobilitatam, & ſine pari optimam, glorioſa introductio conf. v. 7. & ſeq.

§. 3. No-

§. 3, Notetur utrobiq; de cognitione Israelis tum activâ, qvâ cognoscit, tum passivâ, qvâ cognoscitur, vocabulo דעת conjungi *cordis* vocabulum, illud in v. 5. ubi talis salutaris agnitionis officium præscribitur Israeli, in verbis וידעת עם לבבך, ut *cum corde tuo agnoscas* i. e. ut non perfunctoriè & leviter velut in transcursu aliqvando cogites, vel ore saltim commemores: sed accuratissimè & *cum ipso corde tuo* re probè collectâ, meditataq; illorum admirandorum divinorum memoriâ, in illâ fiduciali, agnitione Dei magis atqve magis confirmeris. Hoc autem v. 2. ubi finis tentationum illarum memoratur, *cognoscere* & per talia experimenta in publicam lucem protrahere, *id quod esset in corde Israelis, utrum sc. esset observaturus præcepta Dei nec ne?* Ita hîc illustre exemplum illius regulæ divinæ האדם יראה לעיניים ויהוה יראה ללבב, *Homo respectat id, quod est ob oculos: sed Jehova spectat ipsum cor.* 1. Sam. 16. 7. Usus hujus loci in controversiâ de gratiâ & libero arbitrio, qvod ex hoc & parallelis locis Pontificii asseverant, inde *quod frustra ceteroqui exploraret Dominus, quid homines facere velint, nisi possint eandem rem facere & non facere.* Contra ex his & similibus locis (conf. Deut. 13. 13.) *liberum arbitrium* ante conversionem vel in conversione non probatur. Mediâ viâ incedendum, sic ut arbitrium liberatum, non negetur *liberum*, hâc tamen lege, ut illud arbitrium solum esse possit, si homo non facit, nonnisi â gratiâ adiutum, si facit.

LOCUS III.

Deus agens in afflictionibus ex jure & affectu Patris.

c. IIX. 5.

§. 1. Pulcherrima autem, & in qvâ verè est ס׳ סוד מתוק *arcanum Dei dulce* (conf. Ps. 55. 15.) sententia illa est, qvæ c. IIX. v. 5. legitur: ס׳ כאשר ייסר איש את בנו יהוה אלהיך מיסרך *sicut Pater erudit* (castigat) *Filium suum: sic* יהוה אלהיך ס׳ *Dominus Deus tuus erudit te.* Firmamentum insigne, qvod non meliori fide se ostendit, qvàm, ubi cum variis casibus & tentationibus conflictamur. Pulcherrimum illud elogium est, qvo, additâ nomi-

ni אלהים modificatione, per affixum pronomen, Deus acclamat nobis, prout olim Israeli afflicto, illud: יהוה אלהיך s. *Jehova Deus tuus* (qvod & fundamentum Decalogi, Exod. 20. 2. & summa promissionis fœderalis: *Ego sum Deus tuus, & seminis tui post te!* usqve adeo, ut illius vis exerat sese in alteram usqve vitam s. ad ipsam resurrectionem beatam, sic ut argumentum præstare potuerit Servatori, pro resurrectione mortuorum contra Saducæos, qvia sc. *Deus non est Deus mortuorum: sed viventium*, conf. Luc. 20. 37. 38. & conf. Gen. 17. 7.) cuj respondet Ecclesia, prout olim Israel, illud: יהוה אלהינו Deut: 6. 4 & qvilibet ὅσῳς Ισραηλίτης, illud, in Davidicis hymnis familiare: יהוה אלהי ô Domine Deus meus! &c, prout in utroq; supposito mysterio Trinitatis in unitate, illud Symbolum est gratiæ, & gratuitæ, cùm promissionis, tum præstationis: ita hoc, fiducialis applicationis, utrumq; autem obligationis, s. tale, qvo, prout à parte unâ, describitur, Dei in creaturâ humanam beneficium: ita ab alterâ parte, præscribitur hominis in Deum benefactorem officium: qvæ beneficia, cum non solùm in nostræ salutis œconomiâ: sed & extra hanc e. c. in opere creationis, sint omnium 3. personarum, unde, ut ostendatur, illa beneficiorum à singulis personis influentium Oeconomia, nomini, non singulari: sed plurali אלהים illa modificatio & in *promissione* qvidem, in personâ 2. in *fiduciali autem apprehensione*, in pers. 1. sive plurali (ubi plures fidem contestantur) sive singulari (ubi unº) additur, unde jã illa promissionis & correlatæ fiduciæ vocabula: אלהיך אלהי אלהינו, qvomodo & in baptismo Deº contestatur & agnoscitur אלהינו, dum *in nomen Patris* (adoptantis) *Filij* (merita suæ passionis per illud ipsum λουτρὸν ὕδατος ἐν ῥήματι Ephes. 5. 25 baptizato applicantis) *Spiritus S.* (regenerantis, sanctificantis, & velut impresso Sigillo, adoptionem nobis & hæreditatem cœlestem obsignantis) & ita, explicitè in nomen אלהינו baptizamur conf. Matth. 28. 19.

§. 2, Inde ergo h. l. qvoqve occurrit illud יהוה אלהיך s. *Dominus Deus tuus*, qvi Deum Israelis se ostendit, dum per 40. annos

annos in deserto *deduxit*, dũ, etsi variè *afflixit* & *esurire fecit*, tamẽ, ne fame periret, incognito illo Israeli, & majoribus, *Manna*, *cibavit* vid. ibid. v. 2. 3. ne ex defectu *vestium & calceamentorum* noxam pateretur, calceis ipsis & vestibus *incorruptionem* addidit, ut per illos 40. annos *veterascere* non potuerint conf. v. 4. atqve hæc & alia fuerunt media illius מוסר s. *eruditionis & castigationis disciplinaris*, de qvâ additur, qvod, *sicut Pater Filium, ita Deus Israelem per hæc* experimenta *eruditum iverit*, cujus finis, *praxis obedientiæ activæ* conf. v. 8.

§. 3. Ita ergò *tales disciplinares castigationes*, reverâ respectu ipsius patientis e.c. Hiobi, non sunt πειρασμοί, vel ἀγωνοθετήσεις: sed δοκιμάσεις, & ponuntur velut argumentũ specialis providentiæ in qvibus sc. Deus egerit, ex jure πολυσπλάγχνου Patris, qvod blandissimum emblema, *Dei sc. castigantis*, in Patre *erudiente*, & vel severiore aliqvando *correctione*, sive in officio continente, sive ad officium revocante, Filiũ, ex Mose in suam sapientiæ scholam transtulit, & pariter, ad illam, qvam vocat חכמת מוסר, inæstimabilem *sapientiam* correctionis & disciplinaris afflictionis ὁ σοφώτατος accommodavit, conf Prov. 3, 12. 13. 14. & cum utroq; Mosis & Salomonis dicto, illud Paulinum ad Hebr. 12. 5. 6. 7. 8 9. 10. qvæ loca parallela pulcherrimum hîc suppeditabunt Commentarium Mosaicum.

§. 4. Primaria facilè hypothesis, cui Papismus Purgatorium superstruit, illa est, qvæ statuit: *peccantibus post baptismum, remissâ culpâ, remanere adhuc, debitum luendæ pœnæ, quæ qvidem pœna sit ipsa pœna sensus gehennæ, remotâ solùm æternitate & in hoc seculo, pœnâ damni.* Grande παράδοξον, post remissam publicano justificato abeunti in domum suam, & ipsi ovi perditæ culpam, remanere adhuc pœnam, qvæ solâ æternitate demta, sit ipsa *pœna sensus infernalis* vel *gehennæ*. Igitur subveniunt pœnis Canonicis, vel impositis in foro pœnitentiario satisfactionibus, *operibus* sc. *laboriosis & pœnalibus*, qvibus homines *redimere* possint illam ipsam *pœnam sensus gehennæ, & pro expiando reatu illius pœnæ in hâc vitâ satisfacere*, ceteroqvi pro illis *pœnis temporalibus* culpæ mortalis,

satisfacturi in purgatorio, nec minùs pro *culpis venialibus*, qvippe qvæ non solùm *quoad reatum pœnæ:* sed etiam *quoad maculam, per quam homo dicatur formaliter peccator & dignus pœnâ*, transmittantur in ignē intensissimè pœnalem, materialiter infernalem, soliusq; purgationis temporariæ (etsi Bellarminus contra Durandi *decennii*, defendit *durationem ultra 200. annos*, & vel ad *ipsum judicij novissimi diem* conf. l. 2. de purgat. c. 9.) respectu, contradistinctum infernali, purgatorium, ut ibi, etsi non *meretur* (nec enim in purgatorio locum concedunt *merito:* sed *satisfactioni*) *satisfaciat* tamen, vel satis patiatur, donec *persolverit novissimum quadrantem*, i. e. *satisfecerit s. pœnas luerit*, pro *minutissimis etiam peccatis, venialibus* sc. conf. Bell. l. 1. de purgatorio. c. 7. Qvi enim, à judice *cogitur solvere debitum, verè satisfacit, ait* Bell. l. 1. de purgatorio c. 14.

§. 5. Superstruitur totum illud πυρκαϊαετηείου μυήμειον hypothesi de *pœnis temporalibus, remanentibus post culpam & pœnam æternam remissam*, vel hanc, peremtâ æternitate, in temporalem conversam, & alteri de *peccatis venialibus*, propter qvæ, pœna à Deo infligatur in purgatorio, Et illi priori qvidem probando afferre solent exemplum *Davidis*, cùm, post prius illud *adulterii & homicidii* ex 2. Sam. 12. 13. 14. tum post alterum illud *numerati populi* subditi peccatum arithmeticum ex 2. Sam. 24. 16. 17. Licet autem affectus Patris non obstet punitioni filii exorbitantis, & Deus etiam Pater sit, ubi *judicat & punit*, qvin tale *judicium incipiat ut plurimùm à domo Dei* 1. Pet. 4. 17. ad qvam classem pœnalium & judiciariarum castigationum divinarum referimus illas Israelitarum Jud. 2. 12. 18, c. 4. 1. 2. 3. & seqq. Qvātò magis speciali Dei providentiæ suberant Israelitæ, velut populus præ *omnibus aliis terræ gentibus in peculium Dei, in regnum sacerdotale assumtus & sanctificatus*, conf. Exod. 19. 5. 6. tantò minùs Deo erat ὑπερῳδὸν, tantòq; gravior hîc animadversor in Israelitas, qvàm qvoscunq; rebelles vel exorbitantes, unde illud Dei apud Amos, c. 3. 2. qvod pulchrè noster Lutherus: Weil ich euch auß allen Geschlechten auff Erden allein erkant/ so wil ich euch heimsuchen in aller ewer Missethat: Licet qvoq; Dei judicia castigatoria, sanctis lapsis, sint παιδείαι, juxta illud Pauli: κρινόμενοι

ὑπὸ

ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα 1 Cor. 11. 31. 32. *Dum judicamur, à Domino erudimur*, & in talibus παιδείας post remissam culpam & pœnam propriè sic dictam, relatio qvædam detur ad culpam præteritam, prout tamen ibi, à pœnâ peccantibus immissâ, ante & propter inducendam pœnitentiam, ad pœnâ temporalem remanentem post pœnitentiam s. *culpam & pœnã æternam remissam:* ita hîc à relatione qvâdam talis παιδείας ad culpam præteritam, ad relationem illius per modum pœnæ formaliter s. proprie & in ordine ad justitiam divinam punientem sic dictæ, & necessariam satisfactionem illius pœnæ redemtoriam non V. C.

§. 6. Castigationes de cetero, vel παιδείαι illæ, non materialiter, & juxta *proportionem Arithmeticam* (juxta qvam, veris pœnis, qvæ infliguntur hîc in *judicio vindictæ*, sæpè pares, imò graviores sunt, qvales illæ Hiobi) sed formaliter & juxta proportionem Geometricam, personæ sc. jam talis, qvalem beatam prædicat David, illis elogiis נשוי פשע כסוי חטאה s. *cui remissæ sunt iniquitates & obtecta peccata* conf. Ps. 32. 1. Rom. 4, 7. 8. consideratæ sive simpliciter sunt *tentatoriæ, probatoriæ* τῆς ὑπομονῆς, s. *constantiæ ac tolerantiæ fidei* exploratoriæ, sine respectu ad *peccatum*, qvales qvædam Abrahami (e. c. Gen. 22. 1. 2.) omnes Hiobi, multæ Davidis, plurimæ Apostolorum & aliorum sanctorum conf. 2. Cor. 1. 5. 6. 8. 9. 1. Pet. 1. 6. 7. qvalis & illa *cæcitas cæcinati* Joh. 9. 3. etsi par illi *Elymæ magi* Act. 13. 11. tamen, non, prout hæc, ob peccatum immissa, & propriè s. formaliter pœna.

§. 7. Vel sunt (2) ad peccatum qvidem præteritum respectivæ: cetertùm, nõ, respectu propriè pœnali, nec ad illud velut ad fundamentum proximum, in sensu composito: sed remotum, in sensu diviso, sc. ad peccatum, jam qvoad culpam & omnem pœnam proprii nominis, nec semiplenè: sed plenè, remissum, eædemq; adeo non pœnales: sed medicinales, & afflictiones emendativæ & correctivæ sunt, qvales illæ, Davidi post *adulterium & homicidium*, ac deinceps, post *peccatum Arithmeticum*, utrumq; jam condonatum, immissæ, etsi non citra qvendam ad illa præterita s. commissa, vel qvosdam horum effectus e. c. *scandali* remanen-

tis in populo, respectum. Fuerunt illæ Davidi qvædam salubris disciplina, pro emendatione in futurum tali, qvalem ipse precibus ardentissimis à Deo placato contenderat Ps. 51. 12. 13 & pro cautione novi lapsus & scandali, per *quod blasphemaretur nomẽ Domini*, imo pro correctione scandali jam dati, inq; populum derivati (salvâ condonatione Culpæ & pœnæ jam factæ Davidi) Qvin etsi daretur, illa mors Filioli Davidis, & illa ad triduum indicta, (pro cujus abbreviaturâ ex indictione triduanæ, ad unum diem, nihil in fonte sacro) pestis, utraq; pœna, nihil tamen inde pro satisfactione Davidicâ. Nihil in locis illis objectis 2 Sam. 12. 9. 13. 18. c. 24. 10. 14. 15. 17. occurrit de Davide *satisfaciente pro pœnis temporalibus* culpæ remissæ.

§. 8. Valet autem de utriusq; illius classis *afflictionibus*, qvod h. l. Moses pronunciat, de *tentationibus & afflictionibus Israelis*, c. IIX. 16. sc. *Deum illas immisisse* להיטיב באחריתך, s. *ut benefaceret ad extremum*, ut adeò אחרית ייסורין s. extremum & finis castigationum illarum divinarum, non sit vindicta s. pœna: sed gratia s. divina beneficentia, ut ad extremum afflictis, prout pater Filiis, benefaceret. Et hoc est illud πλὴν κυρίῳ, qvod in exemplo Hiobi repræsentat & commendat Jacobus c. 5. 11. velut argumentum à posteriori, unde constet, *tales castigationes vel tentationes non esse Dei, ut offensi, vel iratti Judicis*: sed *misericordis* s. πολυσπλάγχνα καὶ οἰκτίρμονος *Patris*, conf. qvoqve Isaiæ 63. 9. *In omni angustiâ Israelitarum ipsi Deo fuit angustia, nec adeo ipse Deus in illis afflictionibus, hostis Israelis*, etsi verè *hostis, mutatus illis in inimicum*, imò *prælliatus adversus illos, ubi illi exacerbarunt & dolore affecerunt Spiritum Sanctum ejus* vid. ibid. v. 10. Manet adeo hoc aureolum Mosaicum, de qvo non minùs illud Paulinum pronunciare licebat, sc. ὁ γεγεὸς θεμέλιος ὁ θεὸς ἔστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην conf. 2 Tim. 2. 19. *Omnes tentationes Dei sunt* להיטיב s. *ad finale bonũ*. Consonat illud Jacobæum c. 1. 13. 14. ὁ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν s. *Deus nec tentatur (passivè) nec tentat quenquam ad malum*: qvia sc. *Omnes tentationes Dei sunt* להיטיב באחריתן s. *earũ finis bonus*, qvomodo de tentationibus

tationibus: divinis intelligendū, qvod habetur Jacob. 1. v. 12 [*beatus vir, qui tolerat tentationem! Quia sc. probus compertus* (En finem, non puniendi sed probandi!) *accipiet coronam vitæ*, etsi non ex merito *operis*: sed gratiâ promissionis. Hoc verè est לחיטיב באחריתך. Ita & Apostolus judicii illius castigatorii apud Corinthios s. illius κατάκρισις finē, ponit, *ne cum mundo condemnemur.* Consonat planè Paulus Epistol. ad Hebr. c. 12. 11. distinguens inter tentationis τὸ παρὸν s. præsens *dolorosum*, & ὕστερον s. extremum glorioſum ac *Irenicum*, ubi sc. datur illud היטיב באחריתך. Qvin, nec de ipsis pœnis sanctorum lapsorum temporalibus propriè sic dictis, simpliciter negare licet illas, intentione Dei punientis ultimatâ immitti in bonum puniti, ut frustra objiciat Chamier, à communi sensu abhorrere, pœnam ex intentione punientis tendere in bonum puniti.

LOCUS IV.

Excellentia terræ Israelis. Usus illarum militare debet gloriæ Creatoris.

c. IIX. 7. 8. 9.

§. 1. Beneficium illud *introductionis in terram promissam*, ab ipsis exaggeratur *illius terræ excellentiis*, ob qvas illa ipsa appellatur *terra bona.* Specialiter autem ratione excellentiarum terrenarum commendatur, qvod sit 1. *terra irrigua*, & qvidem (2) *oneibus* (3) *vonginibus*, de qvibus communiter prædicatur qvod sint בוצאים בבקעה ובהר s. *procedentes in convalle illa, & in monte illo, quod* non de certâ qvadam *valle*, nec de certo qvodam *monte*: sed universâ terrâ promissâ, qvæ, prout appellatur Mosi c. 11, 11. ארץ הרים ובקעות s. *terra montium & convallium pluviâ cœlesti irriguorum*, montana partim, partim, *campestris erat, & humilis* (etsi alibi Jos. 10, 40 distingvitur (1) ההר s. *montanam* (2) הנגב s. *meridianam.* (3) השפלה s. *humilem*, nec adeo נגב prout visum Ludov. de Dieu in animadversionibus ad Zach. c. 7, 7 sit ipsa ὀρεινὴ, s. *montana regio*, eademq; *ficca, arida, & deserta, velut quæ humore suo protinus destituitur*) intelligendum, ut adeo, cū ceteroqvi campestria & vel humiliora loca, rivis, torrentibus,

tibus, ſtagnis, fontibus ſint irrigua, qvia, ob humoris à montibus *defluentis* copiam, magis humida & feracia, in Cananæâ illa cum montana, tum campeſtria, promittantur benedicta & irrigua, ſic ut nec יושבי ההר ſ. *incolamontanorũ*, obaqvas, neceſſe habuerint deſcendere in valles, nec יושבי העמק ſ. *campeſtriũ vel vallium incolæ*, aqvandi causâ, aſcendere in montana, qvia ſc. ubiq; terra irrigua & benedicta, ut tamen, neceſſe haut ſit, verbum יוצאים de ipſis originibus fluviorũ, vel illud בהר præcisè de ipſo montium vertice intelligere. Licet enim, exempla fontium in ipſis montium verticibus ſcaturientium inq; fluvios ampliſſimos tandem exeuntium, non deſint (de qvibus conſulendi Geographi) h. l. tamen, ubi non *fontes* ſolùm: ſed & *rivi, ac ſtagna vel voragines* memorantur, in *montanâ* æqvè, ac *valle*, ipſe *rivorum* ductus, ipſe ſimul *fontium ſcaturientium* profluxus, notatur, etſi non in ſummo monte, tamen in ipsâ montanâ regione, ut nec opus ſit, ex hypotheſi alterâ, reddere, ac ſi dicantur illi rivi, fontes, voragines, alibi ſuas origines *habentes, ex his prodire in ſingulas illas Cananæa convalles & montes*, qvin potiùs, eum & *regio montana* ſua habeat intervalla *humiliora*, hoc ſenſu rectiùs noſter Lutherus expreſſerit: **Ein Land da Bäche/ und Brunnen/ und Seen innen ſind/ die an den Bergen und in den Awen fleſſen.**

§. 2. Commendatur ſpecialiter (2) ratione *frugum* & terræ pro entuũ. Solitum ceteroqvi, Amanuenſibus S. Spiritus, Moſi imprimis omnes illas ſpecies terreſtres ad tria revocare capita ſ. tres genera, ſc. (1.) דגן ſ. *frumentum* (2) תירוש ſ. *muſtum*. (3) יצהר ſ. *oleum*. conf. Deut. 14. 22. c. 18. 4. usq; adeo, ut nec deſint nec defuerint, qvi leges primitiarũ ſ. *Theruma & decimarũ* nõ obligaſſe ſtatuant, ultra illas ſpecies aridorum & liqvidorũ, ſic ut decimas illas olerum vel hortenſium traditioni vel ſuperſtitioni imputent Magiſtrorum notata à Servatore Matth. 23. 23. Aliis contra, qvos inter Sixtinus Amama, obligationem, ultra illas ſpecies *proventuum terræ*, primarias, ad *olerum & hortenſium minima* qvæqve extendentibus, & illã *decimationem ruta, anethi, cumini*, à Servatore objectam

jectam & per illud ἴδε approbatam, non ad traditionem illam seqvioris ævi; sed ad ipsum divinæ Legis ῥητὸν referentibus, & illud ipsum, qvod Judæi illorum *decimationem supererogatoriam* habuerint, vel traditioni Magistrorum acceptum retulerint, *Judæorum cæcitati* imputantibus, qvi non poterant non, dum in illâ hypothesi Judæos *cæcitatis* accusant, ex æqvo *cæcitatis* accusare suæ ceteroqvi religionis domesticos, Bezam, Piscatorem, Drusium, Casaubonum, qvi illos Judæorum Magistros hîc Antecessores planè seqvuntur. Nihil obstat, qvo minùs ad illas tres classes genericas & primarias cetera revocentur, qvomodo in his excellentiis terræ Israelis c. 8. 8. ubi specialiter memorantur (1) *Triticum.* (2) *hordeum.* (3) *Vitis,* (4) *Ficus.* (5) *Malogranatum.* (6) *Olea oleosa.* (7) דבש s. *mel* (etsi alibi hanc vocem, per *palmas*, vel *dactylos palmarum* expressit Junius 2. Chron. 31. 5. & non ibi solùm: sed & h. l. ubi volunt 7. מינים s. species terrâ nascentium recensseri, mel non apum: sed palmarum s. dactylorum illi intelligunt, prout notante Erpenio & L. de Dieu, Medicis Arabibus mel dactylorum absolutè vocatur דבש) Ad classem 1. דגן s. *frumenti* ὁμολογουμένως referendum ex num. 1. & 2. triticum, & hordeum: ad classem 2. s. תירוש *vel mustum*, primariò *fructus vitis*, secundariò, *ficus*, & *malogranatum*, & adeo qvæ habentur num. 3. 4. 5. Ad classem 3. יצהר s. *oleum*, primariò, qvod habetur num. 6. secundariò ipsum דבש s. *mel*, & adeo in tali extensione, conciliari numerus ille ternarius possit, nec opponi sententiæ posteriori. Facit autem pro tali relatione ipsa versus distinctio, & specierum illarum nexus & ordo.

§. 3. Qvin commendat illam terræ excellentiam, ipsa frugum & deliciarum terrenarum, sine molestâ fundi culturâ (conf. locus parallelus c. XI. 10. 11. 12.) abundantia, sic ut nullius in illa rei ad usum necessariæ, & vel mensas Regum exornaturæ detur indigentia: sed rerum omnium, ipsius etiam ferri & æris copia conf. v. 9. Atqve, ne ex tantâ rerum omnium abundantiâ in luxuriam (more seculi) & apostasiam prolaberetur Israel, & insolesceret, acclamatur huic: *Cave ne obliviscaris, Domini Dei tui! Ne efferat se animus tuus!* conf. v. 10. 12. 14.

LOCUS V.

Transitus Jordanis. Gloria victoriæ Israelis soli Deo danda, & beneficiorum Dei semper recordandum.

c. 9. l. 3 4 7.

§. 1. Magnifica illa Mosis ad Israelem vox: *Audi Israel, hâc die transiturus es Jordanem!* At qvomodo Israel fuit עבר היום s. *transiens illâ ipsâ die*, qvi demum post 30. dies planctus funeralis Mosis mortui transivit? Scilicet, familiare Hebræis præsens pro paulò post futuro, qvomodo Jonas *conscendisse* memoratur *navim euntem in mare mediterraneum*, i. e. jamjam ituram, s. ex portu soluturam in altum, & *Dominus* יצא ממקומו *egrediens ex loco suo* id est, *jamjam egressurus* conf. Jon. 1. 3. Mich. c. 1. 3. Nec minùs Hebræis היום, præter suppositionem illam eminentissimam, qvâ in propositione mysterii generationis Filii Ps. 2. 7. ipsam æternitatē designat, & alteram, qvâ durationem amplissimam, etsi singulis finitam, notat, Ps. 95. 8. conf. Hebr. 3. 7. 13. non præcisè diem describit naturalem vel Astronomicum: sed qvendam temporis tractum, intra qvem qvicqvid fit, fieri dicitur היום, qvomodo freqvens illud ער היום id est, adusqve hoc ipsum tempus, & ex nomine loci *Dominus providebit*, ortum adagium sacrum ut diceretur היום id est, *hoc ipso tempore* Gen. 22. 14. inprimis autem id obtinet, si actus circumscriptus voce היום jam sit paratissimæ & instantissimæ executionis, qvomodo tunc inter Mosen dicentem: היום s. *hodie transiturus es Jordanem*, & ipsum transitum, nihil intervalli luculentioris superfuturum erat, nisi qvod dandum morti & funeri Mosis: sed nec dicitur, prout ceteroqvi, ubi singularissimè certus dies determinatur: בעצם היום הזה prout Gen. 7. 13. c. 17. 23. 26. Sed אתה עבר היום i. e. *Adest nunc dies, qvâ transiturus es Jordanem.* Ita דעת s. agnitio illa, cujus mentio v. 3. non unum illum diem: sed tempus illud, & præsens, & futurum paulò post designat.

§. 2. Gloria victarum gentium, qvas inter Anakæi, giganteo statu & robore ceteroqvi formidandi, expugnatorumq; editorum in cœlum usqve castellorum, soli Deo danda, licet Antecessore

fore Deo, *qui est ignis consumens, perdituro & prostraturo hostes*, intercedit qvoqve hîc actus Israelis, armante Deo, *expellentis & perdentis celeriter illos*, unde in v. 3. m. 2. verba והורשתם והאברתם מהר ad *Israelem* in fontibus referuntur, qvi antecessore Deo משמיד ומכניע s. *disperdente & prosternente*, ipse qvoqve *expellit, & disperdit*. Reddendum adeo: **Und du (Israel) wirst sie vertreiben und bald umbringen/** etsi, qvia Antecessori Deo, omnis illa victoria Israelis imputanda, qvà rem ipsam rectè ad Deum universum illud Lutherus retulit; **Er (der HErr) wird sie vertreiben und umbringen bald.** Conf. locus parallelus Exod. 23, 23. 27. 28. 29. 30. ubi Deo adscribitur actus excidendi, terrorem vel scarabæos in populos illos immittendi, & cùm Deo, tum Israeli actus expellendi. Atq; ne qvid hîc vel *secum ipse loquens*, seu tacito sub pectore mussitans, sibi suæq; justitiæ arrogaret, & paralogismo verè παραλογιζόμενοι ἑαυτὸν (Jacob. 1. 22.) sibi ipsi imponeret, occupat iterum Moses c. 9. 4. 5.

§. 3. Medio huic argumento inseritur, & probationi minoris ex Ἀγαδοχῇ historiæ deserti præmittitur, Imperativus ille: *Recordare, ne obliviscitor*! conf. v. 7. qvo qvidem loqvendi genere, ubi qvod affirmatur, contrarii negatione illustratur, asseverationem vehementissimam, designari, & e. c. hoc loco memoriale perpetuum fortissimè inculcari, ceteroqvi constat, conf. Deut. 25. 17. 19 c. 33. 6. 1. Sam. 1. 11. Ps 118. 12. Joh. 1. 20. Porrò, aliqvoties in hâc historiâ mentio fit *peccati* Israelis, sic ut supponat pro *gravissimo*, *Apostasiæ* sc. à *vero Deo*, vel Idololatriæ, crimine (qvod & in N. T. inprimis in Epistolâ ad Hebræos familiare, ut nomine ἁμαρτίας, Apostasiæ peccatum designetur, & ipsi ἀπειθοῦντες ac finaliter rebelles, dicantur ἁμαρτάνοντες vel ἁμαρτήσαντες conf. Hebr. 3. 17. 18. c. 10. 26.) e. c. pro cultu vituli fusilis, qvi & ipse חטאת s. *peccatum*, ab *Israele factum*: à Mose *combustum*, appellatur conf. v. 21.

LOCUS IV.

Causa immissionis Israelis in terram promissam, indebita Dei gratia.

c. IX. à v. 4. 5. ad 24.

§. 1. Enthymema Israelitarum tale repræsentatur & confu-

tatur: *Expulsis gentibus propter injustitiam, se immissos esse propter justitiam.* Prohibetur illud v. 4. A causâ sc. meritoriâ in gentibus pœnæ expulsionis, ad causam gratiæ vel tanti benèficii, in Israele non V. C. Et fallacia adeo causæ ostenditur à v. 5. concedendo qvidem illas *ejectas propter improbitatem:* negando autem, hos, *immissos propter probitatem* vel eminentiorem qvandam sanctitatem *præ aliis gentibus*, & ostendendo, *introductos* hos unicè ex indebitâ gratiâ, propter *pactum junatum* Patribus v. 5. Probatur hoc inde à v. 6. *Populus æquè durus cervice, ac aliæ gentes*, & totiens jam inde à primordiis Dei Exodicis, prodigiosè rebellis, & huic causa iræ efferveſcentis, non potest suam *justitiam & rectitudinem internam* Deo objicere, & exinde *suam præ aliis gentibus excellentiam & jus immissionis* prætendere, vel legitimare. Atqve populus Israeliticus talis semper fuit: E. Minorem qvæ est in v. 6. probat per inductionem historicam actorum publicorum (præmisso illo elegantissimo & penetrantissimo Epiphonemate: RECORDARE, NE OBLIVISCITOR!) jam inde à v. 7. summariè, vel per ipsa mansionum nomina e. c. *Choreb*, *Thabara*, *Massa*, & *sepulcra concupiscentiæ* conf. v. 8. 22. & concludit v. 24. ac si diceret. Qvid opus est pluribus exemplis: REBELLES FUISTIS DEO, EX QVO TEMPORE EGO (MOSES) VOS NOVI. Imò non solùm מרים s. *rebelles:* sed & (in Hiphil) ממרים *acerbam rebellionem cientes*, alios ad *rebellionem* provocantes & sic *Deum acerbantes* conf. hîc v. 7. 24. & 31. 27. Notetur qvoqve hîc à Masorethis notatam literam mysticam sc. primum מ קטנה s. solito minusculum in voce ממרים.

LOCUS VII.

Moses in monte Sinai.

c. IX. v. 18.

§. 1. Qværitum, an Moses ter & per 3. *dierum quadragenas* fuerit in monte? Qvod omninò affirmandum, si inter ascensum primum, qvo impetrarit tabulas priores, & ascensum, in qvo posteriores, dandus est ascensus medius solâ causâ deprecationis, pro populo peccante, à Mose sponte susceptus. At talem videtur & hic Moses apertè designare v. 18. & v. 25. 26. 27. & in Exodoc. 30.

30. 31. Itah. l. c 9. v. 9. ascensus Mosis primus post Decalogicus, cujus duratio dierum 40. Ab illo autem & tempore & causâ distinctus ascensus secundus cum pari dierū qvadragena v. 18. & 25. At ab hoc distinctus pariter tertius, cum pari qvadragenâ conf. c. 10. 1. 2. 10. Nihil adeò tali ascensui intermedio obstat, nec v. 18. illud כראשנה nec c. 10, 10. illud כימים הראשנים i. e. *Sicut diebus prioribus*. Malunt tamen alii, nonnisi bis qvadragenam in summitate montis exactam Mosi, sic ut deprecaturus culpam populi, aliqvo usqve qvidem ascenderit: sed sine morâ mox in castra reversus fuerit: qvia autem & in illo medio adscensu, & in postremo ubi exegit qvadragenam, de reconciliatione actum est, inde factum statuunt, qvod illum intermedium cum tertio conjunxerit, & 40. dies illi hîc assignaverit Moses. Utrum hæc satisfactura sint, ipsa collatio allegatorum textuum Consultorem docebit.

LOCUS IIX.

Arca foederis an una, an duæ?

c. X. 3.

§. 1. Qvæsitum: An alia arca, qvam hîc feciſſe memoratur Moses, alia illa, qvam *Bezaleel* in Exodo? Neg. Obij. hanc fecit *Moses*. Resp. בצוות i. e. *mandando s. jubendo Bezaleeli, ut faceret*, & de modo s. figura hunc informando κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει conf. Hebr 8, 5. Bene Jun. & Trem. expresserunt illud ויאמר *cumvi arcam fieri*. Obij. arca Bezaleelis fabricata est post descensum ultimum Mosis: hæc autem ante ascensum ultimum. conf. v. 3. Resp. neg. posterius. Memoratur hîc occasione mandati v. 2. arca κατὰ περιόλημψιν, propter *tabulas* in ea collocandas, prout cetera Moses hîc summariè saltim. Porrò introductâ in templum Salomonis arcâ, in illâ nonnisi duæ tabulæ â Mose qvondam in illâ collocatæ, fuisse memorantur 1. Reg 8 9 Nec contrariatur huic intellectus rectè locus Hebr. 9. 4. 5.

LOCUS IX.

Mansiones Ismelis. Memoriale beneficiorum cum obedientia mandatorum heris etiam inculcandum c. X. 6. 7. c. XI. 2. 7 8.

§. 1. Dubium hic ingens, qvomodo ex statione Filiorum

liorum *Jakan* moverint in Mosera, cum Num. 33. 31. 32. in indiculo mansionum accuratissimo, memorentur ex Moserothis movisse ad Filios Jakan? & qvomodo in *Moseroth* mortuus Ahron hîc dicatur, qvi post multas stationes intercedentes demum mortuus, ibi (Num. 33. 7.) dicitur, in *statione ad Horem montem*! Grotius audacter, & hypobolimæa hæc duo agnoscit commata (6. & 7.) & in his veterem errorem, eundemq; duplicem, unum, qvoad positum *Mosera* post *Filios Jakan*, alterum, qvoad locum Ahronis mortui, nõ in *Mosera:* sed *Hor*, collatis locis Num. 33. 36. 31. 38. & tamen locum Num. 33. 30. explicat ex loco Deut. 10, 6. Contra (1) alia statio *Moserot*, alia *Mosera* (2) *Mosera* nomen *deserti montis Hor*. (3) שם alicubi pro אז i. e. *tunc*, Zephan. 1. 14. Ps. 14. 5. ut adeo Ahron tunc, cũ illi essent in deserto Mosera, mortuus sit in monte Hor.

§. 2. In fontibus hîc jam inde à v. 2. post voces וידעתם היום, & jam inde ab accentu (Segolta) concipienda parenthesis duplex: una, omnium illorum respectu, qvæ inde à v. 2. ad usqve v. 8. intercedunt, ut sic sensu conjungantur voces: וידעתם ex v. 2. & ושמרתם ex v. 8. und erkennet heute (qvæ hic à v. 2. ad finem v. 7. intercedunt, parenthetica sunt) und haltet auch alle die Geboth/ die ich dir heute gebiete/ auff daß ihr starck (bestand) seit/ hineinzukommen/ und einzunehmen das Land: altera, qvæ in majori illa continetur, qvæqve incipit à v. 2. post vocem בניכם Rvia notatam, & desinit in fine v. 6. sic ut in sensu copulentur illa ex v. 2. כי לא את בניכם, cum illis in v. 7. כי עיניכם הראת & qvæ intercedunt, sint parenthetica. Rationem reddit, qvare ipsos adultiores Israelitas hîc compellet in illo וידעתם: So erkennet nu heute: denn ich handle jetzo nicht mit ewren Kindern (als welche nicht wissen noch gesehen haben die Züchtigung des HErrn &c. v, 3. was Er ge-

Er gethan an der Aegypter Roß und Wagen am Schilffmeer v. 4. was darauff ferner in der Wüsten v. 5. Was bey Dathan und Abiram v. 6. sondern (mit euch/) derer Augen dieses alles gesehen haben v. 7. erkennet aber solches nicht allein: sondern haltet auch das Geboth v. 8. Ne qvis autem excusabilem in liberis permissamq; ἀγνοίαν Θεῦ objiciat, addit deinceps: lehret es ewre Kinder/ daß ihr und sie lange lebet &c. v. 19. 21. Rectè Raschi ad v. 7. notavit: מוסב מקרא אל האמור למעלה s. dictum v. 7. respicit ad dictum v. 2.

LOCUS X.

Topica sacri publici. Deut. 12. 4. 8. 9. 14.

§. 1. Duplex hic interdictum, unum v. 4. sc. tale: *Israelitæ in plenam terræ possessionem jam immissi, in sacris suis, non agunto, de more gentium (in singulis montibus, collibus, sub quacumq; arbore virente aras erigentiũ* & abominabilia sacra sua peragentium vid. v. 2. 3.) alterum in v. 8. *Israelitæ immissi nõ solùm non sic agunto in suis sacris, prout illæ maledictæ gentes: sed ne quidem sic faciunto, prout facit hactenus Israel in deserto* (liberè nunc hoc, nunc illo in loco, pro ratione mansionum, sacrificando) Seqvitur nunc antitheton: *sed trajecto Jordane, occupatâ jam possessaq; terrâ promissâ, sacrificia nonnisi in stato loco à Deo selecto offerunto*, ibidemq; non alibi, *sacra sua publica* peraguno v. 5. 6. 11. 12. 13. 14. Ratio diversitatis, & ibi concessæ: hîc interdictæ libertatis Topicæ sacrorum, videatur in v. 3.

§. 2. Qværitur: an hîc etiam interdictus fuerit cultus veri Dei in במות s. *excelsis?* Resp. affirmando, sed ex hypothesi, qvæ est in v. 5. & 10. cujus complementum cum demum cœperit à *novissimis Davidis & initiis Salomonis*, ipsoq; adeò *templo Hierosolymitano* jam dedicato (ad qvem locum princeps respectus in v. 5. & 11.) proinde ex illo demum plenariè & continuè hæc lex obligavit, ac usus

usus excelsorum lege interdictus, damnabilis fuit. Conf. cum v. 10. c. 12. Devteron. l. 1. Reg. c. 5. 3. 4. 5. & in Chron. c. 29. & 30. Dandi sunt interdicti gradus. Sc. jã in deserto qvidẽ obligabat, qvatenus nonnisi ad פתח אהל מועד s. portam tentorii conventus, sacrificandum erat, etsi, qvia tabernaculum ambulatorium tunc erat, locus qvoq; variabat, & ratio loci, prout tabernaculum, nunc in collibus s. *montanis*, nunc in *vallibus*: nec minùs obligabat durante Schiloh, vel arcâ, totoq; tabernaculo, stante in Schilo, per annos 343. sc. ab anno 14. Ducatus Jhosuæ adusq; mortem Eli: sed sic, ut post destructum Schilo, in ingenti illo intervallo adusq; templum 1. ubi arca ab altari & tabernaculo discreta, stationes varias acqvirebat, excelsa fuerint qvodammodo permissa, illa inprimis, in qvibus extabat, sive tabernaculum cum altaribus, sive sola arca, ex qvibus illud excelsum in *Gibeon* à *Salomone*, hoc à *Davide* in *Sion* freqventatum, celebratumq; fuit, usqve dum ex discretis illis locis, Salomon arcam illam Mosaicam & tabernaculum cum altaribus ceterisq; vasis sacris introduceret in templum primum, conf. 1. Chron. c. 15. c. 16. 2. Chron. c. 1. 3. 4. 5. 6. ex qvo, adeò sacrificatio in excelsis planè fuit interdicta.

§. 3. Qværitur, qvænam illa *tribus*, in cujus terris futurus erat ille locus Schechina, in *quo Deus collocaturus erat majestatem suam?* Resp. Liran. tribus Levi, in cujus sorte fuerit altare & templum. At tribus Levi caruit sorte terrestri. Et adeò templum cum altari, non erat in tribu Levi: sed Binjamin, etsi reliqva pars urbis in tribu Jhuda.

§. 2. In v. 9. per *quietem*, (Paraphr. Chald. *domum* J. & Tr. *locum*, *quietis*) qvidam intellexerunt Schilo, per *possessionem*, Jerusalem. Sanè & Chaldæus *sanctuarium*. Utrumq;, qvatenus exclusivè, alienum, prout constat ex collatione v. 10.

DECAS IV.

LOCUS I.

Mensa sacra & communis. Vulgatus notatus. Lutherus laudatus.

c. XII. v. 15.

§. 1.

PUlchrè Lutherus in hoc versu correxit, in qvo aberratum à Vulgato (1) illud בכל שעריך i. e. *in omnibus portis tuis*, referendo ad voces תזבח ואכלת s. illud θύσεις καὶ φάγῃ, i. e. *macta & manduca*, non ad voces, *benedicendi*, vel *dandi*. Licet enim abstractâ accentuatione, sensus fluat commodus: **Du magst/ wie du wilt/ schlachten/ und Fleisch essen/ nach dem Segen des HErrn deines GOttes/ den Er dir gegeben hat in allen deinen Thoren/** & *mactatio* talis liberalior *in portis*, supponat *benedictionem* in *portis*, qvia tamen hîc non est argumentum reciprocum, *ab omni* illo, *quod est benedictum in portis*, ad jus, illud omne *mactandi in portis*, omninò & tutiùs, & ex cogente contextu, v. 16. 17. consonantiùs fontibus itur in laudatam jam Lutheri nostri versionem: **Doch magstu schlachten und Fleisch essen in allen deinen Thoren/** pro qvâ facit accentuatio, absentia sc. territorialis, accentus Regis, majoris Rege Tiphcha, cui, prout ex elementis constat, subordinatur *Ruia*, planè, prout v. 2. ubi propter eandem rationem vox אלהיהם non referenda ad verbum ירשים: sed ad remotius, אבר תאבדון. Unde porrò, qvicqvid seqvitur vocem Tiphchatam, non cum hâc potest velut in sensu cohærens, conjungi: sed ad anteriorem vocum tractum, qvi distinguitur accentu Rege, vocis Tiphchatæ accentu, minore, debet referri, qvalis hîc est Rvia in בשר: cui adeò in sensu proximè cohæret illud בכל שעריך i. e. in *omnibus portis tuis*: Sc. omnia, qvæ poterant comedi in *portâ sacrâ*, poterant etiam comedi in *portis communibus*: sed non contra. Nec, qvæ ibi, poterant etiam hîc comedi, pari ritu respectuq; sacro.

§. 2. Nec minùs aberratum (2) in illo טמא וטהור f. vocib^o *immundi* & *mundi*, qvæ cum clarissimè in fontibus reflectantur *subjectivè* s. ad ipsum *hominem vescentem*, in versione illà referuntur *objectivè*, ad ipsam speciem *carnis*, qvâ qvis *vescebatur in portis*. Laudandus hîc iterum Lutherus reddens: **beide der reine und unreine mügens essen**: pro qva translatione facit qvoqve v. 22. ubi & ipse Vulgatus seipsum correxit, reddens: *Et mundus & immundus in commune vescentur.*

§. 3. Qvanta ergo hîc verborum luxuria in Vulgato, qvi alibi cum dispendio sæpè, Mosis abbreviator est, dum addidit, qvæ charactere minore expressimus: *Si autem comedere voluerit, & te esus carnium delectaverit*, occide & comede juxta benedictionem Domini Dei tui, qvam dedit tibi in *urbibus* tuis, sive immundum fuerit, *hoc est maculatum & debile*, sive mundum, *hoc est integrum & sine maculâ, quod offerre licet*, sicut capram & cervum comedes.

LOCUS II.

Leges de Decimis Deo sacratis.

c. XII. 17. 18.

§. 1. Lex est: Non poteris comedere intra portas tuas, DECIMAS *frumenti, musti, vel olei tui: sed coram Jehova Domino Deo tuo comedito illas, in loco, quem elegerit.* Et tamen, qvia qvædam *Decima* poterat adærari, poterat qvoqve licitè *intra portas comedi*, vid. c. 14 24. imò, (2) qvia qvædam decimæ debebant *relinqui in portis*, & in his absumi *à Levitis, peregrinis, pupillis, viduis*, c. 14. 28. 29. qvin (3) qvia, qvod magis ad rem facit, etiam primæ & sanctissimæ decimæ, poterant *quovis in loco* à Leviticis familiis domi absumi vid. Num. 18. 31. omninò videbatur contradictorias leges *Decimarum* dari, ut nihil dicamus de mentione nonnisi trium subalternarum specierum (1) דגן (2) תירוש. (3) יצהר s. (1) *frumenti* (2) *musti* (3) *olei*. Licet enim *decimarum* legem ad has 3. species restrinxerint, & ceterarum specierum decimationes seqvioris apostasiæ temporibus, qvibus superstitio, & dogma *de operibus supererogatoriis Pharisæorum*, papismi antecessorum (qvi erant ἀποδεκατεύοντες ὅσα μὴν κτῶνται, prout ille Luc. 18. 12. & ipsa adeò

hortensia

hortensia qvoq; & olera, Matth. 23. 22. 23.) invaluit, imputaverint & Christianorũ & Judæorũ plurimi, tamẽ, qvia non solùm Servator hic minorũ viliſſimorumq; decimis illud ἔδει ſ. *oportuit haec facere* d. l. apposuit: sed & Moses ipse decimarum objectum indiscriminatim sub generaliore proventus *terræ* ſ. תבואת הארץ, titulo præscripsit, qvi nec in primitiis absolvebatur tribus illis speciebus conf. 2. Chron. 31. 5. Lev. 27. 30, proinde hoc qvidem κεινόμενον facilis expeditionis est, sic, ut sive illi distributioni cetera subordinentur, sive in generaliori illo addito: *Omnis proventus terræ*, contineantur.

§. 2. De ratione conciliandarum sc. legum apparenter contradictoriarum, dispiciemus, decidemusq; dubium paucis. Sciendum (1) singulis annis, singulos colonos obligatos fuisse ad duas decimas dandas ordini sacro. (2) Una ſ. prima dabatur à Colono *Levitis* Num. 18 27. & de hâc iterum à Levitis decima dabatur *Sacerdotibus*, qvæ appellabatur מעשר מן המעשר ſ. *decima de decimâ*. Vid. v. 25. 26. (3) Abstractâ primâ, *secundam decimã* de residuo Colonus dabat *sacerdotibus*, ex lege Lev. 27. 30. & seqq. Deut. 14. 22. 23. Hæc erat מעשר שני ſ. δεκάτη δευτέρα, prout appellatur in Tobiâ c. 1. 7. (4) Abstractâ 1. & 2. dabatur à Colono tertia, sc. Trieterica, qvia nonnisi tertio qvoqve dabatur anno, sive ut tunc perimeret nullam, sive primam. Dabatur autem non Levitis solùm: sed & promiscuè orphanis, viduis, pauperibus. Deut 14. 28. 29. (5) Porrò *decima prima*, etsi adærari vel permutari non poterat, post abstractam tamen *decimam decimæ*, absumi poterat ubiq;, etiam extra *locum sanctum*, in qvocunq; loco mundo. (6) At *decima de decima* non solùm non permutabilis erat: sed nec manducabilis extra locum sacrum. (7) Decima secunda, etsi in casu impeditioris, longiorisve viæ, adærari à Colono poterat, non tamẽ illâ, nisi ad portam sacram coram Deo & postea Hierosolymis intra templi septa, nec, præter Colonũ, nisi sacerdotibus, & invitatis ad hoc καρασπάσιον (sic appellabatur) Levitis, vesci licebat. (8) Decimæ Trietericæ, qvia cedebant etiam pauperibus, πτωχοδεκάται appellatæ, dabantur à Colono domi ex granariis, & adeò dispensabantur à Colonis, intra portas singularum urbium

vid. Deut. 14. 28. 29. c. 26. 13. Tob. 1. 7. (9) Inde ergò conciliatio facilis. Scilicet lex præsens Deut. 12. 17. 18. (לא תוכל non potes, justè sc. & legitimè, ὡς ποιοῦσι, qvi adeò de impossibilitate juris, nõ facti loqvitur, planè prout 1. Cor. 10. 21.) intelligenda vel *de decimâ de decimâ*, vel de decimâ secundâ: Lex Num. 18. 31. de decimâ primâ jam decimatâ: Lex c. 14. 24. probat qvidem, *decimæ secundæ* licitam domi *adorationem*: sed non sub tali respectu sacro *comestionem*: Lex autem c. 14. 28. 29. non nisi de πτωχοδεκάτῃ s. decimis illis *Trietericis* agit. Inde expirat hîc omne ἐκκλησιαστὴς in legibus.

LOCUS III.

Verbo Domini nihil addendum, aut de eo detrahendum.

c. XII. 32.

§. 1. Qvantò magis tenuiter Papistæ hunc locum Mosaicum superiori c. 4. 2. parallelum, vel ex illo argumentum in controversiâ de *unâ credendorum necessariorum*, & ex obligatione divinâ *agendorum, regula, habent*, (adeò ut inter exempla ponant argumentorum, de qvibus, ipsi domi ad qvæstionem: *Quomodo disputent Lutherani?* respondent ineptissimè) tantò magis asserendus, nec deserendum ex utroq; loco argumentum fuerit, cum vel ipse Moses, ne unqvam mente excideret, in ipsâ διατυπώσει hâc LL. divinarum, illud toties inculcarit.

§. 2. Frustra Pontificii nobis affingunt, ex his locis Mosaicis nos concludere, *Mosis 4. libris*, vel ipsi qvoqve Devteronomio & sic *Pentatevcho*, nihil ut verum & fide dignum, qvocunq; titulo sive *librorum* sive *interpretationum*, esse addendum, & sic peccare nos & in *Canonem*, & in *Mosen*. Nec enim qværitur (1) de vero aut fide digno alio, qvàm in relatione ad illa, qvæ ex supernaturali revelatione, sunt credenda vel ex obligatione divinâ agenda. Non qværitur de libris θεοπνεύστοις, & verè Canonicis, præter velpost Pentateuchum Mosis scriptis, & Canonis Judæorum (qvem integrum ipse Dei Filius, in utroq; tum πατεινώσεως, τῦ ὑψώσεως, s. *exinanitionis & exaltationis*, statu, totiens approbavit, qvotiens vel sub ipsâ ordinatione generali antiqvissimâ allegavit conf. Luc. 24. 27. 44.) veri adeò illius, non appositorum *Canoni* Apocryphorum,

phorum, constitutivis, velut per qvos nullus articulus fidei, nullum in praxi pietatis necessarium *præceptum* morale *agendorum* Mosi superadditur. Nec qværitur (3) de declarationibus vel iterationibus LL. divinarum Mosaicis, ac si, ex hypothesi de *nihil addendo illi, quod Deus præceperit*, Moses ipse, per illas appositiones declarativas e. c. præcepto divino de *sanguine Agni, imponendo duobus postibus & superliminari* Exod. 12. 7. in relatione ad populum, addita *hyssopi* s. *hujus fasciculi in sanguine Agni intingendi*, velut instrumenti ῥαντισμοῦ, & admovendi sic superliminari *sanguinis Agni* vid. ibid. v. 22. mentione, sacrilegii reus habendus foret, cum illa omnia sive vivâ Dei voce accepta, etsi non utrobiq; descripta, sive citra talem qvoqve vocem audibilem, θέοπνευστα & ὁμολογουμένως divina fuerint: sed nec (4) de *interpretatione* qværitur Mosis, sive authenticâ & θεοπνεύστῳ illâ, qvalis datur in Prophetis, ac in N. T. Evangelistarum ac Apostolorum scriptis, sive Ecclesiasticâ, utut non avthenticâ, tamen ad γραφὴν θεόπνευστον, & illam adeo Mosis, Prophetarum, ac Apostolorum avthenticam qvàm accuratissi mè formanda: talis qvippe interpretatio non magis additio est, vel qvicqvã sive credendum sive agendum homini fideli necessarium Mosi ac toti γραφῇ θεοπνεύστῳ apponit, qvàm nullum extraneum veritatis sensum, siqvidem genuina & legitima sit, ipsi sacrario scripturarum infert: sed illum scripturarũ sensum, qvi in ipsis scripturis divinis intrinsecè, & in actu signato cognoscibilis ex illis datur, in actu exercito declarat. Qværitur autẽ de *dogmatibus, & præceptis ad fidem, vitam, & salutem æternã necessariis*, an universa illa haberi qveant ex solis scripturis, sic ut nihil addendũ sit ad ea, qvæ in his sive credenda sive agenda docentur, & ita sola scriptura sit unica horum regula? An verò dentur ad salutem necessaria, qvæ ex *solâ traditione* habeantur, sic ut alia opus sit credendorũ & agendorum talium *regula* sc. verbum traditum, pari pietatis affectu ac reverentiâ cum verbo scripto suscipiendum? cujus posterioris à Papistis affirmati, in hoc ipso axiomate Mosis, & illo epiphonemate: *Nec addas quicquam ad illud! Ne detrahas quicquam ab eo!* contradictorium datur.

§. 3. Sophisticum effugium Pontificiorum est, & in qvo Elenchus oppositorum, sc. in textu Mosaico non interdici additionem ad verbum scriptum: sed ad *verbum traditum*, s. ad *præceptum*. Nec enim dici: nihil addendum ad verbum qvod Deus per suos Amanuenses scripserit, vel scripturus sit: sed ad verbum qvod ipse *præceperit*, qvod sive soli tradito conveniat, sive saltim huic magis, qvàm scripto, cum & vivâ voce traditum, *præceptum* sit, & qvod à Mose scriptum, jam antea *præceptum* fuerit, & vivâ voce traditum, anteqvam scripto cum ecclesiâ communicatum. Cum enim certum sit omne illud verbum qvod Deus Mosi vivâ voce præcepit, esse scriptum, proinde, si nihil sive *addendum* sive *detrahendum verbo illi præcepto*, nihil qvoqve sive *addendum* sive *detrahendum* verbo scripto, ut tam latè pateat interdictum *addendi* vel *detrahendi* respectu *verbi scripti*, qvàm *præcepti*, & prout ceteroqvi, verbum qvod *scribitur*, *præcipi* vel *præceptum* dicitur c. 7. 10. c. 11. 17. 2. Thess. 3. 10, 12. ita malè hic *scribere* & *præcipere* s. *verbum præceptum* & *scriptum* opponantur, ipso Abrahamo Consultorè ablegante ad Mosen, neqve verò magis ad aliud qvoddam verbum Mosis traditum s. vivâ voce præceptum scripto contra distinctũ, qvàm aliud Prophetarum, & adeò nonnisi ad verbum scriptum Mosis sc. & Prophetarum, per illud: *Habent Mosen & Prophetas, audiant eos*! & iteratum illud: Si *Mosen & Prophetas non audiunt, nec, si quidem quispiam ex mortuis resurget, ut credant, persuadebuntur* Luc. 16. 29. 31.

§. 4. Inter diẽ, hujus à Mose inchoatæ concionis, & diem funeralẽ Mosis, nonnisi unius integri mensis & paucorum dierũ intervallũ interceſſerit: qvod si ergo detur, tunc, cum hæc loqvebatur Moses illa nondũ fuisse scripta, unde probabitur, in illo, etsi brevi, mensis uni° & 6. dierũ, intervallo hæc non fuisse à Mose scripta & in Canonem, æqvè ac qvæ in IV. libris anteceſſerant, relata? cum inprimis pro totâ illâ Mosis oratione totaq; Lege scriptâ, clarissima præfulgeat lex conf. Deut. 1. v. 3. & c. 31. v. 1. 9. 10. & seqq. Unde patet, omne illud à Mose vivâ voce *præceptum*, de qvo ipse magnâ voce pronunciaverat in utroq; numero, sc. semel in singulari, illud: לא תוסף עליו ולא תגרע ממנו i. e. *Non addes ad illud: nec detrahes de eo.* c. 12. 32. semel in plurali, illud: לא תוסיפו על הדבר

לא תגרעו ממנו *Non addetis ad verbum illud, nec detrahetis de eo!* in Canonicis Mosaicis plenè contineri scriptum, conf. qvoqve Prov. 30 6 ubi illud: *Ne adjicito ad verba Dei* (s. ad *sermonem illum Dei purgatissimum*) *ne efficiaris mendax.*

§. 5. Nec minùs vana exceptio est Bellarm. & Becani: *sensum Legislatoris esse: interdictum utrumq; excludere additiones & diminutiones in singulis præceptis velut nullo modo falsâ interpretatione depravandis* sed *integrè & perfectè, prout Deus præcepit, servandis: non autem interdicere additionem obligantem in toto.* Præterqvam enim, qvod si applicentur hæc ad praxin Papisticam, liqvido ostendete liceat, Papismũ in singulis ferè dogmatibus fidei, sic, sive *deminuere* (e. c. in communione Evchariſticâ, calicem) sive, & freqventiùs qvidem, *addere*, qvæ tamen additiones virtualiter deminutivæ sunt, si vi hujus interdicti, vel, salvo illo, licet in toto aliqvid addere, licebit pari jure etiam toti aliqvid detrahere.

§. 6. Paulus sanè, in supremâ ad Ephesios oratione protestatus, se *nihil subterfugisse eorum, qua* Auditoribus *conducerent, quò minùs ea enunciarit, & publicè ac domatim docuerit*, (cujus qvidem doctrinæ summam ad duo refert capita sc. τὴν εἰς θεὸν μετάνοιαν καὶ πίστιν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν conf. Act. 20. 20. 21) imò se nil *quicquam subterfugisse, quò minùs annunciarit Ephesiis omne Consilium Dei* vid. ibidem v. 27. in Apologetico nihilominùs coram *Festo & Agrippa* Act 26. v. 1. 22. professus apertissimè est, *se nil quicquam dixisse, extra ea, qua Prophetæ, imò ipse Moses futura prædixerant.* Non extant sanè Conciones & Epistolæ Paulinæ, in Mose & Prophetis seu in V. T. sed in N. T. libris. Prout tamen ipsa doctrina Pauli reverà est in Mose & Prophetis, sic ut ad horum scripturas, examinare illam, εἰ ἔχοι ταῦτα ὕτως, & ex Symphonia illâ cum Propheticis, divinam illam colligere licuerit *generosioribus Beroensibus*, conf. Act. 17. 11. ita & universa Christi & Apostolorum doctrina N. T. libris contenta, ad Mosen & Prophetas, & Prophetarũ doctrina de fide & præceptis morũ, ad Mosen reducitur, sic ut nullum detur sive fidei dogma sive morum præceptum, in Novo, qvod non sit in V. T. nec ullum in Prophetis, qvod non in Mose, licet nec libri N. T. in Prophetis: nec Prophetarum libri extent in Mose

cum &

cum & illa qvæ N.T. sunt propria (e.c. *incarnatio Filij Dei*, ejusdemq; σημεῖον τοῦ θεοῦ ἐν ἡμῖν, dicta & facta, ipsa *miracula*, instituta N. T. *sacramenta*, vocatio Apostolorũ, abrogatio ceremonialiũ, imò nõ solùm ipsa Christi παθήματα καὶ μετὰ ταῦτα δόξαι: sed & ille ipse temporum N. T. articulus, ipsæq; sic circumstantiæ, ordo, modus, qvo illa eventura erant) in Mosis & Prophetarum libris, pro ratione V. T. fuerint, sive sic clarè satis prædicta, sive variis typorum umbraculis figurata, & exinde in N. T. libris ab ipso Servatore & Apostolis legitimata, conf. Matt 1. 22. c. 2. 6. 17. 23. c. 3. 3. c. 12. 17. 18. 40. c. 26. 31. 54. c. 27. 8. 9. conf. Jes. 29. 18. cum Luc. 7. 18. 19. 20. 21. 22. & Luc. 24 27. 44. Joh. 1. 46. c. 2. 17. c. 5. 39. 45. 46. c. 7. 42. c. 8. 56. c. 12. 39. 40. c. 19. 34. 35. 36. 37. Act. 1. 16. & seqq. c. 10. 43. c. 13. 47. conf. 1. Cor. 10. 1. 2. 3. 4. 16. Hebr. c. 1. 5. & seqq. c. 7. 1. & seqq. 1. Pet. 1. 11. Qvin, etiamsi detur, ex solis Mosis libris, legitimari non posse omnia sive fidei dogmata sive morum præcepta, qvæ dantur in Prophetis, nedum, qvæ pro ratione N. T. dantur in Apostolorum & Evangelistarum scriptis, qvoad ipsa inprimis N. T. sacramenta, & Servatoris miracula, salvum nihilominùs maneret ex h. l. argumentũ, cum, extenso deinceps, post Mosen, per Prophetas & Apostolos θεοπνεύστως canone, integraliter, s. Systematicè vel totius integralis ratione considerato, qvod h. l. dicitur de *Canone Mosaico*, extendendum pariter sit tùm ad Canonicum Propheticum, tum ad N. T. Canonicum Apostolicum, velut qvod ex æqvo subjacet illi universali sententiæ divinæ: *Omne verbum, quod ego vobis præcipio*, atqve adeò de Universo V. & N. T. Canone, eodemq; tum integraliter, tum essentialiter s. doctrinaliter considerato, valet illud interdictum divinum: *Ne addito ad illud, neque detrahas de eo*, atqve sic universè de *dogmatibus fidei ac præceptis vitæ*, (qvibus duob⁹ omne Christiani Viatoris officiũ absolvitur) cùm illud Dei apud Mosen, tum illud Apostoli θεοπνεύστου aureolum: τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, *l. supra id quod scriptum est, non sapere*! 1. Cor. 4. 6. & sub *Traditionis*, velut regulæ *collateralis*, imo (qvoad illa dogmata, qvæ ex scripturis habentur, ratione ordinis cognoscendi genuinos scripturarum sensus) *superioris*, prætextu,

textu, dogma fidei nullum, sive nudum illud, sive superstitiosis ritibus involutum (qvalia sunt longè plurima Papistica) admittendū sit, sive apertè contrarium scripturis, sive, *præter* ea qvæ Canonicis Mosis, Prophetarum & Apostolorum scriptis continentur, cum Apostolus, usq; adeò, qvi παρὰ τὴν διδαχὴν i. *præter* doctrinam ab Apostolis prædicatā & scriptam, *perversorum dogmatum ac scandalosorum in doctrinâ dissidiorum Autores sunt*, notare & à talibus *declinare* jusserit Rom. 16, 16 ut etiam ANGELUM *ê cœlo*, ex hypothesi, Evangelistam, *præter* Evangelium Apostolicum, *anathemati* bis subjecerit Gal. 1, 8. 9. & in ipsâ clausulâ universi V. & N. T. Canonis, in ipsâ sc. Apocalypsi, Johannes c. 22. 18 19. non solùm contrarium: sed & qvodcunq; auctarium dogmaticum, illis qvæ scripta sunt, adjicienti, auctariū *plagarum*, & *deminuenti*, privationē *portionis*, vel *ablationem ejus ê libro vitæ*, sub solemni *protestationis* formulâ, denunciaverit, qvod, licet Adversariis hîc excipientibus daretur, non tam universaliter de qvibusvis utriusq; T. scripturis, qvàm singulariter de solâ apocalypsi propriè intelligendum, nullus tamen illustris adeò sensus foret, si non generaliter de omnibus Canonicis idem valeret, ipsaq; sic clausula fini Canonis tale majestatis Sigillum apponendo & generalem propositionem probaret & Mosi, Canonicorum scriptorum primo, per illud autoritate divinâ publicatum, *de non addendo nec deminuendo*, mandatum, pulcherrimè Canonicorum scriptorum novissimus, Johannes, non minùs Mose intimioris admissionis & singularis dilectionis divinæ Amanuensis, consonaret.

§. 6. Et ubi liber ille *traditionalis*, in qvo cùm genuini scripturarum sensus, tum illa pari pietatis ac reverentiæ affectu suscipienda contineantur dogmata, sic ut inde velut ex promptuario depromere liceat, cùm infallibilis interpretationis adminicula, tū, per qvæ errores qvandocunq; irrepentes confodere ipsisq; hæresibus plagam letalē inferre liceat, arma? Sinnichius in Goliath. profligato c. 20, sectione 68 *Traditiones divinas*, qvas tamen ipse *scripturis, & genuinæ scripturarum intelligentiæ* contradistinguit, sive *per Christum immediatè, sive per discipulos Christi consignatas asserit*, qvi tamen paulò post *Christum novæ legis autorem, digito quidem aliquando scripsisse in terrâ, non autem in chartâ*, rectè agnoscit. Illæ ergò

traditiones Papistarũ dogmaticæ, fuerint in corde Ecclesiæ. Ceterũ qvomodo S. ille Spiritus aliud scripserit in corde Ecclesiæ, aliud in scripturarum Canone? qvin qvomodo idem S. Spiritus contraria scripserit? Et unde, abstractâ revelatione scripturarum, constabit de illâ scriptione cordis, contrariâ vel alienâ ab illis qvæ sunt in γεγραφῆ vel γεγραμμένα sacratissimi Canonis? Qvomodo probabitur, omnia illa qvæ sunt in corde Ecclesiæ Romano Papisticæ, vel unius, qvi illi & imponitur & imponit, esse ab ipso S. Spiritu scripta in corde Ecclesiæ Catholicæ?

§. 7. Frustra excipitur, interdictum illud addendi & detrahendi obligare populum, non Prælatos. Contrà, qvi jubentur *custodire præcepta & facere*, illi qvoqve prohibentur *addere & detrahere*: immediatè enim præcedit illud: *Omne verbum, quod ego præcipio vobis, hoc observate & facite*! cui subjungitur interdictum illud: *Ne addito ei neque detrahito ex eo*! conf. Deut. 12. 32. Atqve prius obligat in commune conf. l. alleg. & c. 5. 32. E. & posterius, unde & ipsi Josuæ Principi acclamatur, utrumq; sc. cùm illud de *observando & faciendo, prorsus vel omninò, prout scriptum est in libro legis*, tum alterum *de non addendo vel detrahendo*, (verbis immediatè cohærentibus) *Ne recedas à Libro Legis dextrorsum aut sinistrorsum*! Jhos. c. 1. 7. 8. Frustra excipiunt Pontificiorum alii, sive *corruptiones* saltem verbi Dei, sive (2) *inductiones sensus contrarii*, sive *suppositionem adulterinorum fetuum*, s. *librorum* saltim h. l. prohiberi. Præterqvam enim qvod omnibus illis modis contra hanc Deuteronomii legem agat Papismus, & per stilum inductosq; sensus adulteros corrumpendo, & reverà Apocryphos Canonicis addendo, veritati obstrepit, Resp. ad 1. in textu Mosaico prohibetur omnis *additio* sive ad totam legem, sive ad singula Legis, omnis item *detractio* tum à totâ lege tum à singulis præceptis Legis, atqve adeo, ne qvis *singula præcepta interpretando* sive additione sive detractione corrumpat. Resp. ad 2. non solùm prohibetur inductio *contrarii*: sed & *omnis additio*, qvalis est e. c. qvando Pontificii credendis ex scripturâ, apponunt plurima alia dogmata qvæ ex scripturis haberi non possunt, sic ut propter illa opus sit aliâ, præter scripturam, regulâ, *traditione* sc. licet tales *additiones* conse-

consequenter sint Legis scriptæ eversiones, vel, prout Servator appellat, præcepti divini ἀκυρώσεις conf. Matth. 15. 16.

§. 8. Interdicitur non solùm additio libri: sed & cujuscunq; qvod sub ratione dogmatis vel præcepti, velut ad fidem cultumq; religiosum necessarii, inducitur ultra משפט כתוב s. *jus scriptum* Ps. 149. 9. s. ultra *omne illud verbum à Domino præceptum*, à Mose (par ratio Prophetarum & Apostolorum in continuando absolvendoq; Canone) conscriptum. Qvin si sub S. Spiritus, velut *veri Dei* nomine mentitoq; titulo, *libri* suppositio prohibetur, *Traditionum* qvoqve, qvas sanè sub pari S. Spiritus nomine, divinaq; autoritate, ingenti abusu sanctissimi illius Testamenti (Isaiæ c. 59. 21.) obtrudit Papismus, prohibetur *additio*. Et illud ipsum systema traditionale, si apponeretur velut ex æqvo divinum, peccaretur in legem, vel hanc ipsam unicam fidei vitæq; regulam: si apponeretur idem velut non divinum, nec ab illo Spiritu profectum, qvi unà cum *verbo manet semper in ore Ecclesiæ, nec recedit ab ore seminis, & seminis seminis* Messiæ *in seculum*, jam sponte luâ rueret, ac in fumos abiret, qvia ad scriptum Canonem non aliter haberet, qvàm humano capiti cervicem pictor eqvinam si apponeret. Per hanc adeo sententiam Mosaicam fortissimè pro unâ verâ Catholicorum fidei regulâ concluditur. Qvod ita plenum & perfectum est, ut nullum admittat auctarium dogmaticam, s. ut illi nihil in ordine ad cultum divinam, s. ad fidem, vitam, salutem deniqve æternam necessarium, sit addendum, illud est vera & perfectissima fidei vitæq; regula. Atqve tale est Verbum Dei scriptum. E.

§. 9. Interpretatio sanè, si *vera* sit, qvia ex ipsis scripturis sensum veritatis capit, scripturæ s. Verbo scripto nihil addit: si *falsa* (qvales sunt Romano-Papisticæ sub traditionis titulo commentatæ longè plurimæ) omninò sive directè sivè indirectè *addit* & sensum genuinum planè evertit. Qvomodo illud ex Mose s. Deuteron. c. 6. 13. & c. 10. 20. à Servatore in disputatione cum Diabolo allegatum Matth. 4. 10 à Papistis de Latriâ explicatum, sic, ut præter illum essentiâ unum solũ Deum, sancti qvoq; possint Duliâ religiosâ coli & sint colendi, exemplum est, additamenti ad verbũ

illud à Deo præceptum: & interpretamentum illud verborum Christi: HOC FACITE! per: HOC SACRIFICATE! Tridentinum, toti retrò antiqvitati incognitum, genuinum & à generosioribus Papistis, etiam post-Tridentinis agnitum sensum, planè evertit, etsi prius qvoqve exemplum (suppositâ futili planè distinctione inter *Latriam* & *Duliam* religiosam) qvatenus ipsi formali præcepto divino: αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, pro qvo *Latriæ* vocabulo, in fontibus Mosaicis utrobiq; *Duliæ religiosæ* vocabulum est, contradicit, ipsâ etiam additione sensum evertit.

§. 10. Nec minùs ex hoc loco Mosaico inferre licet, contra hypothesin Papistarum de legis Evangelicæ scriptæ imperfectione, & illi adeò addendis subinde legibus Ecclesiasticis necessariis & qvidem talibus, qvibus non solùm sit *obediendum propter conscientiam*: sed & (qvod longè majus est) qvæ ipsæ *obligent conscientiam*, sic ut illarum imperium propriè & per se sit in conscientiam. Ita sc. aliqvid præter Verbum scriptum, *Domino faciendum esset*, & adeo agendum contra legem: *Ne addas quicquam*! Utut autem interdictum hoc *addendi & detrahendi* pertineat primò & per se ad V. T. fortissimè tamen inde infertur ad novum, vel per argumentum à minori ad majus: sed & non minùs cultus N. T. qvàm veteris, pendet à præscriptione divinâ, ipsaq; paucitas observationum & legum particularium, magis convenit N. T. qvàm veteri, qvippe in illo Christus tradidit *signa pauca pro multis, eademq; facta facilima, intellectu augustissima, observatione castissima* conf. Aug. l. 3. de doct. Chr. c. 9. Falsa adeo hypothesis Bellarmini: *Potuisse omnia determinari in V. lege, non potuisse in novâ*, & hîc adeo *addere* sub tanta obligatione esse licitum: ibi s. in solo V. T. per hanc sententiam Mosaicam, interdictum. Falsum, *contrarias* saltim *Leges vel harum additionem hîc interdici*. Nec de auctario *numeri* (præceptorum) qværitur: sed *rerum præceptarum*: qvibus addit, qvi adiaphora suæ naturæ non relinqvit: sed illis Legem *in conscientia obligantem*, vel cultus ac meriti opinionem imponit. Qvi rebus, qvas adiaphoras Deus esse voluit, & propterea nec *præcepit*. nec *prohibuit*, necessitatis talis legem imponit, non *numero* tantum: sed etiam *rebus* auget præcepta, & adeò *addit*. Mosen hîc non al-

loqvi

loqvi *principes:* sed solum *populum*, inane commentum est. Confutat illud titulus ipse: *Hæc sunt verba quæ locutus est Moses ad omnem Israel* vid. c. 1. 1. 40. 41. c. 12. v. 12. *Vos & filij vestri.* Qvod toti universitati præscribitur, hoc etiam *Principibus Ecclesiasticis*, in illâ universitate. Et, si populo interdictum, facere qvicqvam præter scriptum. E. & Principibus prohibitum, *Leges* sub *necessitatis* opinione *ferre*, præter scriptum.

§. 11. Agnoscat hîc Papismus annulos suæ cohærentiæ cum veterib⁹ illis Pharisæis, qvos corâ Servator σκληρώσεις ὑμῶν, toties redarguit, qvod suas illas παραδόσεις observationes, & *seniorum traditiones* scripturis apponerent, cùm dogmaticè, nova dogmata invehendo, tum exegeticè, scripturas pravè interpretando, vel sensus illarum adulterando, conf. Matth. cap. 12. 2. 7. 8. cap. 15. 2. 4 5. 6. 7. 9. 13. c. 16. 11. c. 23. 16. 23. & seqq. Agnoscat eosdem vel cum ipsis Judæorum רבנים *qui traditionis Regulam scripturis apponunt*, & suis hyperbolicis encomiis aliqvando illis *præponunt*, dum non solum, more Papismi, Legem, credendorum & agendorum regulam distinguunt, in תורה שבכתב *s. Legem, quæ est in scripturâ*, & פה תורה שבעל *s. Legem quæ per os est tradita*: sed & pro hujus antiqvitate & autoritate contra קראים, (qvos sic, qvia Regulæ Mosis & Prophetarum scriptæ unicè insistunt, appellant, *scripturarios sc. s. Lectionarios*) Zelotæ, totum hoc traditionis sacrarium imputant Monti Sinai, in qvo Moses uno die legem scriptam, traditiones autem 39 dierum spatio acceperit, qvas traditiones, per Jhosuam, per LXX. Seniores, per Prophetas, per Synagogam magnam כנסת הגדולה propagatam, & tandem ab his in opus Talmudicum, velut *ingentem librum traditionalem* (cum ampliùs oraliter conservari non posset) relatam, cum Synagogâ communicarit, qvæ adeo innitatur traditioni, cùm, qvæ sola ante Mosen, tum qvæ post Mosen, cum scripturâ velut collateralis fidei & agendorum regula, obtinuerit. Inde jam illa Talmudistarum & Rabbinorum, pro traditione commendandâ, & vel ab ipsâ scripturarum lectione, praxi planè Papismo consonante, ad illam, avocandis juvenilib⁹, vel qvibuscunq; Laicorũ an-

mos, accumulata emblemata, vel παραδοξα c. c. סמך משה על תורה שבעל צורה i. e. *fundatur Moſis ſcriptum ſuper traditione orali*, & alibi: אי אפשר לעמד עה עיקר כי אם ע"י תורה שבעפ שהיא פירושה i. e. *quomodo poſſibile conſiſtere nos poſſe, ſuper fundamento legis ſcriptæ, niſi accedat Lex oralis, quæ eſt expoſitio ejus? unde* & alibi jubentur *Diſcipulimagis attendere Traditioni, quàm ſcripturis*, magis Talmudico ſtudio incumbere, qvippe juxta illos ההלמוד המוקדש אין למעלה ממנו i. e. *nihil eſt ſuperius ſanctiſſimo Talmud*, & vehementer monent *Parentes, ut liberos ſuos magis atque magis avertant à ſtudio Biblico, ad Talmudicum ſ. traditionis Judaicæ ſacrarium*: מנעו בניכם מן & alibi: לא תרגילום במקרא יותר מראי הגיון במקרא i. e. *Ne aſſuefaciatis liberos veſtros lectioni biblicæ plus quàm ſatis eſt: ſed avertite eos à ſtudio ſcripturæ ad traditiones* conf. in Bava Meziâ, item Cod juris *Brachoth*, & pluſcula collecta à Buxtorfio in recenſ. operis Talmudici p. 222. & ſeqq. Agnoſcant annulos ſuæ cohærentiæ cum illis hæreticis antiqvis, qvi (teſte Iren. l. 3 adv. hæreſ. c. 2. *Cum ex ſcripturis arguebantur, in accuſationem convertebantur ipſarum ſcripturarum, quaſi non rectè habeant, neque ſint ex autoritate, & quod variè ſint dictæ, quodque ex his non poſſit inveniri veritas, ab his qui neſciant traditionem.*

LOCUS IV.

Signa & prodigia edita à Pſeudopropheta, tentatio magna,

c. XIII. 1. 2. 5. & ſeqq.

§. 1. Omne מופת est אות: ſed non contra: מופת ſc. eſt *ſignum prodigioſum*, cum etiam ſine tali *prodigio* poſſit eſſe ſignum: Ita h. l. habendum, planè prout Matth. 24. 24. prædicuntur proceſſuri *Pſeudopropheta, edituri*, non ſolùm *ſigna magna*: ſed & τερατα *prodigia*, Zeichen und Wunder / usqve adeò ut periculum inde *ſeductionis* in *electis* ſuboriri poſſet, *niſi electi* forent. Prout ergo ibi Servator: ita hîc Moſes in *causâ Pſeudopropheta*, non admittit argumentum ab eventu prodigii ad legitimationem ſive ipſius Prophetæ, ſive illius doctrinæ vel prophetiæ, affirmativè, etſi

Deut. 18.

Deut. 18. 22. admittit *negativè*. Hîc non solùm si *non eveniat*: sed & si *eveniat*, magnum Pseudopropheta ipse prodigiũ est: ibi in Devteronomio, si non eveniat, est *Pseudopropheta*: at non, in illo statu si eveniat. Hîc supponitur *Apostata*, & talis ad apostasiam solicitator, qvi contra expressam legẽ divinam, blasphema docet & ad Idololatriam s. cultum *Deorum alienorum, ignotorum*, à cultu unius veri Dei avocat: qvalis adeò sine respectu *prodigii*, sive *non eveniat*, sive Deo, intentione explorandi producendiq; in publicum interiorem Israelitarum sive fidem, sive ἀπείρου, permittente, eveniat, non solùm non *audiendus*: sed & sine longiore morâ *morte plectendus* erat v, 5.

LOCUS V.

Signa & prodigia non sunt argumentum apodicticum pro verâ religione c. XIII. 2.

§. 1. Argumentum *miraculorum* abstractum non est apodicticum: qvia permittere Deus potest, ut etiã *Pseudopropheta edat prodigium*, intentione sive piorum constantiam probandi, & sic hos *tentandi* vid. v. 3. sive, *veritati credere nolentes*, per *immissam efficaciã erroris* puniendi 2. Thess. 2. 9. 10. 11. Videbatur qvidem, vix præsumendum, fore, ut permittat Deus vel inferat tentationem fermè insuperabilem. Ceterùm nec insuperabilis foret *tentatio* talis, qvia superabilis facilè erat per datam *firmissimo sermoni Prophetico fidem* s. per *Legem & testimonium*, cujus doctrinam & auscultare jussit & eminentioribus miraculis confirmavit Deus, imò infra cujus autoritatem consistere voluit, non solùm qvodcunq; *prodigium*: sed &, ex hypothesi, *Lazarum* posthumum, Legatum ex *sinu Abrahami*, qvin, *Angelum ex cœlo*, Oratorem, imò qvoad nos, s. ordine cognitionis, ipsam *vocem Patris auditam de cœlo*. Luc. 16. 27. 29 31. Galat. 1. 8. 9. 2. Pet. 1. 18. 19. Johan. 5. 36. 37. 39. ut adeò doctrinæ cœlestis & scripturarum arma valeant supra qvodcunq; miraculum. Nec permissurus illam tentationem facilè Deus fuisset, extra hypothesin superiorem sive *probæ*, sive *pœnæ*, vel saltem non sic permissurus, ut non superiori autoritate & vel miraculo penetrantiore fuisset correcturus, qvale qvid apud Samaritanos in *Simone & Elyma* Magis c. 8. 8. 9. 10. c. 13. 8. & alibi factum, in praxi Apo-

xi Apostolicâ notavit Lucas: conf. etiam c. 16. 16. 17. 18. c. 19. 11. 13. & seqq. Qvomodo, autem in voluntate hominis renati sit, & à tentatione illâ superari, & illam superare: ceterùm hoc, non nisi voluntatis à gratiâ adjutæ, sic ut citra hanc superare tentationem non possit, alibi notatum.

LOCUS VI.

Abusus hujus Legis de charactere Pseudoprophetæ Judaicus.

§. 1. Nunqvam abusus hujus legis Judaicus s. Pharisaicus conjunctº cum Zelo ἐκ κρίσεως ἐπίγνωσιν luculentior fuit, qvàm tempore Messiæ, σκηνώσεως ἐν ἡμῖν. Perstringebat sanè aciem oculorum majestas miraculorum Jesu, prout περιοχὴ vel ἐξουσία divinorum sermonum, judicium aliqvando aurium & animorum: unde illa qvorundam ingenuorum confessio: *Numquid Christus ubi venerit, plura miracula vel signa faciet, quàm Jesus fecit?* & altera vox: *Nunquam hominum quisquam sic locutus est, prout hic loquitur* Joh. 7. 31. 46. conf. qvoqve Joh. 10. 24. & debebant illa miracula Jesu, qvippe qvæ velut à Messiâ præstanda, & adeò pro Messiâ jam manifestato totidem argumenta, ex ipsis Mosis & Prophetarum scripturis à Servatore erant legitimata, vel saltem illis ipsis doctioribus Judæorum ex lege cognoscibilia, tantò fortiùs persuadere, Jesum esse Christum Filium Dei viventis: ceterùm, postqvam ex hæreticis & erroneis hypothesibus, circa Messiæ personam, conceptionem, nativitatem, officium, adventum, & statum, aberrabant, ac ipsum pro ψιλῷ ἀνθρώπῳ verè & ἀπερμάλινως Josephi fabri & Mariæ filio, eodemq; fabro, patriâ non Bethlehemita, ex lineâ Davidicâ: sed merè Galilæo habebant, conf. Matth. 13. 55. Marci 6. 3. (Annon hîc est ὁ τέκτων? juxta Hilar. can. 14. in Matth. *faber ferrariº* vel talis *fabri* filiº) Johan. 7. 41. 42. non poterant nõ dicta Jesu e. c. de se Patri ὁμοουσίῳ & Patris proprio Filio, Patri æqvali, de Christo Filio Dei viventis, blasphemias interpretari, conf. Matth. 9. 3. c. 26. 63. 65. Joh. c. 5. 18. c. 10. 33. & ex ignoratione legis Sabbaticæ vel veri sensus legalis, opera ejus Sabbatica calumniari conf. Matth. 12. 1. 2. Marc. 3. 2. 4. Joh. 5. 10. 16. c. 7. 21. 22. 23. atqve sic, qvẽ ex Mose credere debebant, & adorare, velut

velut magnum illũ Prophetam, de qvo audiendo pulcherrima fuit Symphonia Moſis Deut. 18. 15. & Patris de cœlo clamantis: HUNC AUDITE! Matth. 17. 6. conf. Joh. 5. 39. 46. repudiare. Inde adeò, & qvia Jeſum Nazarenum pro Pſeudoprophetâ blaſphemo, & legis Sabbaticæ violatore ipſi prodigiosè cœci, juſteq; excœcati habebant, qvantacunq; majeſtas miraculorũ eſſet, penetrare apud illos συλλήψεσθαι haut potuit, qvi, magnam tentationem, illam praxin miraculorum Chriſti reputantes, qvia doctrinam damnabant, argumentum miraculorum, ſub hujus legis prætextu (qvæ vult Pſeudoprophetam, non obſtantibus ſignis & ſignorum complementis, damnari) pariter extenuabant, ſic, ut, illo non obſtante, illorum ἀρχόντων inprimis & Phariſæorum judicio, Jeſus Nazarenus maneret & nominaretur ὁ πλάνος conf. Matt. 27. 63. vel ὁ ἀμαρτωλὸς conf. Joh. c. 7. 48. c. 9. 24.

§. 2. Graviter ſuo, ubi Catholicus eſt, more, Tertullianus, Hieronymi in *Scorpiacum* inprimis judicio, Vir eruditiſſimus, etſi invidiâ poſtea & contumeliis Clericorum Eccleſiæ Romanæ ad Montani dogma delapſus vid. Hier. l. adv. Vigil. & de ſcr. ill.) judicium hic publicavit in Apologia adv. gentes: *Quem*, inqvit, *Judæ ſolum hominem præſumſerunt de humilitate, ſequebatur, uti magum æſtimarent de poteſtate. Cum ille verbo dæmonia de hominibus excuteret, cœcos illuminaret, leproſos purgaret, paralyticos reſtringeret, mortuos denique vita redderet, elementa ipſa famularet, compeſcens procellas & freta ingrediens, oſtendens ſeſe verbum Dei, eundem qui omnia faceret & feciſſet.* Idem l. 3. adv. Marcion. *Judæi, non, quà alterius Dei Chriſtum averſati perſecutiq; ſunt: ſed quà ſolummodò hominem, quem planum (i. e. impoſtorem) in ſignis, & æmulum in doctrinis exiſtimabant, ut & ipſum hominem, quà ſuum i. e. Judæum, ſed Judæiſmi exorbitatorem & deſtructorem, deduxerint in judicium, & ſuo jure punierint.* Idem ibidem Marcionitarum & Judæorum erroris *ducatum* deducit ex confuſione *duorum Chriſti habituum, totidemq; ejus adventuum*, unius ſ. primi in humilitate, ſecundi, in ſublimitate. *Ita*, inqvit, *in hodiernum negant veniſſe Chriſtum ſuum, quia non in ſublimitate venerit, dum ignorant, etiam in humilitate fuiſſe venturum.*

§. 5. Ita

§. 5. Ita *tentatio magna* in Ecclesiâ primitivâ Simon ὁ μεγάλων, imò suâ Magiâ in stuporem dans gentem Samaritanam λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν in Act. c. 8. 10. 11. & famosior illo ac major Magus *Apollonius Tyaneus* Cappadox, de qvo vid. Baron. ad a. c. 56. 41. ad a. 57. n. 184. ad a. 68. n. 30. 32. a. 91. 2. 3. a. 218. 2. a. 224. 2. a. 275. 2. & ibidem allegatus Vopiscus in Aureliano: sed & qvàm *tentatio magna* in Ecclesiâ sit, si Doctores excellentibus dotibus præditi, *Apostata* fiant, exemplo *Nestorii*, *Photini*, *Apollinaris*, incomparabilis, inprimis, *Origenis*, & *Tertulliani*, pulcherimâ ad hunc locum Mosaicum commentatione, in egregio suo opusculo *de Catholicæ fidei antiquitate & universitate adversus profanas omnium hæresium novationes*, deduxit *Vincentius Lirinensis* c. XV. & seqventibus.

LOCUS VII.

Pœna Apostatæ solicitatoris clandestini & contra hunc judicialis processus.

c. XIII. v. 6. & seqq.

§. 1. Casum Pseudoprophetæ manifestè surgentis in medio Israelis, & edentis signum, aut prodigium, seqvitur casus Consultoris Apostasiæ clancullariii s. *clam*, remotis arbitris, hunc vel illum à vero veri Dei cultu, ad *cultum Deorum alienorum* (qvo nomine, qvicqvid non verus ille Deus est, nec adeo sola Idola gentium: sed & qvicqvid extra unum illum יהוה אלהים religiosè s. sive Latriæ sive Duliæ religiosæ nomine colitur, intelligitur) avocantis, & ad apostasiam, non solâ voluntate: sed & conatu actuq; ipso, per suppeditata consilia vel argumenta solicitantis, etsi non persuadentis, vel assensum solicitati impetrantis, qvalis יועץ בליעל s. *Consiliarius nequam* (conf. Is. 36. 18. 19. 20 Nahum. 1. 11.) non solùm non admitti: sed & sine ullâ clementiâ, sine ullo cognationis, etiam arctioris, respectu, sine morâ in judicio sisti, & damnatus lapidari jubeatur, sic *ut manus illius*, qvẽ clam solicitavit, etsi non persuasit, *primùm contra illum sit*, ut *morte afficiatur*, & *dein totius populi manus* vid. v. 6. 8. 9. 10. idqve eo fine, ut *terror eat in populum*, & hic præcaveat exemplum v. 11.

§. 2. Videri ergo poterat, in hoc crimine, dari potuisse, datumq; sæpè casum, ubi, sive sine ullo teste, sive, dato nonnisi *uno teste*

teste (si pro tali habeatur ipse ad apostasiam solicitatus, *denunciator* factus) capitali supplicio puniri potuerit reus. Probatur ex illo כי יסיתך בסתר *si inciterit te clam*, & adeò non adhibitis, qvi sic factum testari possint, qvalis casus possibilis negandus haut est, cum in talibus Apostasiæ, veneficii, similibusq; criminibus vix aliter hodienum agatur,

§. 3. At talis executio repugnare videtur illi regulæ universali c. 17. 6. *Ex sermone testis unius nemo afficitor morte!* ubi ad minimum reqviritur *sive duelis sive ternarius testium numerus.* Et ex illius legis præscripto etiam in hoc crimine agendum fuisse, ostendit collatio v. 7. c. 17. cum v. 9. & 10. c. 13. ac idem cum hoc qvoad substantiam, casus legalis, Deut. 17. à v. 2. ad 8. sc. de *idolatriâ.* Qvin, ne qvis hoc crimen propter autoritatem excipi putet ab illâ universali regulâ, iteratur eadem lex Deut. 19. 15. & additur triplex ampliatio. Sc. *Testis unicus in neminem insurgito!* (1) לכל עון i. e. *pro qualcunq; iniquitate.* (2) לכל חטאת i. e. *pro quocunq; peccato.* (3) בכל חטא אשר יחטא *in quocunq; peccato cujuscunq; nominis* s. *quod ullus unquam peccaverit.*

§. 4. Omninò ergo nec locus præsens sic intelligendus fuerit, ut his universalibus repugnet: sed de illo casu, in qvo clam solicitatus *ad apostasiam*, denuntiator erat apud Judicem, qvi tunc citato tùm denunciatore, tum reo, ex officio *inquisitoriè* agebat, prout imperatur v. 14. & c. 17. 4 (cui hactenus unus denuntiator sufficiebat) in qvo processu, si reus per argumenta magna à denunciatore convictus, planeq; crimen esset confessus, nullis jam opus erat testibus: sin minùs, si sc. per unum non sic esset convictus, ut confiteretur & planè constaret de corpore delicti, jam omninò, aut citra pœnam pariter & sententiam absolutoriam dimittendus erat, vel sufflaminandum judicium, donec darentur testes plures sive duo, sive tres, aut absolvendus, qvin usqve adeò nec in hoc crimine *ex testimonio unius*, ultra inqvisitionis processum ire licebat, ut etiam reo in denunciatorem, velut falsum testem, productis contra hunc, si darentur omni exceptione majores, duobus testibus, daretur actio, ubi tamen non, ad duos testes in denuntiatorem mox animadvertendum: sed, qvod totiens inculcatur

catur מרש היטב s. *accurata inquisitionis* officium à Judice præstandum erat. conf. Deut. 19. 16. 18.

§. 5. Omninò ergo in casu dubio, deficientibus magnis illis & evidentibus argumentis, per qvæ ad denuntiationem factam ipse & convictus esset, & sic, vel invitus confessus corpus delicti, obtinebat hîc eadem lex de 2. vel 3. testibus Deut. 17. 6. c. 19. 15. qvæ obtinebat ceteroqvi, ubi sive civiliter sive criminaliter ageretur. Licet autem notaverit Hugo Grotius, in hoc crimine, *cuilibet permissam fuisse executionem, non expectato judice*, pro qvo militare videtur gravitas criminis & argumentum â minori ad majus. Si enim *homicidam extra asylum repertum interficere impunè potuit* גאל s. ὁ ἀναιρετεύων, *interfecti cognatus & ex jure illo sanguinis vel cognationis Vindex interfecti, sanè videri poterat* tanti criminis reum multò magis impunè à privato qvoqve, cui de delicto constabat, interfici potuisse; præterqvam tamē qvod in illo casu supponebatur jam factum notorium, & ipsa executio, non sine scientiâ plurium, vel etiam, *coram populo*, & de qvo facto ipse interfector rationem reddere tenebatur Judicio, ac, si in vindictâ peccatum, vel exorbitatū, ipse luere, in casu præsenti *solicitatus* s. *incitatus ad idololatriam*, jubetur *non celare* factum, & adeò Judici *denunciare* v. 8. & post causam demum accuratè cognitam, & sententiam latā (qvod utrumq; in simili casu docet lex c. 13. v. 14. ubi vel 3. distinctis imperativis *accurata inquisitionis studium* judici imperatur, vid. etiam c. 17. 4.) ibatur ad executionem, eo ordine qvi præscribitur v. 9.

§. 6. Qvod enim Hugo Grotius urget illud: STATIM *occidas illum*! ac si sc. in hoc crimine nullus moræ vel comperendinationi locus, prout in aliis, valet qvidem post causâ cognitam, & sententiam latam: nō *ante*: qvin, nec in fontibus occurrit vox *statim*: sed: *Occidendo occides eum*, qvâ phrasi notatur non inflictionis pœnæ celeritas: sed ejusdem indispensabilis veritas, s. immutabilitas, qvæ opponitur *oculo parcenti*, & *judici clementi*.

§. 7. Porrò illud כי יסיתך non malè Vulg. *Si persuadere tibi voluerit*, qvomodo & intelligendus hîc in versione Lutherus: **Wenn dich dein Bruder heimlich überreden wolte.** Nondum enim persuaserat, qvam diu hic non *acquiescebat*, nec persuasurum celabat:

celabat: sed denunciabat. Respectu *persuasionis* ergo actualis, & *seductionis consumatæ* sufficiebat in *seductore* voluntas: ut tamen non fuerit sola voluntas respectu *incitationis*. Nec enim mentalis tantùm erat: sed verbalis *incitatio*, sic ut conceptis verbis clam *incitasset jam* fratrem ad apostasiam. Neqve verò in singulis tantùm punienda apostasia erat: verùm etiam in cœtu vel civitate, & sic, ut, hîc in personas æqvè ac bona *gladio* & *igni* grassaretur, & cum noxiis etiam innocentes vel delicti non æqvè consortes *temporalibus supplicijs* involverentur vid. v. 13. 15.

LOCUS VIII.

Processus in causâ Civitatis, per nequissimos seductores, ad Apostasiam à vero veri Dei cultu inducta.

c. XIII. à v. 12. adusq; finem cap.

§. 1. Fuit hactenus in hoc capite Lex de pœnâ Pseudoprophetæ publici, utut *edentis signum & prodigium*, & tale qvidem cui respondeat eventus vel ἐκβησόμενον, de qvo pronunciatum illud: *Ne auscultato verbis ejus! quia tentat Jehova Deus vester vos, ut cognoscatur, an sitis amantes Dei vestri ex toto corde vestro & ex toto animo vestro* conf. c. XIII. 1. 2. 3. ipsi autem Prophetæ ultimum s. capitis supplicij dictatur, addita sententiæ ratione, sc. *Morte plectitor*, qvia *suasit apostasiam contra* יהוה *Deum vestrum* (eadem *legis* mtio in insigni occurrit geminoq; exemplo conf. Jer. 28. 26. c. 29. 30. 32.) Qvin scopus vel intentio *Pseudoprophetæ* vel *somniatoris* illius exprimitur sc. *depellere Israelem à viâ, quam ipse verus Deus ipsi, ad ambulandum in eâ sine exorbitatione præstituit* conf. v. 4 5. qvas voces, cum ceteroqvi proximè seqvantur illas *de Deo eductore & redemtore ê domo servorum*, non ad intentionem Dei educentis vel ex Ægypto, in qvâ Israelitæ erant servi servorum, redemtoris: sed Pseudoprophetæ vel somniatoris illius referendas & adeò conjungendas esse non cum propioribus: sed remotioribus, præterqvam, qvod ex ipsâ prædicati constet naturâ, per accentuationis qvoqve consecutionem, longam illam accentuum Regum minorum ad majorem usqve, sc. sakephkatón primum continuationem, & subordinationem, consonantissimè sensui, designatur.

§. 2. Casum illum Pseudoprophetæ publici s. manifesti

seqvitur casus solicitatoris ad apostasiam clancularii, citrà discrimen sexus, sive mas sit, sive femina, imò si vel frater, vel filius, vel amicus intimus (qvi est sicut tu ipse) & pariter, si vel filia, vel uxor ceteroqvi charissima, vid. v. 6. in qvos clam ad cultum Deorum alienorum incitantes sententia Dei fortis Zelotæ talis: *Ne acquiescito illi! Ne auscultato illi! Oculus tuus ne parcito illi! Ne clementia utitor erga illum! Lapidibus obruitote eum, ut moriatur!* & qvidem ita, ut ipsius ad apostasiam clã solicitati *manus primùm esset contra illum, postea vero totius populi!* Qvo autem illud fine! *Ut audiant omnes Israelitæ & timeant, nec deinceps ulli pergant facere secundùm rem malam hanc in medio Israelis* conf v. 8. 9. 10. 11.

§. 3. Gravior autem, & qvæ, nisi ipsius sanctissimi Dei esset, rigorosior videri poterat, sententia, in communionem s. Civitatem apostaticam vibrata inde à v. 12. Supponitur in hoc casu (1) auditus & rumor s. fama inducens Judicem ad procedendum ex officio sc. *si audieris de aliquâ civitate, egressos esse homines neqvissimos* (בני בליעל) & suis Apostasiæ solicitationibus *incolas civitatis illius ad cultum Deorum alienorum depulisse* v. 12. 13. seqvitur (2) ipse inqvisitionis processus, qvo sc. Iudex, ex mero officio, ad inqvisitionem tam atrocis criminis procedit, qvi processus accuratissimæ inqvisitionis vehementissimè Judici mandatur & tribus qvidem distinctis prædicatis sc. 1. ודרשת i. e. *solicitè inquires.* (2) וחקרת i. e. *pervestigabis.* (3) ושאלת i. e. & *percunctaberis*, ac tribus illis *inquisitionis* accuratissimæ *vocabulis* additur illud היטב, qvam hujus relationem non ad solum prædicatum tertium: sed in commune ad omnia illa tria, probè expressit noster Lutherus: **Du solt fleissig sehen/ forschen und fragen/** sc. prout immediatè seqvitur: *utrum vera certaq; sit res illa, & commissa talis abominatio in medio Israelis?* v. 14. His adeò processus inqvisitorii omnibus accuratissimè observatis, si jam constiterit de veritate rei sic gestæ & talis abominationis patratæ, seqvitur (3) ipsa sententia pœnalis: sc. 1. *de omni civitatis incolâ*, citra sexus, ætatis, ordinis, discrimen *occidendo & cum ipsis jumentis acie gladij internecioni devovendi.* (2) De *civitate vel urbe ipsâ omniq; ejus præda in medium civitatis comportâ comburendâ, sic ut tota sit anathema & tumulus perpetuus, non deinceps readifi-*

reædificandus conf. v. 15. 16. 17. & ibidem finis tam terribilis supplicii respectu Dei & Israelis conf. v. 17. 18.

LOCUS IX.

Abusus hujus loci Papistici.

§. 1. Abutuntur h. l Pontificii, in controversiâ de pœnis hæreticorum. Supponunt non esse præsumendum, qvod Deus voluerit minùs cautum esse contra Pseudoprophetarum insidias gregi Christiano, qvàm veteri Israelitico: atqve adeo, si ante adventum Christi circa Deum colendum, obligarunt hæc præcepta de Pseudopropheta & seductore *sive manifesto*, sive *clanculario sine clementiâ interficiendo, & exscindendâ vel integrâ civitate*, & hominum societate, *si à religione avitâ desciscat, aut desciscentibus conniveat*, multò magis post adventum Christi talia servanda esse, ipsosq; sic hæreticos non ferendos: sed gladio seculari vel imperiali auferendos. Ita Sinnichius in Saulo exrege cap. 21. n 85 idq; ipsâ praxi, cùm aliæ tũ inprimis sub Carolo IX. *Laniena* San Bartholomæana *Parisiensis* a. 1572. qvæ plusqvã 30000. civium leto demisit, & præter illas, qvæ plurimæ antecesserunt, propior in Pedemontio *Laniena Sabaudica*, cujus Syllanâ tabulâ & Julianis edictis, asperior sententia die 25. Jan. a. 1655 publicata, & mox crudelissimè executioni est data, loqvuntur.

§. 2. Commendant hoc nomine *Macarium* Cæsaris delegatum, pro qvo occidente Donatistas, apologiam scripserit *Optatus Milevitanus* in qvâ *justificet factum Macarii, exemplis de veteri lege excerptis*, sc. (1) *Mosis* ob Idololatriam vituli aurei 3000. hominum occidi curantis, (2) *Pinchasi*, ob interfectum uno ictu par adulterum, ipsius Dei encomium merentis (3) *Eliæ*, 450. Pseudo-Prophetas mactantis.

§. 3. Prolixiùs autem causam hanc egit, in libello de *unicâ religione, studio Catholicorum Principum in Republ. conservandâ*, Johannes Lensæus Doctor & Professor Theologus Lovanienſis, ubi inter alia, à Legibus pœnalibus V. T. *ab ipso sapientissimo Reip. conditore, & justissimo temperatore latis pœnam capitalem vel ultimum supplicium dictantibus in blasphemos, & ipsas civitates abominando falsorum Deorum cultu inquinatas*, concludit ad jus pari modo gladium stringen-

id in-

di *in religionis novatores hæreticos*, non minùs blasphemos, qvo nomine velut exempla talium hæreticorum, post *Arium & Manichæũ, Calvinum* allegavit & *Brentium*. *Nonne*, inqvit, *blasphemus Calvinus, qui omnipotentiæ derogans, fieri vel à Deo posse negat, ut quando in cœlo est Christi corpus, in altari quoque simul ad verba efficacissima Christi existat*! *Nonne Brentius blasphemus, qui in diversum tanquam tempestate delatus, quod divinitatis proprium est, ubiq; simul esse, naturæ in Christo humanæ adscribit*: & collatis legibus Lev. 24. 15. 16. *Qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur*! ac præsenti Deut. 13, 15. 16. *Propheta iste plectiter morte*! *Omnino occides illum*! *percuties habitatores urbis illius aciegladij*, inde inqvit, *prospici clarissimè potest quantâ legum æquitate & quam justâ earundem severitate mortis supplicium blasphemis hæreticis irrogetur, sive, ut sigillatim è medio morte tollantur, sive, si se in unum collegerint, bello petiti deleantur*. Hæc, & plurima talia loco allegato Lensæus.

§. 4. Eqvidem penes qvam partem, utrùm nostram, an Pontificiam consistat hæresis, exqvirere nunc, instituti ratio non permittit. *Hoc verò*, non minùs ac olim Paulus ad *tribunal Cæsaris* stans Confessor impavidus, conf. Act. 24, 14. *fatemur, nos secundùm viam illã, quam hæresin dicunt, ita colere patrium Deũ, ut credamus omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt, & spem illam Apostolicã de resurrectione Catholicâ habentes, & ad conscientiam sine offensâ apud Deũ & homines semper habendã nos exercentes* Act. 24, 14. 15. 16. Si agatur ex regulâ Synodicâ Magni Constantini: *Habetis doctrinam sanctissimi Spiritus, literarum monumentis præditam, ex his de rebus divinis agendum*: allegataq; dignâ tanti Cæsaris purpurâ, ratione: *nam libri Evangelistarum & Apostolorum, quin & Prophetarum veterum omnia nos evidenter docent, quid de divino Numine sit sentiendum. Omni igitur seditiosâ contentione depulsâ, literarum divinitus inspiratarum testimoniis res in quæstionem deductas dissolvamus*. (vid. Acta Conc. Nic. Gelas. Cyzic. p. 16) non poterit non pro nobis judicium dari absolutorium, qvin si vel ex regulâ agatur Vincentii.

§. 5. Plura enim, imò omnia nostra dogmata talia sunt, qvæ ubiq;, qvæ ab omnibus, qvæ semper credita: Pontificiorum qvà talium, vel qvoad illa, qvibus discernimur, nulla; cum & nostrum

ſtram credendorum regulam & principium, noſtrum Judicem, noſtri cultus religioſi objectum, noſtrum redemtionis & interceſſionis Mediatorem, noſtrum Eccleſiæ caput & Monarcham, noſtrum juſtificationis organum, noſtra ſacramenta, noſtras Eccleſiæ notas, noſtrum deniqve de ſtatu poſt hanc vitam beatorum *cum Chriſto* in cœlo, & damnatorum *cum Diabolo* in inferno, dogma admittant Pontificii: non contrà, nos, qvæ illi Catholiciſmo veteri apponunt portenta Tridentina.

§. 6. Sed & longè plurimis Scholaſticorum & ipſis domeſticis recentioribus, Pontificiorum, hypotheſibus, ab hæreſi abſolvimur, qvin vel *ab ipſo Bellarmino*, agnoſcente ſanè Pontificiorum multos (qvorum unus ſit Johannes de turrecremată in *libris de Eccleſiâ*) nobiſcum planè convenire, in principe Controverſiâ de *veris Eccleſiæ membris*, ipſaq; *Eccleſiâ viſibili vel inviſibili*, ac contrà, nudum domi latus oſtendente, per illas ab ipsâ veritate extortas aſſertiones: *ſummum pontificem poſſe eſſe occultum hæreticum*, &: *totum generale Concilium poſſe carere verâ fide*, & ſive extra Eccleſiam eſſe, ſive *aridæ ſaltem & mortuæ corporis Eccleſiæ membra*. Conf. Bell. *de infidelibus occultis* l. 3. de Eccl. mil. c. 10.

§. 7. Sed nec patitur inſtitutum, Brentii Lenſæiq; manes hîc committere. Si qvod divinitatis proprium eſt, humanæ naturæ in ipsâ unione ex actu perſonali adſcribere, blaſphemum eſt, ſive ipſi Pontificii, qvi tale qvid adſcribunt, blaſphemi ſunt, ſive ſi non adſcribunt, *Neſtoriani*, ac non minùs blaſphemi. Si per veram ac ſubſtantialem adeſſentiam corporis & ſanguinis Chriſti ſimul in omnibus & vel innumerabilibus locis, ubi ſacramentum celebratur Evchariſticum præſentis, nullum veritati humanæ naturæ ipſiusq; corporis, ab Eutychianiſmo periculum, nec per omnipræſentiam à Brentio aſſertam dabitur præjudicium, vel ipſo Zwinglio olim largiente, *ſi commonſtrare Lutherus poſſet, corpus Chriſti ſimul & ſemel in duobus aut tribus eſſe locis, ſe ultrò conceſſurum, idem etiam ubiq; eſſe, eo quod æquè abſurdum ipſi, idem numero corpus in 2. vel 3. locis, ac in omnibus locis eſſe.* Et ſententia Brentii, non ex truncatis verbis: ſed re ipsâ ſcopoq; conſiderata, ac ex ſcripturis intellecta vel cum illuſtribus ſcripturæ teſtimoniis e. c. Pſ. 8, 5. 6. 7. 8. 9. Pſ.

110. 1. 2. Ephes. c. 1. 21, 22. c. 4. 10. comparata, facilè absolvit Brentium, damnat Lensæum.

§. 8. Ceterùm, qvàm à jure puniendi hæreticos capitaliter, sub Ecclesiâ V.T. ordinariè nõ nisi nationali s. constante natione Judæorum, & arctioribus adeò finibus limitatâ, ad jus irrogandæ hæreticis, qvà talibus, pœnæ capitalis in Ecclesiâ N.T. toto terrarum orbe diffusa & cujus ager totus mundus est Matth. 13. 38. non valeat illatio, alibi docetur, ubi de hoc argumento ex professo agitur, unde & nulla talis edicti capitalis ἀνυπέρθυνος datur in scripturis N. T. in qvibus iterũ iterumq; Christus & Apostoli cavere jubent, aversari jubent, vigilare jubent, salutem non impertire jubentc, conf. Matth. 7. 15. Act. 20. 29. 30 31. 2. Tim. 2. 16. 17. 18. 2. Joh. v. 10 11. occidere, vel *de vitâ* (prout ineptè Thomas illud Pauli: *Hæreticũ hominem, post unam vel alteram νουθεσίαν* s. *correctionem παραιτῶ* s. *de vita* interpretatur Tit. 3, 11.) tollere, nõ solùm non jubent: sed & prohibent conf. Luc. 9. 54. 55. 56. Matth. 13. 29. 30. ubi non solùm extirpatio violenta Zizaniorum (s. hæreticorum) *servis Patrisfamilias, nescientibus, unde Zizania* inter *triticum*, & *cui illa imputanda?* prohibetur: sed & illis ipsis tolerantia Zizaniorum, vel ut & hæc & triticum crescere sinant, imperatur, ipsis autem *Angelis messoribus* in novissimâ illâ die, eâdem sc. *ἡμέρᾳ τῷ θερισμῷ τοῦ ἀφορισμοῦ* i.e *messis & segregationis Zizaniorum à tritico*, extirpatio reservatur: conf. ibid. v. 37. 38. 39. 40, 41. 42. 49.

§. 9. Si *ager ille*, in qvo bonum semen sevit *Filius hominis*, *Zizania autem interseviit Diabolus, totus mundus est*, & adeo ubiq; & *triticum* datur ac dabitur, & inter triticum *Zizania*, idqve ad *consumationẽ* usqve *seculi*, s. novissimum diem, frustra mandatum Servatoris à Papistis, antecessore Thoma, restringitur ad illum casum, qvo *extirpari Zizania non possint absque extirpatione tritici*, & supponitur adeo, contra mentem scopumq; Parabolæ & judicium Servatoris, dari in agro Dominico *Zizania à tritico segregam*, qvæ sine periculo *tritici* extirpari à *servis* mortalibus vel potestatibus secularibus possint.

§. 10. Atqve Zizania apparent & in illo ipso *agro*, & inter *triticum*

triticum, ac propterea extirpatio talis Zizaniorum judicatur fieri non] posse à servulis, vel ipsis qvoqve Magistratibus Politicis, sine periculo tritici. Illis adeò studium operamq́; ad extirpandum expromptam offerentibus, per illud: *Domine vis, ut abeamus & extirpemus ea?* magnâ voce respondit Autor *boni seminis, Filius hominis:* NON: qvin opponit illud! *finite crescere! additâ utriusq; cùm* negativæ tum positivæ ratione: illius, tritici periculũ, *ne extirpando Zizania, extirpetis simul triticum*, hujus, tempus extirpationi oportunum, & reservandum novissimo diei hæreticorum supplicium Ubiq; ergo & *Zizania & triticum*, & ubiq; in agro, qvi totus *mundus est*, periculum, idemq; ex æqvo, cum *Zizaniis & tritico*, ipsoq; agro, duraturum adusq; *consumationem seculi*, unde ad hunc ipsum usqve novissimum diem, non solùm, extirpatio talis Zizaniorum ê medio tritici à Servatore prohibetur: sed & *tolerantia* Zizaniorũ æqvè ac tritici adusqve magnum illum messis diem, velut in qvo demum per *Angelos* præstanda illa *segregatio Zizaniorum à tritico*, imperatur, expresso Servatoris mandato: *finite utrumq; simul crescere usque ad messem & tempore messis dicam messoribus: Colligite Zizania, & colligate ea ad exurendum* conf. Matth. 13. 30. 39. 40. & seqq. Prout ergo Ecclesia N.T. toto orbe diffusa, & adusq; consumationẽ seculi est duratura, ita & ubiq; & semper *adusq; consumationẽ seculi* dabuntur & *triticum & Zizania*, & mandatum adeo illud Servatoris cum *negativè* v. 29. tum positivè v. 30. propositum, valet ubiq; & semper.

LOCUS X.

Chrysostomus consultus in controversia de pœnis hæreticorum.

§. 1. Graviter in illud Servatoris responsum Commentator Chrysostomus notavit, qvæ contra hypotheses exegeticas in h. l. Papisticas ipsamq; thesin de occidendo, Pontificiorum faciunt, qvale (1) in parabolâ illâ per Zizania *hæreticos* intelligi, & horum conciliabula vel συνάγωγας (2) Propterea nec *alia semina*, tritici sementi immixta: sed *Zizania* memorari, qvæ *tritico in speciem sint similima. Diaboli sc. artibus fieri, ut veritati connexi vel inserti semper ve-*

rores ipsâ similitudine veri fallant leviores, qvomodo pulchrè Gelasius omnem hæresin appellavit ψευδαληθῆ. (3) Sementem Zizaniorũ describi posteriorem semente tritici, & post hanc demũ pullulasse, prout *Pseudoprophetæ post Prophetas, Pseudapostoli post Apostolos, post Christum Antichristus.* (4) *Fraudulenter* Diabolum, designatum per τὸν ἐχθρὸν ἄνθρωπον, dum *triticum jam satum, jam actis radicibus propagatum, non potuit suffocare, nec urere, nisum esse sua disseminare.* (5) Principium illius mali deberi *præsulibus dormitantibus, ac* pravos & κρυπτομένας αἱρεσιάρχας s. *hæresin occultantes Viros ad gubernacula Ecclesiarum promoventibus.* Agnoscant hîc Pontificii fundi sui calamitatem, & cum ipsi ingenuè fateantur, Pontifices Romanos Sec. 9. & 10. *parum de Ecclesiâ solicitos, à pietate veterum planè degenerasse, quin vel à sordidissimis & potentissimis meretricibus in sedem Romanum intrusos suos Amasios, sedisse in eadem longo ordine homines monstrosos, vitâ turpissimos, moribus perditissimos, undiquaq; fœdissimos,* desinant nobis illud *Quando,* & *quomodo*? objicere, qvibus de tempore & modo nos percontantibus nihil aliud reponimus, qvàm qvod hîc in parabolâ habetur: *Quum homines dormirent, venit inimicus, & sevit Zizania inter triticum & abiit.* Pulchrè iterum in h. l. Chrysostomus: Adverte *modum insidiarum Diaboli. Non parvum enim præcipitii periculum imminet præsulibus, quibus agrorum custodia commissa est,* (τῆς τῶν ἀρούρας Φυλακὴν ἐμπεπιστευμένοις) *si sint dormitantes & pravi homines.* οὐδὲ χαίρ πόνων δεῖ τῷ Διαβόλῳ ὅπου ἂν ἐκείνους ἐις μέσον φυτεύσῃ i.e. *Tunc tantò minùs laborandum Diabolo, ubi jam in Ecclesiâ tales Prælatos implantavit,* & obtinuit. Tunc sc. facilis, ne opinantibus qvidem hominibus, in apostasiam consumatam prolapsus est, qvalis illa à Paulo prædicta, cum revelatione magni Antichristi conjuncta 2. Thess. 2. 3.

§. 2. Notat idem Chrysostomus (6) designari hîc Diabolum per hæreticos seminantem, qvos ad *pernitiosum venenum effundendũ non aliud magis impellat,* qvàm κενοδοξία s. *inanis gloriæ studium.* (7) Indolem hæreticorum & hæreseos hîc describi, qvâ sc. *initio occulta serpat, usque dum favore multitudinis adjuta & animis aucta contagiosa venena intrepida effundat,* prout hîc demum, *cum germinasset*

minasset herba, & fructum edidisset, tunc apparuerunt Zizania v. 26. Notat (8) Ostendi simul hâc parabolâ, *non esse timendos hæreticos: sed Diabolum*, cujus conatus *quidem omnis adversus nos, causa autem atque origo, odium, quo in divinam majestatem fertur, qui proinde tunc demum, cum triticum satum diligenter vidisset, ipse seminavit, ut universo agricolæ labori officeret, & sic testatas erga agricolam inimicitias faceret.* Notat (9) in ipsis servulis agricolæ, *solicitudinem quidem ac studium erga triticum laudandum*: sed non *consilium imprudens*, ex qvo *festinarint ad evellenda Zizania.*

§. 3. Pergit Chrysostomus (10) Dominus, inqvit, prohibuit exstirpationem violentam hæreticorum, idqve eo fine, *ut bella & effusionem sanguinis prohiberet.* Nam, inqvit, *si trucidarentur hæretici, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferretur*, qvæ tanti Patris, digna Episcopi mansuetudine sententia planè militat contra thesin, contra exceptionem superiorem Thomisticam & praxin Papisticam e. c. illam sub Alex. VII. latienam Lucerno Sabaudicam. (11) *Duabus rationibus* Christum armavisse illud interdictum *extirpandi*, qvarum una, *quia Zizania tritico parum nocerent* ipsorum autem *extirpatio* noceret: altera, qvia nisi *sanarentur* hæretici, & ex Zizaniis, purum Domino triticum fierent, *tandem extrema supplicia evasuri haut essent*: qvippe *ab Angelis in consumatione seculi projiciendi in fornacem ignis, ubi erit fletus & stridor dentium* conf. v. 41. 42.. Unde ab illis, qvi velint *hæreticos* puniri, & tamen *frumentis* s. illis qvi sunt *purum triticum Domino, nequaquam offici, illud oportunum exstirpationis tempus* à Servatore designatum s. τὸν τῆς θερισμοῦ καιρὸν expectari debere, & non imprudenter antevorti, qvippe, si ante illud tempus arma capiantur adversus hæreticos, NECESSE SIT MULTOS SANCTORUM SIMUL INTERIMERE.

§. 4. Nec minùs pulchrè observatum Chrysostomo est (12) vel propterea *extirpationem illam violentam Zizaniorum* vel *hæreticorum* interdictam, qvia verisimile sit, ex *ipsis Zizaniis* (hæreticis) *multos in triticum* (s. veros credentes & Confessores) esse convertendos. *Si ergo prævenientes servi Agricolæ illa evellerent* (e. c. Paulum Pharisæum, anteqvam factus est Domino *purum triticum*) *o-*

mnia illa frumenta, qvæ ceteroqvi ab illis *Zizaniis in purum tritici conversis*, vel *immutatis expectanda* fuissent, *ipsi Filio hominis deperitura fuissent.* Obſervatum Chryſoſtomo (13) *Non prohibere Dominum conciliabula hæreticorum dissipare, os illis obstruere* (ἐπιστομίζειν) *libertatem dicendi illis concidere* (vel prout Græcè pleniùs & elegantiùs habetur: ἐκκόπτειν αὐτῶν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὰς συνόδους καὶ τὰς συναγωγὰς ἀναλύειν) *at*, inqvit, PROHIBET HÆRETICOS INTERFICERE, AC TRUCIDARE; Obſervatum (14) Agnoſcendum inde, *quàm MITIS Dominus ſit*, qvi *velit parci Zizaniis, quoniam unà cum tritico in agro ſunt, quia & in tritici ſtatum commutari poſſint, & ſi hâc longanimitate Domini in melius ſ. in triticum non profecerint, inevitabilem pœnam, ipſum ſc. ignem infernalem experturi* ſint, ut adeo licet *perſeverent ad finem uſque ſeculi Zizania*, nihil inde *accedat* ipſis *lucri*, nihil decedat *ſupplicii*, qvippe cū ipſe judicium illud *diſcretionis inter Zizania & triticum* ſit exerciturus, & *in noviſſimo die Meſſoribus Angelis imperaturus*, qvoad Zizania qvidē, ut hæc *colligant, & ad comburendum colligent*, qvoad *triticū* verò, *ut in horreum Dominicum congregent.*

§. 4. Ita ergò non agnovit Chryſoſtomus, ex hoc loco Moſaico Deut. 13. 5. 9. 11. *de Pſeudopropheta in medio Iſraelis ſurgente, apoſtaſiā contra DominūDeū ſuadente*, de *clanculario ſeductore* ad *apoſtaſiam clam*, hunc vel illum Iſraelitarum *ſolicitante*, utroq; *ſine clementiâ occidendo*, vel in caſu integræ communionis per *homines nequiſſimos*, (בְּלִיַּעַל) à cultu unius veri Dei, qvi *eduxerat Iſraelitas ex Ægypto*, ad cultum *Deorum alienorum* ſimul impulſæ, ſeductæq; de universâ illâ *civitate acie gladii percutiendâ & internecioni devovendâ*, argumentum, pro jure pœnarum capitalium in hæreticos, tempore N. T. nedum ut illa V. T. extraordinariè, & ex peculiari impulſu S. Spiritus, acta illorum Tavmaturgorum *Moſis, Eliæ*, & Zelotæ *Pinchaſi*, agnoſceret exempla ordinaria, & in Eccleſiâ N. T. imitabilia, & argumentum pro *perimendis gladio*, vel, prout habet praxis Conſtantienſis, & inqviſitoria communis Papiſtica, *exurendis* hæreticis, præbentia.

§. 5. Agnovit latifundia Eccleſiæ novi T. cujus ager, totus mundus

mundus est, parem processum in *Zizania* vel *hæreticos*, non admittere, qvalem lex divina Ecclesiæ V. T. qvoad sacra publica angustis limitibus circumscriptæ in Pseudoprophetas, sive *notorios* s. *clanculatios*, & vel integras *civitates* Apostaticas præscripsit. Æstimavit vel ex ipsâ, etsi non Filio hominis, nec Evangelio: sed Diabolo & seculo ingrato *repellenti sermonem prædicatum, contradicenti ac blasphemanti* imputandâ, prævisâ tamen ipsi Filio hominis, & prædicta conditione Ecclesiæ ac temporum N. T. conf. Matth. 10. 34 Luc. 12. 51. non solùm non iteratam esse illam Legem Devteronomii de pœnis capitalibus Pseudoprophetarum: sed & extensionem illius legis Devteronomii, ad hæreticos, in Ecclesiâ illâ, voce Servatoris, cum *negativè*, extirpationem talem Zizaniorum violentam absolutè interdicentis, tum *positivè* (per illud: *sinite, utraq;, Zizania* sc. *& triticum crescere, usque ad messem, vel noviſsimum, eundemq; consumationis seculi diem!*) tolerantiam hæreticorum præcipientis, prohibitam esse.

§. 6. Æstimavit, & accuratissimè ponderavit illius de *non extirpando*: sed *crescere sinendo*, Dominici interdicti & mandati rationes, sc. (1) periculum *tritici*, qvod huic minùs ex hæreticorum permissione, qvàm extirpatione, imo periculum illud *tritici*, non solùm in sensu composito, respectu illorum, qvi jam *purum triticum* Domini sunt: sed & in sensu diviso, respectu illorum, qvi ex *Zizaniis* virtute gratiæ *triticum* Domini fieri possunt (2) *tempus extirpationis* & segregationis *Zizaniorum* pœnalis, *oportunum*, demum futurum in consumatione seculi, ipsamq; illam extirpationem & segregationem pœnalem, ipsi *Filio hominis* reservatam, ad speciale hujus mandatum per *Messores Angelos* illâ demum die executioni dandam, ante qvam adeo, *extirpatio Zizaniorum* violenta omnis intempestiva sit, sine exceptione temporum vel locorum, *tritico*, cùm præsenti, tum futuro, noxia, ac tum inde, tum ex defectu talis specialis mandati, velut servis mortalibus non dati: sed *messoribus* Angelis, ipso *die noviſsimo* demum dandi, atqve adeo his unà cum executione instantissimâ reservati, intermittenda.

§. 7. Non agnovit possibilem facilè talem casum extirpationis Zizaniorum, abstractæ à periculo vel exstirpatione tritici, qvia

ci, qvin ex hypotheſi interemtionis hæreticorum, agnovit neceſſariò ſecuturam interemtionem multorum ſanctorum, atqve adeò non admiſit ridiculos illos, qviq; nimis craſsè oſtendunt latentem Perillum, caſus Thomiſtico-Sinnichianos, ſc. abſtinendum eſſe tali exterminio hæreticorum, ſi (1) per hoc *periculum ſimul ſit extirpationis Catholicorum*, ſi (2) *metuendum ex tali exterminio, transfugium Catholicorum infirmiorum in partes hæreticorum*, ſi (3) *in provinciâ hæretici fortiores ſint ad reſiſtendum, quàm Catholici ad exterminandum*, & adeo in *caſu impotentiæ exterminandi* à parte Catholicorum, extra qvos caſus extirpandi & occidendi ſint hæretici.

§. 8. Agnovit Chryſoſtomus, per extirpationem talem hæreticorum, & interimi præſens, & intercipi Domino futurum triticum, & committi adeo incomparabile plagium animarum. Agnovit, ſine exceptione illorum caſuum, talem carnificinam hæreticorum, facem qvandam fore atrocium, & irreconciliabilium bellorum, & effundendi ſanguinis Chriſtianorum (de cujus qvidem effati veritate teſtis eſſe poterit Gallia, Germania, Belgium, & univerſa ferè Europa) propter qvæ pericula prævisa, Servator, utut non prohibuerit conciliabula hæreticorum diſſipare, ipſosq; hæreticos juſſerit vitare, prohibuerit tamen illos interficere ac trucidare. Agnovit crudelia talia vel cruenta Conſilia magis convenire Antichriſto, cujus illud oraculum: Qvi non adoraverint imaginem beſtiæ, occidantur! Apoc. 13. 15. qvàm Chriſto clamanti: *Diſcite à me, quod MITIS ſim* Matth. 11. 29. *& parci volenti, non, occidi.* Hæc adeo omnia pulcherrimè Chryſoſtomus l. alleg.

Judicium Augustini de pœnis hæreticorum c. XIII, 5.

§. 1.

Consonat Chrysostomo S. Augustinus, qvi lib. 3. cont. lit. Petiliani Donatistarũ primarii c. 4. *absit*, inqvit, *à servis patrisfamilias, ut immemores sint præcepti Domini sui, & sic adversùs Zizaniorum multitudinem flagrantiâ sanctæ indignationis igneſcant, ut, cum ea volunt ante tempus colligere, simul eradicetur & triticum*, ut prodigio simile sit, ausum Sinnichium, l. suprà alleg. pulcherrimam hanc Augustini sententiam, in suæ Thomisticæ exceptionis advocare patrocinium, ac si, judicio Augustini, tunc saltem, & ibi, peremtione & carnificinâ in hæreticos sit abstinendum, *quando*, vel *ubi* Catholicis inde periculum, & extra illum casum, impunè & vindice nullo ex praxi Romanâ malè applicatâ, in hæreticos vitâ & fortunis eximendos grassandum. Longè illa Amideorum, & inde à Greg. VII. longo ordine Pontificum praxis abfuit à mente Augustini, qvæ in crudele & cruentum illud arcanum nunqvam descendit. Non agnovit in laudatâ sententiâ aliud *tempus* S. Augustinus qvàm qvod in Parabolâ ab ipso Servatore prolatâ pariter & explicatâ, clarissimè circumscribitur *sc. consumationis seculi*. Ante illud adeo tempus, qvisqvis voluerit extirpare Zizania, illum non posse non simul eradicare & triticum, rectè agnovit, & propterea qvoscunq; (sive Ecclesiasticos sive seculares) magni illius Patrisfamilias servos, ad leges officii, *ut* sc. *non immemores sint præcepti Dominici*, revocavit, ac ante illud tempus ab ipso Servatore circumscriptum, ante illud, non servis illis: sed Angelis Messoribus, & illo demum die dandum, extirpandi, & in ignem projiciendi edictum, abstinere sanguine hæreticorum jussit.

§. 2. Neq; verò ibi, in hypothesi, tam agitur de exstirpatione hæreticorum à Catholicis, qvàm Catholicorum, ab hæreticis, vel certè Donatistis, qvi occasione traditorum, ante tempus nefariâ decisione separabant, qvod demum ultimâ ventilatione in aream

Dominicâ ſeparandum, & *ad meſſem usque illam*, qvæ ſit *finis ſeculi*, *non tempus Donati*, *in agro illo*, qvi ſit *mundus*, *non Africa*, permittendum, *ut*, *ſimul creſceret*, judicavit l. alleg. Auguſtinus. Agnovit ibidem rectè & parabolæ Servatoris conſonanter, *commixtionem illam Zizaniorum cum tritico*, *non fore aternam*: *ſed eſſe temporalẽ*, *nec eſſe corporalem*. ſed *ſpiritalem*, & adeò *tempori ventilationis noviſſimæ* potiùs reſervandam, qvàm in hoc ſeculo præoccupandam. Agnovit in illâ extirpatione *errare* poſſe & *erraturos*, ſi ante tempus eradicare auſint, homines. At *non erraturos in illâ*, *Angelos*.

§. 3. Qvin potiùs, contra tumultuantes tunc in Africâ Donatiſtas, ſolum *Correptionis* remedium (qvod *medicinalem quandam* appellavit *vindictam*, *terribilem lenitatem*, & *charitatis ſeveritatem*, adhibendum, *ne negligatur eccleſiaſtica diſciplina*, & *permittatur quod*ᵭ *facere*, *quod vult*) & commendavit, & ipsâ praxi adhibuit S. Auguſtinus, qvæ *correptio*, ab Apoſtolo, ſanè ab illo ſanguinis Conſilio Papiſtico, abhorrente, commendata 1. Theſſ. 5. 14. *non ſit ferrum inimici vulnerantis*: *ſed medici ſanantis*, & per qvam, *non*, *pro malo inquietudinis*, *velut culpâ hæreticorum*, *malum reddatur*: ſed *pro malo bonum*, & in qva *correptione*, *Spiritus interioris lenitatis ardeat Zelo Dei*, *ne virgo caſta uni Viro deſponſata Chriſto*, *in aliquibus membris ſicut Eva ſeducta ſerpentis aſtutiâ*, *corrumpatur à caſtitate*, *quæ eſt in Chriſto*. Hæc ſanè characterem in Auguſtino teſtantur, *Chriſti lenis*, & longè abeunt à ſententiâ & praxi Papiſtarum, & tamen pro illâ allegantur, ut ſc. oſtendant frontem perfricuiſſe, & in adulterando vel pervertendo ſenſus nec ſcripturis, nec Patribus parcere, qvo fine, εἰς τὸ παραζηλῶσαι τὰς ἐξ ἀναιτίας, addimus, qvæ l. alleg. l. 3. cont. lit. Petiliani c. 6 pro nobis loqvitur Confeſſor Auguſtinus: *ſive de Chriſto*, *ſive de ejus Eccleſiâ*, *ſive de quacunq*ᵭ *re aliâ*, *quæ pertinet ad fidem vitamq*ᵭ *noſtram*, *non dicam*, *nos*, *nequaquam comparandi*, *ei qui dixit*: Licet nos: *ſed omnino*, *quod ſecurus adjecit*: ſi Angelus de cœlo vobis annunciaverit, præterqvam qvod in ſcripturis accepiſtis, *anathema ſit*.

§. 4. Neqve aliter Auguſtinus, epiſtolâ ad *Donatum* Catholicum, *Africæ Proconſulem*, *Chriſti nominis amantiſſimũ*, *contra* Donatiſtas perſeverè & gladio imperiali acturum, qvin talia meditantem allocutus:

allocutus: per JESUM CHRISTUM, inqvit, *te, ne id facias obsecramus!* *quin potiùs pro* LENITATIS *Christianæ consideratione, quàm facinorum Donatistarum immanitate, id censeas coercendum.* *Nulla,* pergit, *quæ patimur, ad eas animi angustias nos coarctare debent, ut obliviscamur, quid nobis præceperit, pro cujus veritate ac nomine patimur* (Id autem qvod præcepit, est illud de tolerantiâ.) CORRIGI HÆRETICOS CUPIMUS, NON NECARI! *Nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec suppliciis, quibus digni, sunt! exerceri.* Sic *eorum peccata compesce, ut sint, quos pœniteat peccasse,* qvali sanè pœnitentiæ, nullus, postqvam hinc excessum fuerit, locus

§. 5. Pergit Augustinus informaturus Proconsularibus insignibus sublimatum Donatum, qvâ ratione in hæreticos agendum: *Quæsumus,* inqvit, *ut, cum Ecclesiæ causas audis, quamlibet nefariis injuriis appetitam, vel afflictam esse cognoveris,* POTESTATEM OCCIDENDI TE HABERE OBLIVISCARIS. Non tibi vile sit, *qûod rogamus:* NE OCCIDANTUR, pro *quibus Dominum rogamus,* ut corrigantur. Qvin, usqveadeo Donatum Pro consulem à consilio occidendi Donatistas avocat, ut, *cum ceteroqui tales causæ Ecclesiasticæ non facilè denuncientur secularibus, nisi per Ecclesiasticos,* si *occidendos hæreticos,* ipse Donatus putaverit, futurum significet, *ut deterritis Ecclesiasticis, nihil talis causæ religionis deinceps ad seculare judicium perveniat.* Legantur ibidem plusqula hujus argumenti, qvæ praxin papisticã planè in hoc argumento interficiunt.

§. 6. Qvin, cum ceteroqvi glorioſissimi Imperatores, Gratianus, inprimis, Arcadius & Honorius, utcunq; hæreticos proscripserint, sanguine tamen hæreticorum temperandum abstinendumq; sibi duxerint, in ipsos autem Manichæos pœnas his capitales, ob funesta flagitia, decernendo & irrogando, intestabiles ferè fuerint, conf. l. 5. *Ariani* C. de *hæret.* & ibidem l. *ubicunq;* 11. Augustinus tamen, ubi adversùs Manichæos, ut *hæreticos*, scribit, in *refellendâ & revincendâ illorum hæresi, optat sibi mentem pacatam, atque tranquillam, magis de correctione Manichæorum, quàm de subversione cogitantem, & hoc nomine unum verum Deum omnipotentem, obtestatur & orat.* Qvin, qvid Servos Dei, & maximè illos, qvi se appellant, *servos servorum Dei,* deceat, pulcherrimâ sententiâ de-

Quanquam, inqvit, *Dominus*, per *servos suos regna subvertat errorîs, ipsos tamen homines, in quantum homines sunt, emendandos, potiùs, quàm perdendos jubet*, & paulò post: *illi*, inqvit, *saviant* in vos, qvi *nesciunt, quibus suspiriis & gemitibus fiat, ut ex quantulacunq; parte possit intelligi Deus.* Conf. Aug. cont. Ep. Man. qvam vocant *fundamenti.* Neqve vel ipse Sinnichius negare potuit, displicuisse Episcoporum benè multis, illos Catholicos, qvi Imp. Maximo, sive ipsius Priscilliani à Synodo Cæsarauguſtanâ damnati, & gladio Imperiali apud Treviros peremti, sive post illum peremtum, Priscillianistarum in Hispaniâ cædes persuaserint, & pro illis precatores interceſſerint.

DECAS V.

LOCUS I.

Summa argumentorum, inde
â c. XIV. ad c. XVII.

POst explicationem & applicationem Legum moralium, sequntur LL. Ceremoniales eæq; vel sanctificationis privatæ singulorum (1) ratione *habitus* à v. 1. ad 3. (2) Ratione *victus*, à v. 3. ad v. 22. (3) Ratione *decimarum* tum *anniversariarum* à v. 22 ad 28. tum *Trietericarum* à v. 28. ad f. c. XIV. (4) Ratione שמטה s. *anni Sabbatici* & in illo jus *egentium* & *servorum* c. XV. à v. 1. adusq; v. 19. vel sanctificationis publicæ, & hæ vel (5) ratione primogenitorum à v. 19. ad f. c. XV. (1) Ecclesiasticæ, qvorsum pertinent L. L. *de festis* anniversariis panegyricis s. in qvibus reqvirebatur panegyris *omnis masculi eorum Domino* c. XVI. sc. (1) *Paschali* à v. 1. ad v. 9. (2) *Pentecostali* à v. 9. ad 13. (3) *Scenopegiorum* à v. 13. ad 18. vel (2) Politicæ, ad justitiam in Rep. pertinentes, sc. de *constituendis in portis judicibus & modemtoribus*, à v. 18. ad 21. qvibus adduntur (1) de *Luco non conserendo juxta altare Domini* v. 21 (2) De non *erigendâ statuâ religiosâ* v. 22. (3) De *non mactanda in sacrum pecude vitiosa* c. XVII. 1. qvâ ratione transit Moses ad LL. judiciales, & harum locum 1. qvi est de *Idololatriâ.*

LOCUS II.

Habitus funeralis. c. XIV. ad v. 3.

§. 1. In LL. de habitu summa est: *Israelita funeris causâ,*
nec caput

nec caput radito, nec capillum in mediâ fronte intidito, & sic *calvitium inter oculos* inducito! Ratio: Israelitæ sunt *populus sanctus, pra omnibus aliis gentibus in populum peculiarem electus* ab aliis gentibus ipsâ religione segregatus: sunt *filij Jehovæ Dei sui.* E. qvàm longissimè abesse debent ab Idololatrarum moribus, etiam in rebus adiaphoris, qvale qvid erat in luctu Hebræorum, per 7. dies nec lavari, nec ungi. Convenit egregiè præceptum Apostoli 1. Thess. 4. 13. *Christiani non debent super funere contristari, sicut gentiles, qui spem non habent* (resurrectionis & æternæ beatitudinis)

§. 2. Qvare autem prohibetur *calvitium inter oculos*, qvàs voces malè Vulgatus omisit, reddens simpliciter: *Non facietis calvitium super mortuo? Quia* sc. *solitum* gentibus vicinis *capillum in luctu promittere: sed incisum media fronte.* Inde ratio interdicti. conf. autem de hâc lege notata jam supra in Levit. ad c. 19. 28. c. 21. 5. Prohibetur ibi omne *stigma super mortuo* s. קַעֲקַע כְּתוֹבֶת i. e. *inscriptio stigmatis*, de qvâ videatur Sixt. Amam. in Antibarb. p. 650. Addatur, qvæ ex hoc fonte Mosaico profluxisse videtur lex XII. tabularum: *mulieres genas ne radunto!* *Neve lessum funeris ergò habento!* & illud Platonis XII. de legibus: *Fleri mortuum vetare, absurdum est: plangere vero & lamenta extra ædes mittere vetandum.*

§. 3. Seqvuntur hîc leges, qvæ jam supra explicatæ c. c. de *victu* c. 14. à v. 3. ad 22. conf. notata in Levit. c. XI. Decad. 3. de *Decimis* conf. cum l. Deut. 14. 22 ad fin. notata jam supra ad c. 12. 17. & in Exod. ad c. 22. 29. Decad. 16. 8. de *non coquendo hoedo in lacte matris* conf. Deut 14. 21. cum Exod. 23. 19. ibidemq; notata. Lex de *Schmita* s. *Sabbatico* vel *remissionis anno*, qvæ hic occurrit c. 15. conf. Levit. 25. & in illud notata, item disput. *de Sabbatico & Jubileo*, annexa Decadibus in Genesin & Exodum. De *servo Hebræo* conf. Deut. 15, v. 12. cum Exod. 21. 2. & seqq. ac ibi notata. Ita & qvæ hic habentur de primogenitis, de 3. festis anniversariis, explicata jam sunt in Decadibus Exodicis.

LOCUS III.

c. XV. 4. 7. 11

Lex divina de Mendicis.

§. 1. Sententia insignis, qvæ fulminis instar attonat, & dejicit

jicit *paupertatem Monasticam*, & longos illos sub Papatu *mendicantiũ ordines*, ac illas cathedrales (etsi in ipsâ Cathedrâ contradictorias) Pontificum decisiones (vid. cap. *exiit* de Verb. signif. in Sexto, & in Clement. c. *Exivi de Paradiso*) illa Mosis, vel Dei veriùs est: *Omninò indigens & mendicus non erit inter vos*! *cujus* consequens, *mendicitatem velut Deo displicentem vovendam non esse*, ut frustra excipiant Pontificii, hæc Mosis verba non esse *prohibitoria*: sed *promissoria*, & si qva hîc prohibitio *mendicitatis*, illam non factam *pauperi*. Commodiùs sane intelligenda videbatur *prohibitio*, qvàm *promissio*. Dum enim per legem שמטה s. *remissionis debitorum omnium*, in anno Sabbatico, prohibetur reposci *mutuum debitum*, hoc ipso illius legis positæ finis declaratur, sc. *ne propter mutuum gravarentur ulli inter Israelitas & mendici fierent*. conf. v. 1. 2. 3. etsi facilè conceditur, *prohibitionem illam dirigi ad ipsos divites, ut in tempore iis qui propria bona non habent, succurrant, ne hi mendicare cogantur*.

§. 2 Sufficit prohiberi in Rep. Dei *mendicitatẽ*, & propterea illius Reipublicæ bonæ Cives liberalitate suâ efficere juberi, ne qvisqvam sit mendicus, utut, si illi in lautiori re positi hîc officium charitatis intermittant, ipsis extremè egentibus, nec labore manuũ sibi ipsis suæq; necessitati consulere valentibus, ne fame pereant, mendicandum fuerit, & sic *mendicatio* absolutè prohibita non sit. Qvàm autem ab his diversi *Monachi*, qvi *Mendicitatem & paupertatem*, per omnis proprietatis, cum in communi, tum in speciali abdicationem velut *meritoriam* affectant, & licet liberalitatem commendent, tamen per illam *mendicitati* non provident, neqve prout alii egentes mendicant, ne sint: sed ut sint mendici. Opponendum his illud Mosis dictum Deut. XV. 4. qvod Vulgatus sanè per modum non *promissionis*: sed *prohibitionis*, annexâ observatoribus mandati, promissione sic expressit: *Omnino indegens & mendicus non erit inter vos! ut benedicat tibi Dominus Deus tuus, in terrâ, quam traditurus est tibi in possessionem.* Videri poterat hîc lex legi contradictoria. Iuxta translationes e. c. diceretur v. 4. Es soll allerding kein Bettler unter euch seyn v. 7. Wenn dein Bruder irgend einer ein Bettler wird. v. 11. Es werden allezeit Bettler seyn im Lande. Nec excipere licet: in v. 7. de *extremè paupere* s. *mendico* in v. 7. & 11. de

ii. de *egente*, nondum tamen *mendicante*, agi, qvia in singulis locis eadem vox sc. אביון, atqve adeò si in v. 4. *mendicus*, etiam in v. 7. & 11. si non hîc, nec illîc. Et de gradibus qvidem *pauperum*, & qvomodo his, sive maturè, anteqvã de facultatibus descendant, sive, ubi jam descenderunt, subveniendum, prolixius actum est ad c. 25. Levitici, in dissertatione de Jubilæo. Nunc saltem expediundum dubium in h. l.

§. 3. Dixerat Deus v. 3. *Mutuum peregrino* (incircumciso inter Israelitas viventi, cui ob humani generis cognationem debebantur qvidem ea, qvæ sunt juris naturalis, non autem qvæ erant majoris bonitatis, & qvæ non erant beneficia nisi popularium & proselytorum circumcisorum) creditum, *in ipso Sabbatico, liberè exigi:* sed si *quid fratri* mutuò datum, actionem *intermitti*, nec qvicqvam sive tunc, sive deinceps, exigi debere (supponitur adeò jam frater *pauper mutuatarius* in v. 3. qvi proinde non absolutè prohibetur esse in v. 4. qvâ ratione infestis signis committeretur v. 4. cum antecedentibus & consequentibus versibus 7. & 11.) Datur nunc occupatio hypothetica dubii ex Lege illâ enati, sc. fore sic, ut in ipsâ terrâ promissa non optumè Israelitis singulis prospectũ sit cum futuri sint pauperes, qvod videbatur contrariari præconiis illius terræ & promissionibus de *abundantiâ lactis & mellis in terrâ sanctâ* atqve adeo minùs & Deo glorioſum & Israeli ac terræ decorum.

§. 4. Sequitur ergo in illâ occupatione, solutio, per concessionẽ, unde in 1. voce בְּךָ per accentum Regiũ *Sakephgadol* signatâ frenũ qvasi injicitur orationi hactenus currenti, & hæc paululum sistitur, expediturq; brevi digressione dubium illud enatum de *existentiâ pauperum in terrâ promissâ*. Dicitur enim: בְּךָ i. e. *defectus quidem* (pauperum fratrum foret) *quia non futurus esset in te egens.* (Perinde autem est sive reddas: præterqvam, qvod non futurus in te esset egens) *quia benedicturus omninò tibi Deus est in terrâ illâ v. 4.* sed *dummodo tu omninò auscultabis voci Dei tui, ejusdemq; præcepta observabis & facies* v. 5. hoc *sc. si faceres, benedicturus sic Deus esset, ut deficientibus domi mutuatariis possis gentibus aliis multis mutuare, & non opus habeas mutuari* v. 6. Cæterùm, qvia illam conditionem non ad-

non adimplebis nec adeò *egentibus in tuâ gente carebis* s. *non definet egens in medio hujus terræ*, proinde ex illâ hypothesi prævisâ denuò moneo (v. 7.) Non solùm *debitum* à tali *fratre paupere* in *anno Sabbatico non exigito*! (vid. sup. v. 3.) sed nec ex *respectu anni Sabbatici* imminentioris, *animum Beliiaal, & oculum malignum* ostendito, & mutuum postulanti fratri denegato v. 7. 9. qvin potiùs manum *pauperi fratri liberaliter aperito*! v. 11. Es würde zwar gantz kein Armer in dir vel unter euch seyn v. 4. Wenn du der Stimme des HErrn gehorchtē/und seine Gebot haltē würdest (und würde also/ daß Leihen und Borgen/ auch die Erlassung im Sabbath Jahr unnötig seyn) ja du würdest annoch anderen Völckern leihen/ und von niemand borgen v. 6. Weil es aber dennoch an armen Brüdern dir nicht fehlen wird/demnach soltu &c. vid. jam qvæ sequuntur à v. 7. ad 12.

§. 5. Notetur in v. 8. העבט העביטנו de *mutuo* simpliciter dando, vulgò intelligitur. Vox tamen Hebræa, implicat pignus, sic ut *mutuum* hîc detur sub *pignore*, in qvo tamen, qvô charitatis temperamento pignus, s. exigendum, sive tenendum, conf. Deut. 24, 10. 11. 12. qvod iterum argumentum, hîc non agi *de extremè misero s. paupere*, qvi sit ordinis mendicantium: unde & v. 11. אחי עני i. e. *frater extremè pauper* distinguitur ab אביון s. *egente*. Qvod autem Grotius monuit in fontibus hîc esse 3. voces copulâ distinctas, designariq; *ordinem libertatis, velut exercendæ primò in fratres* i. e. *sanguine maximè propinquos*, deinde in *admodum miseros*, postremò in *quosvis tenuioris fortunæ homines, auxilium nostrum postulantes*, fallit in 1. & 2. qvæ non per copulam distinguuntur: sed per duplicatam particulam ל & accentum ministrum arctissimè combinantur, ut sit אחי העני prout supra אחי האביון v. 7. Nec enim de qvovis fratre s. populari hîc agitur: sed egente.

LOCUS IV.

Missa Pentecostalis. Deut. XVI 9. 10. 11.

§. 1. Memoratur hic מַסָּה s. *Missa*, vel prout habetur in regimine מסת נדבת יד i. e. *oblatio voluntaria manus*. Notatur autem

autem non oblatio *Paschalis:* sed *Pentecostalis*, qvæq; appellabatur *Theruma magna*, altero die Pentecostali à Colonis offerenda, qvâ de re plusçula diximus in Decadibus Exodicis & Trifolio de Primogen. primitiis & Decimis. Nunc saltem notamus in ipsâ Apolog. Confess. Aug. articulo de Missâ, hunc locum allegari, in qvo extet nomen *Missa:* additur: *Debebant enim singuli venientes ad celebrationem Paschæ aliquod munus, quasi symbolum afferre, quem morem retinuerint, & cum illo nomen collationum*, MISSA. At hîc non de celebratione agitur *Paschæ:* sed *Pentecostes*, cujus collatio appellatur מסת נדבה s. *tributũ voluntariæ oblationis:* etsi, qvia in singulis festis aliqvid offerendum, & in ipso secundo Paschali, primitiæ frugum, s. עמר תנופה i. e. *manipulus agitationis*, propter qvem solum tunc falx immittenda in segetem erat, vid. v. 9. & confer. Lev. 23. 10. proinde, qvod hîc de *oblatione Pentecostali* in Mose dicitur, etiam ad *Paschalem* accommodare Apologiæ autor potuit, ut tamen alia planè ratio Pentecostalis oblationis fuerit conf. de hâc, præter hunc locum Lev. 23. 15. Num 28. 26. Deut. 28. 4. Et dubium nullum, qvin Missæ vocabulum origine sit Latinum, à dimissione sive *Catechumenorum*, sive *fidelium*, illâ ante, hâc, post *offertorium*, clamante Levita. *Ite! missa est*, unde & distinctio inter *Missam Catechumenorum & fidelium*, qvâ de re alibi actum pluribus.

§ 2. Et apparet, Philippum qvoqve hanc Etymologiam MISSÆ saltim κατ' ἄνθρωπον, & ex hypothesi, *Missæ mentionem fieri in sacris literis*, & esse vocem nativitatis Hebraicæ s. à voce מזבח i. e. *altare*, proposuisse: qvod suo merito ridiculum Philippus appellavit, sc. fingere Missam *dictã ab altari* s. מזבח, & argumentari: *in S. literis fit mentio altaris. E. MISSA est sacrificium.* Hoc crassum nimis enthymema, & ostentamentum criticum notaturus Philippus exclamavit: Qvorsum opus erat tam procul accersere etymologiam, nisi volebant ostentare scientiam Ebraicæ linguæ? sc. ex illâ hypothesi, si accersenda etymologia sit ex Hebræorum linguâ, statuit Philippus opus haut esse, tam procul qværere etymologiam, qvæ propior hâc ratione dari posset Deut. 16. 10. & magis Missæ s. Evchariſtiæ veterum, qvæ ex *oblationibus populi* consecrabatur, conveniret, qvo qvidem nihil veriùs hîc dici poterat,

nihil antiqvitatis vetustioris sacro convenientius, in qvâ nullum nomen hujus sacri famosius, qvam *oblationis*, & *sacrificii*. Cetertùm, prout à mentione MISSÆ: ita & SACRIFICII in Liturgiâ primitiva Ecclesiasticâ, ad Missam Papisticam, & sacrificium Missaticam Papisticum non V. C.

LOCUS V.

De JUDICIBUS & MODERATORIBUS ex c. XVI. 18.

§. 1. Distinguuntur hîc JUDICES & MODERATORES, seu שפטים ושטרים, & tam hi, qvàm illi jubentur *collocari in singulis singularum tribuum portis.* Juxta Josephum non fuerint ἀρχὴ s. *Magistratus ipse*, nec adeò *archontes:* sed illius *septemviratus* vel ipsorum *Judicum*, qvorum 7. faciebant in singulis civitatibus judicium, duo Ministri, iidemq; tribu Levitæ. Ἀρχίδωσιν καθ' ἑκάστην πόλιν ἄνδρες ἑπτά. Ἑκάστῃ δὲ ἀρχῇ δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόασιν ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν φυλῆς, verba sunt Josephi, ad hunc locum respicientis l. 4. antiq. c. 8. Illi adeò septemviri, in singulis portis fuerint שפטים: illi duo Ministeriani in singulis שטרים.

§. 2. At Sigonius de rep. Hebr. l. 7. c. 7. planè aliter illos collocat, & supra ipsos שפטים s. *Judices*: ita ut non fuerint horum *Ministri:* sed & horum & totius populi s. civitatum *Principes Judiciorum præsides*, imò illi ipsi, qvi prout respectu *principatus in populum* appellentur *Chiliarchi, hecatontarchi, pentecontarchi, decadarchi* in versione Græcâ Deut. 1. 15. sic respectu *principatus in Judiciis* appellentur שטרים s. in translatione Græcâ τῶν LXX. γραμματοεισαγωγεῖς τῆς κρίσεως i. e. *introductores litium s. causarum judicandarum, ad ipsos Judices*, unde Sigonio, *peculiaris Magistratus Judicibus*, fuerit dictus, *Grammatoeisagogeus*, sumtâ voce ab Athenensibus qvi similes Magistratus habuerint, dictos εἰσαγωγεῖς τῶν γραφῶν. Officium eorum in Rep. Hebræorum triplex (1) in ordine ad populum, sc. *præesse consiliis civitatum.* (2) In ordine ad Judices, *præesse judiciis, & causas ad Judices introducere.* (3) *In ordine ad Regem s. summum principem*, ab hoc sc. *advocatos, cum eo & cæteris principibus de Rep. consultare.* Ita Sigonius, qvem adeò in judicio de שטרים abire à mente Josephi, nec velut ἐπίψηφον ei adjungendum esse, facilè constat.

§. 3. Im-

§. 3. Impoſuit autem Sigonio (qvod mirum) translatio Græca in Deut. 1, 15. qvæ ibi vocem לשבטיכם i. e. *per tribus veſtras*, unius literæ immutatione reddidit, ac ſi eſſet לשפטיכם i. e. τοῖς κριταῖς ὑμῶν ſ. *Judicibus veſtris*: cumq; ibi in fontibus tantùm dicatur *juxta ſingulas tribus fuiſſe* שטרים *eligendos*, ſ. ex, & in *unaquaq; tribu* tales fuiſſe datos, dum interpretes Græci pro *tribubus* ſuppoſuerunt *Judices*, factum inde, ut illi שטרים ſ. γραμματοδιδασκάλους fuerint impoſiti ipſis שפטים ſ. Judicibus, velut *ſuperiores*, & Principes *inferioribus* vel ſubditis Magiſtratibus, æqvè ac illi ipſi *Chiliarchi*, erant *primores* ſ. ſuperiores ceteris Iſraelitis. Impoſuit 2. Sigonio, Vulgatus interpres in eodem loco, juxta qvem illi שטרים non faciunt peculiarem titulum officialem, diſcretum à præcedentibus ſc. à *chiliarchis*, *centurionibus*, *pentecontarchis*, & *Decanis*: ſed in illis continentur, ſic ut voces לשבטיכם ושטריכם deſignent illorum præcedentium præfectorum commune officium, qvod ſit *docere tribus*, unde jam illos *Grammatoiſagogeos* cum antecedentibus nominibus confudit, ſic ut e. c. iidem ad *Decanos* usqve fuerint *Grammato Iſagogei*, & qvorum officium fuerit *docere tribus*: qvia ſc. Vulgatus illas voces confudit cum ſuperioribus, & finaliter transtulit: *Qui docerent vos ſingula.*

§. 4. Sed nec minùs oculatiſſimo alicubi Grotio in c. 1. v. 15. qvædam ἀβλεψία, impoſuit. Accuſat ille Vulgatum, qvod non expreſſerit illud: שטריכם לשבטיכם, atqve adeò in Vulgato hîc deſiderentur שטרים. At ſanè non deſiderantur in Vulgato: ſed cum ſuperioribus confunduntur: Qvia enim שטרים Vulgatus alibi non ſemel, nunc per *Magiſtros*, prout hîc c. 16. 18. Joſuæ 23. 2. c. 24. 1. nunc per *Doctores* reddidit, prout Deut. 29, 10. omninò hoc ipſo, dum transtulit hîc vocem שטרים, per illos, *qui docerent* oſtendit ſatis, ſe non ſuppreſſiſſe.

§. 5. Nec laborandum de Vulgato: cum enim MAGISTRI vox *rectoris* ſit, & ἐργοδιώκτης, nec ſolùm dentur *Magiſtri ſtudiorum*. l. 10. C. de prof. ſed & *Equitum*, *navium* (qvomodo notatur ab Horatio od. 6. lib. 3. *navis Hiſpanæ Magiſter*, *dedecorum pretioſus emtor*, & apud Virgilium, *excutitur pronusq; Magiſter volvi-*

tur in caput) & redituum navalium designatores s. *exercitores* l. 1. de exerc. act. qvin Magistri sint, *quibus præcipua rerũ cura incumbit, & qui magis, quàm ceteri diligentiam ac solicitudinem rebus, quibus præsunt, præstant* not Paul. ICto l. 57. de V S. nemo dubitabit, qvin MAGISTRORUM, (cumq; omninò *docere populum* fuerit ex parte munus horum שטרים) & Doctorum qvoqve titulus à Vulgato, jure accommodari potuerit: nec qvicqvam inde præjudicii officio Politico s. Judiciario, cum *judicare populum judicio justo*, complectatur simul officium doctorale, s. docendi judicium justum, nec dubium, qvin inter hos שטרים fuerint Levitæ & adeò Doctores vid. 2. Chr. 19, 11.

§. 6. Sed nec translatio Græca culpanda fuerit in translatione vocis שטרים, qvam qvater per γραμματοεισαγωγεῖς & hoc nonnisi in Devteronomio c. 1, 15. 16. 18. c. 29. 10. c. 31. 28. aliàs semper (uno loco Prov. 6. 7. excepto, ubi per ἀναγκάζοντα & Aq. ac Theod. per ἐκβιασηὴν reddiderunt) per γραμματεῖς s. *scribas* transtulerunt. Modò non illi γραμματοεισαγωγεῖς vel שטרים confundantur cum illis *Chiliarchis* cæterisq; *Archontibus*, & velut superiores imponantur *judicibus* (qvod utrumq; erroneum) sed his velut sive pares, sive inferiores adjungantur, nec adeò vel nimis & supra ipsos *judices*, attollantur, vel nimis *infra ipsos judices* deprimantur, & pro otiosis Grammaticastris & umbratilibus literarum in corda discentium inductoribus habeantur, qvod sic Augustino visum l. 18. de civitate Dei c. 39. cui ex erroneâ hypothesi non satisfecit Sigonius, notando Augustinum, juxta qvem illi fuerint *Doctores populi*, cum juxta Sigonium, nonnisi *Doctores & Magistri judicum*. In promtu πρῶτον ψεῦδος Sigonii est, Concludendum: *Schoterim*, vel considerari ex *Theocratiâ* & autoritate ac institutione divinâ in politiâ Israelis, jam inde à Consilio *Jethronis*, & lege præsenti, vel considerari extra & ante hanc e. c. qvi erant ex *institutione ipsius Pharaonis* e. c. Exod. 5, 14. ibidemq; qvinqvies memorati. Posteriori ratione, vilius nomen erat, & inferiorũ ministerianorum, e. c *executorum, appariterum*, s. eorum, *qui Magistratibus apparent, ac horum jussa & sententias exequuntur*, ubi non

poterant

poterant rectiùs reddi, qvàm per ἀναγκαστὰς, βιαστὰς, prout semel Interpp. Græci reddiderunt. Priori autem ratione, longè eminentius & cujusdam Principatus s. *Magistratuũ* in populo nomen erat, qvorum belli pacisq; tempore munus honoratum, Deut. 20. 5. 8. 9. ipsiq; tales, qvos vel Principis lateris comitatus illustrabat c. 19. 10. c. 31. 28. cui assistebant, velut consiliarii, & aliqvando Internuncii s. Oratores ad Populum, Judicum qvoqve Assessores, vel *Fiscales*, Actorum publicorum censores, & qvid ageretur, inspectores, sic ut ad illos deferrentur causæ, qvæ per illos porrò devolvebantur ad Judices, cum qvibus populum judicio justo judicabant, & executionem procurabant: qvo sensu dici potuerunt, γραμματεῖς καὶ γωγεῖς. Qvin hâc ratione concedi posset Luc. 12. 58. ubi in descriptione processus in foro Judaico, mentio (1) ἄρχοντος. (2) κριτοῦ. (3) πράκτορος εἰς φυλακὴν βάλλοντος in voce ἄρχοντος, & c. 20, 20. in ἀρχῇ designatos fuisse שטרים s. horum Magistratum.

LOCUS VI.

Summa Legum inde à cap. XVII. ad c. XXVII.

§. 1. Seqvuntur LL. judiciales & hæ vel communes s. ad Ecclesiam & politiam communiter pertinentes, eædemq; (1) *de Idololatriâ* c. 17. à v. 8 (2) de *processu & sententiâ definitivâ in causis gravioribus* à v. 8. ad v. 14. (3) *De jure Regio* adusq; fin. c. XVII. (4) De jure Sacerdotis c. XIIX. adusq; v. 9. (5) De *divinationibus* & *præstigiis prohibitis* inde adusq; f. c. 18. vel (2) speciales, eædemq; pertinentes vel (1) ad *jus populare*, qvorsum pertinet (1) *Jus Homicidiorum*, vel in his *asylorum* c. XIX. ad v. 14. (2) *Jus terminorum* v. 14. (3) *Jus testium* & hoc vel qvoad *numerum* & *modum*, v. 15. vel qvoad *reprehensionem & punitionem Pseudomartyrum* à v. 16. ad finem c. XIX. vel (2) ad jus *militare* & hoc (1) qvoad sanctimoniam *expeditionum bellicarum* c. XX. à v. 1. ad v. 10. (2) qvoad expeditionum *ordinem & modum*, in *obsidionibus* urbium sive *brevioribus* à v. 10 ad c. 19. sive *longioribus* ad fin. c. XX. vel (3) ad jus forense, idq; qvoad genera judiciorum sc. (1) pertinentium ad rationem qvandam pietatis c. XXI. sc. (1) de processu in casu *in-*

comperti homicidæ, comperto tamen interfecti cadavere adusq; v. 10. (2) De *conjugio cum exterâ* à v. 10. ad 15. (3) De jure patrio in declaratione primogeniti adusq; v. 18. (4) De jure patrio in filium degenerem & rebellem ad v. 22. (5) De tollendo suspensi cadavere adusq; fin. c. XXI. vel (2) Pertinentium ad rationem privatam, e. c. honestatis, humanitatis &c. c. XXII. adusq; v. 13. vel ad rem conjugalem à v. 13. ad f. c. 22. vel (3) pertinentium ad rempubl. legitimè constituendã c. XXIII. Idq; (1) respectu ordinis s. officii publici, adusq; v. 19. (2) Respectu ordinis s. officii privati à v. 19. ad f. c. 23. (3) Respectu humanitatis tum conjugalis c. XXIV. ad v. 7. tum communis erga fratres s. singulos, inde adusq; v. 27. sive omnes adusq; f. cap. 24. (4) Respectu administrationis justitiæ c. 25. & in hâc (1) controversiarum adusq; v. 13. (2) contractuum ad v. 17. (3) Judicii exeqvendi in Amalekitas, inde adusq; finem capitis 25 Deniq; (4) LL. pertinentium ad religionem, tum in officio particulari professionis publicæ religiosæ in oblatis primitiis & decimis c. XXVI. adusq; v 17. tũ in officio communi erga Deum & proximum, inde adusq; finem capitis XXVI.

LOCUS VII.

Appellatio ad Judicium vel Synedrium summum c. XVII. à v. 8. ad 14.

§. 1. Legis hujus minutiore consideratione maximè opus, tũ propter eminentiã hujus judicii, ad qvod in casibus difficilioribus provocabatur à judiciis inferiorum *portarum*, ratione qvæstionum Juris, non facti, qvæ sic deferebantur (si sc. controversia aliqva incidisset obscurior, qvàm ut de eâ omnibus urbis magistratibus liqvere posset) tum propter Pontificiorum, Jesuitarum inprimis, qvi in controversiâ de supremo visibili & infallibili omnium controversiarum judice, Romano Ic. Pontifice, hîc acropolin argumentorum ex V. T. pro suâ thesi collocant, perversitatem, conf. Bellarm. l. 3. de Verbo Dei c. 4. & lib. 4. de Rom. Pontif. c. 1. Eccius p. 22. qvi citato ex versione Vulg. hoc loco, addit epiphonema: *Vide potestatem sacerdotis legalis! Quanta putas potestas sit sacerdotis Evangelici, & pœnam expende inobedientis!*

§. 2. Casus hîc partim generaliter describitur 1. per דָּבָר s. *rem occultam in judicio* sic ut in *portis* inferiorum urbium,

biũ, sit qvædam, etsi non invincibilis, ἀδυναμία, sententiam in controversiâ vel casu dubio accuratè publicandi. 2. דברי ריבות בשעריכם i. e. *verba contentionum in portis civitatum*, si sc. non solùm partes: sed & ipsi Judices inferiores usqve adeò sententiis discrepent, ut res etiam in contradictorio illo judicio in contentionem exeat, & schismatis civitatem illam ac vicinas distracturi periculum in propinqvo sit, **wenn dergleichen zänckische Sachen sind in deinen Thoren**/ qvomodo eleganter Lutherus expressit, qvod Vulgatus reddidit: *& judicum inter portas tuas videris verba variari*: partim autem specialiter s. per tria genera causarum. Sc. (1) in causâ *sanguinis* s. cædis e. c. an hæc vel illa cædes habeat *culpã latam, mediam, an minimã?* an mereatur jus asyli, & similes qvæstiones (2) in causâ *litis* e. c. pecuniariæ, vel actionis injuriarum, ubi ab uno Judicum major, ab altero minor pœna irroganda censebatur. (3) In causâ *plagæ* e. c. *lepræ* (qvæ ἀνθρωπικῶς sic appellatur & vel qvinqvagies in cap 13. Levit.) an sc. lepra sub his vel illis signis, sit contagiosa? &c. v 8. Apparet inde, à formâ regiminis, & summi tribunalis in nationali Judæorũ Synagogâ, ad paritatem formæ regiminis & summi tribunalis in Ecclesiâ Catholicâ non V. C. aut, si valet illa & tribunal tale dandum Romæ, judicium sc. infallibile Papæ, devolvendæ eò fuerint ex orbe terrarum controversiæ, non solùm dubia de religione s. dogmatibus fidei & morum (de qvibus, licet inter nos & Pontificios unicè qvæstio sit, hîc tamen in Indiculo casuum Mosaico altum est silentium) sed & de *homicidiis, de litibus pecuniariis, de injuriis, de lepra*, & hujus *speciebus variis*: qvin reqvireretur, ut & in judiciis inferioribus ex solâ lege Mosis in omnibus his casibus pronunciaretur, & si qvid ibi circa applicationem Juris Legalis ad casum specialem difficultatis exortum esset, illud non aliunde qvam ex Lege Mosis expediretur, in illo judicio summo, & certè Pontificis, qvâ ratione Pontifex non solùm inter omnes Christianos esset summus Judex in spiritualibus s. controversiis religionis: sed & in temporalibus pœnis infligendis, imò in morbis dignoscendis, atqve adeò inter omnes Christianos unum foret summum tribunal pon-

nal Pontificis, ad qvod ex orbe terrarum Christiano provocandum in controversiis Theologicis, Politicis, Medicis, & sic temporalis potestas papæ in orbem Christianum æqvè directa esset, ac spiritualis, qvalia dogmatum portenta nec ipsi concesserint, exceptis fortè Parasitis Papalibus, qvibusdã Canonistis, Pontificii.

§. 3. In tali casu dubio jubet Lex, à portis inferioribus *adscendere* ad portam superiorem s. *ad locum à Domino Deo Israelis electum* (qvalis olim Schilo, Jos. 18. 1. c. 22. 12 Jud. 18. 31. c. 20. 18. 1. Sam. 1, 3. Jerem. 7. 12. c. 26. 6. inde s. post tempora Davidis, Hierosolyma 2. Chron. 6, 7. Ps. 122 3. 4. 5.) *& adire Sacerdotes* (tribu) Levitas, vel prout vult Grotius, (qvia sc. non erant *sacerdotes*, nisi *generis Levitici*, & Levitæ primis *illis & melioribus seculis* præ ceteris aliarum tribuum Synedrii Assessoribus non tantùm *in omnibus Legis, verùm etiam in Medicinâ aliisq; artibus peritissimi, & eruditissimi*) & *Sacerdotes & Levitas*, ut adeò non ablegentur hîc consultores ad unum absolutum Judicem s. ad *solum summum sacerdotem*: *sed ad Sacerdotes & Levitas*: atqve sic iterum appareat Paralogismus Pontificiorum multiplex, *à Sacerdotibus & Levitis*, ad *unum, Sacerdotem summũ*, & à *Sacerdote summo V. T.* ad *Sacerdotẽ summũ N. T* & hunc Pontificem Rom. ejusdemq; *unius judicium certum* & *authenticum* ex hoc loco inferentium.

§. 4. Nec verò jubet adire Sacerdotes solùm & Levitas: sed & השפט s. *judicem illum* tunc sc. in sublimi *superioris judicis* officio constitutum v. 10. Dubium autem hîc an illorum *Sacerdotum & judicis hujus* judicium fuerit alternativum & distinctum, an idem vel unum, sic ut in eodem judicio Assessores *fuerint* & *Sacerdotes illi Levitæ*, & השפט s. *Judex ille*, an aliud *judicium* vel saltem actus alius judicandi fuerit hujus, alius, illorum? Resolvitur qvæstio in particulam s. copulam nunc *copulantem*, prout hoc loco post Vulgatum, rectè Lutherus reddidit: und zu dem Richter/ nunc alternantem s. disjungentem, prout Junius & Tremell. h. l. qvi reddunt: *adibis Sacerdotes Leviticos, vel ad summum Judicem, qui erit diebus illis.* Obstat posteriori contextus, qvi & in *consilio*, & in *responso*, & hujus *obligatione* nullibi distinguit, Judices s. judicia. Nec obstat v. 12. *sc. rebellis sacerdoti aut Judici, capite punitur.* E. aliud

judicium

judicium Sacerdotis, aliud Judicis. Licebat enim sic loqvi de uno Judicio, in qvo & præses aliqvis est Judex Politicus, & Assessores s. Senatores Sacerdotes. Agitur qvippe ibi de casu rebellionis post sententiã latã, qvam sive aliqvis Princeps Sacerdotũ, sive Judex Politicus pronunciare pro ratione distinctorum casuum poterat &, unde ex æqvo, sive huic, sive illi rebellis, puniri.

§. 5. Placuit posterius qvoqve Hugoni Grotio, allegato v. 12. juxta qvem Grotium, idem qvidem fuerit Synedrium, & *Sacerdotum Levitarum*, & *Judicis*: ceterùm sic, ut à partibus litigantibus primò adeundi fuerint Sacerdotes & Levitæ, ac post hos demum (si non sufficerent) Judex ipse. Verba Grotii sunt: *Cum talis orta esset controversia, civitatem unam pluresve in dissidium perductum, jubebantur ire dissentientes ad Sacerdotes & Levitas, qui in Senatu erant, & eruditissimi habebantur. Qui si ipsis satisfecissent, aut rationum pondere, aut testando, rem, hoc vel illo modo in moribus, ac rebus judicatis definitam, rectè. Sin tale nihil erat, iidem Viri eruditi rationes partis utriusq; referebant ad Synedrium, & ex ejus decreto respondebant, quod in posterum legis erat loco.* Notat idem: *Judices, cum multitudinis numero dicuntur, rectè intelligi posse, vel illos urbanorum tribunalium, vel summos etiam Senatores.* Deut. 1. 16. 16. 18. 19. 17. 18. 21. 2. *ubi autem in singulari ponitur numero, solere significari Interregem divinitus constitutum, quales illi qui memorantur in libro Judicum* sub hoc nomine, &, qvi, eodem nomine, ex hoc Hebræorum more, post *Ithobalum & Baalem, reges fuerunt apud Tyrios*, Dicastæ s. δικασταὶ, & apud *Carthaginenses Tyriorum traduces*, in *summo Magistratu consulari* dicti, *Suffetes*, voce corruptâ ex Hebræorum *Schophtim*, Romanorum item Dictatores. Faciunt hæc pro Jun. & Trem. qvi vocem השפט & v. 9. & v. 12. reddiderunt, per: *Summum judicem*, qvalis erat e. c. *Gideon, Jephte*, sive post hos ADEODATOS, & traordinarii donis instructos, communiter שפטים dictos (qvi qvia erant ἡμίθεοι αὐθεκάστοις, prout appellat Josephus, dici poterant *Reges*, prout *Regis* nomen apponitur, τῷ δικαστῇ Jud. 18. 1.) Synedrii sub Regibus Principes, vel ipsi qvoqve Reges.

§. 6. Sive autem *unus idemq;* consessus, & *idem* iudicii actus

fuerit, tum respectu *Sacerdotũ*, tum respectu *judicii*, sive distinctus, & *judicium*, sive *successivum*, sive *alternativum*, exspirat argumentum Pontificiorum. Si enim adeundus & *consessus Sacerdotum*, & ipse *summus Judex* Politicus, nihil hîc peculiare, pro *solis Sacerdotibus*, nedum pro *uno*, & *summo*. Si autem *alternare* licuit, & *in potestate* partiũ fuit, sive adire *Sacerdotes*, sive *Judicem*, iterum & hîc pro *uno*, *unius summi Sacerdotis* judicio, nihil: si ordine hoc eundum fuit, ut consilium qvidem *primum* esset *Sacerdotis* vel *Sacerdotum*: ceterùm *ultimum Judicis Politici*, vel *totius Synedrii*, omninò jam expirabit judiciũ *unius* summi *Pontificis*, sive cum *cœtu solito Consiliariorũ*, sive cum *Concilio generali Episcoporũ*: & æqvè hoc ac illorum *Sacerdotum* judicium subjicietur *uni superiori Judici*, sive *soli*, sive *cum suo Synedrio*, qvale qvid fuit olim in praxi Carolorum.

§. 7. Erravit enim Bellarminus, excipiendo: *Nomine Judicis posse hîc intelligi Principem Sacerdotum, ut sit sensus: adscende ad Concilium Sacerdotum, & eorum Principem, summum Sacerdotem.* Contra in v. 12. *Judex* manifestè distinguitur ab *illo Sacerdote*. Verba sunt: *si quis non auscultet Sacerdoti, aut Judici.* Alius ergò hîc *Sacerdos*: alius *Judex*.

§. 8. Igitur, ubi hi consulti, sententiam (דבר המשפט das Urtheil) pronunciaverint (v. 9.) *ex hujus præscripto facere* jubetur Consultor (v. 10.) ubi illud עשית, & שמרת לעשות, illi על פי הדבר אשר יגידו לך & illi ככל אשר יורוך, velut agenda ipsi agendorum regulæ pulcherrimè respondet, & prout talis sententiæ causâ adscendere ad illum locum v. 8. ita qvidem impetratâ tali sententiâ *de* tali *loco* redire in civitatem suam licebat, ut tamen haut opus illo Junii & Trem. supplemento, qvi positũ מן המקום, reddiderunt: *profectus de loco*. Rectius juxta literã: Du solt thun nach demselben Wort/ welches sie dir sagen (ankündigen) werden von dem Orth/ den der HERR erwehlet hat. Non autem prout Vulgatus habet: Facies qvodcunq; dixerint, *qui præsunt loco*. Talis præsidentia localis non habetur in fontibus: sed & illas voces ושמרת לעשות du solst halten / daß du thust/ malè Vulgatus omisit.

§. 9. Ne

§. 9. Ne qvis verò præsumeret *illimitatum* hoc & *absolutè inermibile* Judicium fuisse, s. nullâ Lege divinâ restrictum, additur v. 11. *Ex præstituto* (juxta os) *Sermonis qvem docebunt te, & secundùm judicium illud, quod dicent tibi, facito, nec ab illâ, quam judicabunt tibi, sententiâ, dextrorsum aut sinistrorsum recedito!* Qvin magis etiam, nec Judicis solùm: sed & Consultoris respectu restrictum fuerit, juxta Vulgatum, qvi illud על פי התורה ex v. 11. trajecit ad finem v. 10, vel sic copulavit: *Facies, quodcunq; docuerint te juxta Legem ejus*, qvasi tum demum tenerentur singuli parere decreto Synedrii, si Synedrii sententia legi respondeat, unde seqveretur ex hypothesi Pontificiorum, tum demum audiendum esse sive Concilium, sive Pontificem Romanum, ubi Verbo Dei congrua profert, atqve adeo totum ejus judicium ad Mosen & Prophetas vel Apostolos restrictum. Unde à versione Vulgatâ hîc recedit Grotius, ostendens illius periculum, qvod *juxta illam, interpretatio Legis cujusq; arbitrio submitteretur, & occasio dissidiis daretur quibus tamen præcavendis hæc lex posita*: & Bellarminus l. 3. d. V. D. c. 4 monens illud non esse nisi in *editione Vulgatâ, quam Lutherani non recipiunt, nec sonare conditionem*: tunc *enim homines fuissent magis dubii & perplexi, quàm antea: nec opus fuisset ire ad Sacerdotẽ, si ipsi potuissent ex lege Domini judicare causam suam. Imò tunc non Sacerdos fuisset Iudex: sed ipsi, qui de sententiâ Sacerdotis judicaturi erant.*

§. 10. Nihil autem attinebat, hîc qvidem, duriusculè censere Vulgatum. Si enim, qvicqvid illi Sacerdotes *& Judex docuerint, faciendum*: illi autem *docuerint non nisi juxta legem*, omninò jam *faciendum*, qvodcunq; *illi docuerint, juxta Legem*, qvod reddidit Vulgatus. Licet ergò detur illud על פי התורה, non sonare *conditionẽ*: *sed assertionem s. promissionem*, omninò tamen, usqve adeò obligabantur *JUDEX & sacerdotes illi ad Legem divinam*, ut populus, qvi non *unius sacerdotis*: sed *Sacerdotum & Judicis* sententiæ acqviescere debebat, securus esse posset, pleneq; persuasus, judicatum fuisse secundùm legem divinam. Atqve adeò postulandũ, ut *Pontifex Romanus cum suo cœtu Consiliariorũ* legitimet æqvè ex Lege divina, sua responsa Cathedralia, ac facere tenebatur, *Judex, & Sacerdotum ille confessus ex hac lege Mosis.* Fatetur ipse

Grotius: *Synedrium in testandâ traditione veteri, aut in explicandâ lege ê suâ sententiâ errare potuisse, & si, re posteà meliùs cognitâ, puta, per homines valde pios & eruditos commoniti Senatores vidissent, se à vero legis sensu aberrasse, proditam lege fuisse rationem errorem expiandi Levit. 4. 13. neque singulis imperatum, omnia quæ diceret Synedrium, credere: sed non contra agere, nec contra docere.*

§. 10. Magis animadvertendum erat, qvod in v. 12. Vulgatus reddidit, etsi post correctionem Clementinam, magis indignandum, in allegationem Bellarmini, non citantis hîc Vulgatum prout Clemens VIII. editionem correxerat: sed prout ante hunc *Sixtus V.* ediderat: qvia sc. magis causæ Pontificiæ favere videbatur corruptio *Sixtina*, qvàm correctio *Clementina*. Lectio utrobiq; hactenus consonat: *Qui autem superbierit, obedire nolens Sacerdotis imperio.* Seqvitur jam in Sixtinâ: *ex decreto Judicis moriatur homo ille.* Vidit Clemens VIII. hanc Antecessoris Pontificis editionem hic totam in fermento esse. Emendavit ergo, & compendio unius literæ mutatæ, commatisq; aliter positi, reddidit: *obedire nolens sacerdotis imperio, & decreto Judicis, morietur homo ille.* Erratum utrobiq; in vocibus *Imperii* & *decreti*, qvæ absunt in fontibus, ubi simpliciter est: *obedire sacerdoti:* item *obedire Judici*, sine mentione vel *imperii* vel *decreti*. Erratum qvoqve in neglectâ particulâ disjunctivâ, sacerdoti *aut* Judici: maximè autem in illâ textus dissectione, & *Judicis* rejectione ad prædicatum, s. solum *mortis decretum*, sic ut *sacerdoti* maneat *Imperium*, *Judici* autem, non nisi *mortis* in rebellem sacerdoti *decretum*, prout corruperat textum Sixtus V. obstante in fontibus ingenti accentu Rege, distingvente *Judicis* vocabulum, â seqventi voce *moriendi*, & *obedientiam* referente ex æqvo & ad *Judicem* & ad *Sacerdotem*, adeò ut si qvis consultor temere vel superbè sese opponat *Sacerdoti* sive *Judici*, nec his velit auscultare, sed ultra hos sapere, eidem dictetur pœna mortis in m. 2. qvod adeò in tantum rectè correxit Clemens.

§. 11. Qvare autem non Clementinam: sed priorem Sixtinam hîc allegant magis Pontificii? qvia sc. hæc magis videbatur militare pro thesi Papisticâ, & (summi) sacerdotis (R. Pontificis, eminentiâ, ut sc. si *nomine Judicis politicus princeps* hîc *intelligatur*, &

duæ

duæ hîc *personæ distinguantur, Sacerdotis & Judicis, h. e Pontificis, & Principis, & distincta singulis officia assignentur, soli Sacerdoti sententia definitiva* per *imperium pronuntiatio, Judici autem Politico non nisi in contumaces, s. obedire Sacerdotis imperio nolentes*, noviſſimæ *pœnæ competat executio.* Verba ſût Bellarmini in utroq; loco ſupra citato, unde in Sixtino illo (qvod bis allegavit) *Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, ex decreto judicis moriatur*, mirificè ſe extulit, & triumſavit: ſed fruſtra, poſtqvam Clemens IIX. jam correxit, qvalis correctio, etſi Bellarmino, cum ſcriberet illa, conſtare non potuit, qvia nondum fuit, obſcura tamen in recenſione noviſſimâ ſuorum ſcriptorum illi poſt Clementinam adhuc viventi, eſſe non potuit, qvi adusq; tempora Pauli V. vixit & ſcripſit.

LOCUS VIII.

Ius Regium c. XVII. 18.

§. 1. Rex, ex Iſraelis voluntariâ electione, eligendus, ex præſcriptione divinâ ſpeciali debet eſſe (1) *indigena*, non *extraneus.* (2) לא מרבה לו סוסים i. e. *non multiplicans sibi equos*, non *Philippus.* (3) לא מרבה לו נשים i. e. *nec multiplicans sibi uxores, s. polygamus.* (4) לא מרבה לו כסף i. e. *nec multiplicans sibi thesauros* (*aurum & argentum*) non ſit *Hylargyrus.* Qvin talis Rex (*ubi jam insidebat solio regni sui*) in peculiari libro *describere sibi iubebatur exemplum Legis Mosaicæ*, ex authentico illo, *qui est penes sacerdotes Leviticos*, codice, qvod ipſum *exemplū semper penes Regē esse, & hic ex illo omnib⁹ diebus vitæ suæ legere jubetur*, propter fines (1) reſpectu Dei, ut Deū *semper timeat, ejusdemq; præcepta faciat.* (2) Reſpectu populi, *ne superbè efferatur animus ejus super fratres* ad τὸ φρόνημα. (3) Reſpectu ſui ipſius, *ut dies in regno prolonget*, & ad poſteros annoſos propaget. v. 19. 20. Sed qvid משנה התורה? Vulgatus apertè: Deuteronomium: qvorſum etiam reſpiciens Luth. reddidit: **Diß ander Geſetz**/ ita & Interpp. Græci: γράψει ἑαυτῷ τὸ Δευτερονόμιον, qvomodo & Joſuæ c. 8. 32. lapidibus non totum *Pentateuchum: sed Deuteronomium* Joſua inſcripſerit. Notat illos Hugo Grotius, & mavult reddi: *Exemplum Legis*, ſic ut obligatus fuerit Rex ad *describendum sibi* non ſolùm *Deuteronomium*: ſed *totum Pentateuchum*, & qvidem bis, ſe-

mel ut Israelita, semel ut Rex, ut sciret & in privatis & in publicis negotiis legem sibi sequendam. Præstat hîc cum Luthero & Græcis sentire.

§. 2. In c. 18. 14 membro 2. non satisfecerunt Jun. & Trem. reddendo: *De te autem non ita sunt quos dat tibi Jehova Deus tuus.* Sensum commodiùs expressit Vulgatus: *Tu autem à Domino DEO tuo aliter institutus es.* Opponitur hîc Israel illis gentibus maledictis. Hæ sc. *auscultarunt suis planetariis & divinis.* Seqvitur jam ואתה (ubi notetur accentus Rex territorialis, qvi hoc loco illâ oppositionem emphaticè cum aliqvâ sermonis suspensione designat) i. e. *Tu autem*, ô *Israel*! i. e. *Quod ad te autem attinet*, ô *Israel*! seqvitur: *Non sic tradidit tibi Dominus* Deus tuus, non docuit vel jussit te *auscultare planetariis & divinis:* vel: non sic facere *permisit* tibi. נתן pro *permittere* freqvens.

LOCUS IX.

Propheta magnus. Character Pseudoprophetæ c. XIIX. 15. 16 21. 22.

§. 1. Prophetam illum excitandum ê fratribus, cujus mentio v. 15. ostendit satis Petrus & Stephanus in Actis Apost. c. 3. 22, c. 7. 37. conf. qvoq; Luc. 7. 16. ut opus haut sit, hîc cũ Hugone Grotio in Judaicas expositiones abire, & intelligere Prophetas omnes vel præcipuos post Mosen מנביא לנביא, qvomodo hîc habet Raschi, sive Josuam, prout Abenesra.

§. 2. Ab *eventu* negativè argumentum hîc probatur. Sc. Hoc vel illud à *Propheta prædictum* caruit eventu. E. *dictum* illud non fuit *divinum*, & ipse non *verus Propheta:* sed *Pseudo-Propheta.* Videtur autem hâc ratione periculum etiam vero Prophetæ, qvalis Jonas, imò huic contrarium, qvod habetur Jerem. 18. 7. 8. 9. Ceterùm non intelligendus locus est de divinis sive *promissionibus, sive comminationibus hypotheticis*, à pœnitentiæ vel impœnitentiæ conditione, etsi non expressâ, tamen subintellectâ, suspensis: sed & de illis ad suam hypothesin, eandemq; jam qvoad complementum suppositã, restrictis (qvomodo sive Jonas, sive qvicunq; alius Propheta allegato Dei nomine s. autoritate, *loquens*, Deũ, sive jã nunc, sive post 40. dies *demoliturũ perditurumq; gentẽ*, subintellectâ hypothesi,

ſi, ſi non cõvertatur illa gens à malo ſuo, mutatâ hypotheſi negatoq; ſic perditionis eventu, periculũ ex hâc lege nõ patitur: pateretur autẽ, ſi ſtante illâ hypotheſi, impœnitentiæ gentis, nihilominùs complementum denunciatæ ex hâc hypotheſi pœnæ non ſeqveretur: qvomodo ex hypotheſi Achabi aſcenſuri contra Ramoth in bellum contra Syros, qvi maturos, & non incolumes ſolùm: ſed & triumfales reditus promittebant Achabo, ex eventu negato declarabantur 400. Pſeudoprophetæ, in qvorum ſc. ore fuerit Spiritus mendacii: Micha autem, qvi jam utriq; Regi conſtabat eſſe *Propheta Jehovæ*, ex eventu qvidem legitimat veritatem ſuæ Prophetiæ, ſic tamen ut vel ex ipſo carcere admitteret, argumentum ab eventu negativè, ſi ſc. *Achabus cum pace reverſurus eſſet, Dominum per ſe non locutum* 2. Reg. 22. & nec hic fuiſſet Pſeudopropheta, ſi Achab non movens, non occidiſſet: ſed ſi movens in Syros, non periiſſet. Sed & valet & de illis, qvæ cum per naturam fieri nullo modo poſſint, *nomine Domini* prædicuntur futura: ubi ſi prædictũ non evenerit, ille Pſeudoprophetiæ, eſt manifeſtus. Conferantur de hoc πικμηρίῳ & argumento ab eventu Jerem. 28. 9. 10. 16. & notata jam ſupra ad c. 13. 1. 2.

LOCUS X.

De Aſylis ex c. XIX. à v. 1. adusq; v. 14.

§. 1. In Legibus de aſylis, trans Jordanem (de illis enim ingreſſus reſpectu cis Jordanem, actum jam ſupra eſt cùm Num. 35. 13. 14. tum peculiariter Deut. 4, 41. 42.) ſupponitur ingreſſus in terram Canaan, ultra Jordanem (illa enim cis Jordanem jam tunc obtinebatur conf. ſupra) debellatio vel excidium gentium, ſucceſſio autem & hæreditaria poſſeſſio Iſraelitarum conf. Num. 35. 10. 11. & Deut. 19. 1, 2. qvibus adeo ſuppoſitis demum obligabat Lex de *aſylis* ſ. *civitatibus receptus* ſegregandis, conf. inde à v. 3. adusq; v. 14. & complementum in libro Jhoſuæ c. 20. 2. 3. 4. & ſeqq. per totum caput.

§. 2. Numerus illorum præſcribitur *ternarius* trans Jordanem, æqvè ac talium *civitatum receptus* vel *aſylorum* ternarius imperatur *eis Jordanem*, conf. de his l. ſupra alleg. c. 4. 41. 42. de utrisq;, ipsâ etiam ſitus, tribuum, nominum charactere diſcretis ſc.

Kadeſch in

Kadeschin Naphtali, Sechem, in Ephraim, Chebron, in Jhuda, Bezer in Ruben, Ramoth Gilead in Gad, Golan in Manasse conf. Jhos. 20. 7. 8. 9. Qvare autem in minore terræ spatio *cis Jordanem* & hæreditate duarum cum dimidiâ tribuum, totidem civitates vel asyla publica præscribantur, qvot in majore illâ 10. tribuum terrâ, *trans Jordanem?* Causam afferunt Hebræi, crebriora in illâ cis Jordanem parte homicidia à Deo prævisa, & ob ferociam ceteroqvi Gileaditarum (conf. Jud. 12. 4. 5.) non defutura. Ceterùm illa non certa satis & solida ratio, qvæ propior ex ipsâ, per Jordanem distinctâ chorographiâ, & ex c. 19 v. 7. 8. 9 petitur. Nec enim trans Jordanem obligabat ternarius absolutè, exclusivè, & sine jure addendi: sed saltim inchoativè, ex hypothesi *dilatandorum finium, & occupatæ universæ terræ trans Jordanem, hæredibus, ex pacto cũ Patribº*, salvo jure, imo, salvâ obligatione vel lege *numerũ* augẽdi, s. *tribus illu civitatibus tres alias addendi*, ad tantò accuratiorem homicidiorum vel effundendi sanguinis innoxii, & contrahendi inde reatus s. culpæ cædis, evitationem conf. v. 9. 10. Dabatur sc. aliqvando homicida, cujus sanguis si effunderetur, *effunderetur sanguis innoxius*, & qvidem sic, ut inde pollueretur terra, & in ipso Israele s. populo, non prohibente talem occisionem occisoris, daretur cædis culpa.

§. 3. Ad Asyla illa accurate determinanda præreqvirebatur *trichotomia charographica* s. Regionis illius occupatæ *in* 3. *partes* Geographica *distributio*. Puchrè noster Luth. c. 19. v. 3. **Du solt die Grentze deines Landes in drei Kreise scheiden**/ qvomodo & Chald. תתלית יתּ תחום ארעך i. e. *triplicabis terminum terræ tuæ* scilicet, uti Asyla illa publica s. *receptus oppida* medio darentur itinere, à *terminis* s. *finibus terræ* usqve ad *meditullium*, & ita ab omni parte aditus daretur occisori, qvem qvidem admittebat, vel defendebat qvoqve asylum, perseqvente sanguinis vindice. Qvin nec aliâ fine, ad illa qvoqve asyla, via publica sternenda servandaq; erat, sic ut inillâ fuga nil ex lubrico vel qvocũq. alio ignotæ in primis in bivio, viæ obstaculo, remoraretur occisorem fugientem.

(:o:)

DECAS VI.

LOCUS I.

De Homicidiis.

c. XIX. 4. 5. 11. 12.

§. 1.

Actum proximè de Asylis est, &, qvæ ad illa duceret, viâ Regiâ. Hoc sc. est qvod dicitur v. 2. תכין לך דרך i. e. *Parabis* (adaptabis) *tibi viam certam*, qvod juxta literam Chaldæus reddidit: תתקין לך אורחא s. *Dispones tibi viam rectam*, rectà ad Asylum ducturam, qvomodo Abenesra expressit per מוכנת ומיושבת i. e. *Probè adornatam & solidatam:* addit ex traditione majorum Raschi, *in bivio, illi viâ, qua deduceret ad asylum, inscriptum bis fuisse vocabulum:* מקלט מקלט s. *receptus receptus*, ut sc. occisor, in bivio, viæ veræ ambiguus, ex inscriptâ tali statuâ cognosceret, qvæ ad asylum seu עיר מקלט i. e. *civitatem receptus*, via duceret conf. Num. 35. 11. 12. 13. 14. & sic ab anteriori, fugientem nil remoraretur, qvo sufflaminatus à Vindice persequente pœnam sanguinis pateretur. Sed ab Asylis, ad Leges procedimus de homicidiis, qvibus ex vindictâ privatâ prohibendis instituta fuerunt asyla.

§. 2. Lata jam olim, ipso anno Exodico, mox post promulgatum Decalogum, vel, qvia jâ olim Noachidis mox à diluvio promulgata Gen. 9. 6. repetita potius, & cum exegesi limitante dictata, inq; libro federis (conf. Exod. 24. 7.) descripta à Mose Lex illa generalis: *percutiens quemquam, ita ut hic moriatur, omnino morte plectitor!* c. 21. 12. Ne tamen promiscuè illud ad qvemcunq; casum percussionis vel cædis applicaretur, & ita sub hujus legis & justæ ultionis vel vindictæ publicæ schemate, *innocens sanguis* à Magistratu vel Vindice effunderetur, expressa limitatione, restricta erat lex illa ad casus homicidiorum proæreticorum, & adeò ad מכת צרירת s. *percussionem ex proposito, studio*, vel interficiendi *certo*

conatu & deliberato *consilio*, imò non sine qvâdam *inquisitione*, eo modo, qvo *Venator insectatur* clanculum *feram* (tale qvid enim notatur verbo צרה, qvodq; non minus ac inde derivatum nomen in his LL. obtinet sc. רְצִיָּה Num. 35. 20. 22.) vel מכת בזדון ובערמה s. *percussionem* ex fastu & *dolo*, ita ut qvis *superbè sibi arroget proximum occidere*, etsi in ipsâ cæde perpetranda utebatur *calliditate vel astu*, in qvibus sc. casibus, ubi ex parte agentis constabat de proæresi s. interficiendi certo plenarioq; consilio, usq; adeo obligabat Lex *de occidendo occisorem*, ut nullum talem tutaretur loci privilegium, & ne ipsum qvidem altare præstaret illuc profugo asylum, juxta illud: *Ab altari meo rapies eum ad mortem!* conf. de his proæreticis Exod. 21. 14. & 1. Reg. 2. 5. 6. 29. 32. Opponitur in loco Exodi v. 13. casus de *non proæreticis*, ubi nullum antecessit sive *interfectionis* consilium, sive *inquisitionis ad eadem* studium, nec sive talis intentio, vel conatus, sive dolus, ita ut Deus potiùs talem nec opinanti, nec scienti percussori, *objecerit*, vel *obvenire fecerit*, & (ut hic præter intentionem percuteret sic objectum) *causam vel occasionem* percussori *præbuerit* (qvæ significatio est verbi אָנָה) Scilicet, absolvuntur multi in judicio humano, vel saltim non condemnantur, qvi omnino capitalis pœnæ rei, dum Judex, non obstante alicubi scientiâ propriâ, convincere reum solidè non potest, nec adeò hic secundum acta & probata, de corpore delicti convinci, & per sententiam capitali supplicio affici, Deo ipso plus ultra à Judice mortali non exigente, & occultos illos casus extraordinario suo judicio, vel per tale qvid haut meditantes executores, reservante: sed & altis arcanisq; viis multifariàm hîc agente, neqve tamen sive ipsâs *inimicitias*, *lites*, *vixas*, inter percussorem & percussum, sive ipsam *exacerbescentiam*, ex qvâ percussor abreptus in homicidium, velut manifesta opera carnis, ullo causarum genere producente, vel decreto suo sic ordinante.

§. 3. Qvod ergo in talibus sine certâ scientiâ, proæresi & dolo casibus, in lege Exodicâ futurum designavit Deus, sc. se *constituturum Mosi & per hunc Israelitis locũ, qvò talis occisor confugiat* conf. Exod. 21. 13, adimpletum memoratur, in lib. Numerorum c. 35. à v. 11. adusqve finẽ cap. ac præsenti parallelo, Deuteronomii: ibi qvidem

dem ut à Deo Mosi, hîc autem, ut à Mose Israeli in illâ legis διατυπώσει inculcatum. Præscribuntur certo numero *civitates receptus*, qvæ sc. in *receptum* sint occisori, qvi aliqvem sine *certâ scientiâ*, sine *dolo & latâ culpâ*, per *errorem* occiderat, contra imminentissimum à *vindice* occisi periculum. Et poterant qvidem alii qvoqve non sine proæresi occisores eò confugere: sed sic, ut non fruerentur asyli jure, simul constabat de dolo, vel latâ culpâ: unde nec ipsum asylum statim absolvebat *occisorem*: sed saltim contra *vindicem* tamdiu defendebat, donec causa in judicio ipso, percussore tunc præsente, cognosceretur & inter percussorem & percussi Vindicē jus diceretur, utrum esset Vindici ad cædem tradendus, utrū defendendus? conf. Num. 35. 12. 19. 24. Devt. 19. 11. 12 Qvin ipsū qvoqve percussorem in tali judicio absolutum, obligabat *conditio legalis de permanendo in civitate receptus*, usqve ad mortem summi sacerdotis, ad qvam adeo post absolutionem judicialem erat remittendus, nec suæ possessioni vel patriæ reddendus, nisi demum *post mortē sacerdotis maximi, oleo sacro inuncti* v. 25. 28. 32. cum clausulâ Vindicis absolvendi à reatu sanguinis, si dein occisorem etiā talē extra terminum civitatis receptus repertum occiderit conf. Num. 35. 26. 27.

§. 4. Poterat adeo in casu dubio omnis qvidē occisor eò *cōfugere & recipi*: ceterùm non omnis, qvi eò confugiebat deinceps in vitâ servabatur s. *vivebat*: per *duos* enim vel *tres testes* (conf. Num 35. 30 Devt. 17. 6.) deinceps de proæretico judicialiter à Vindice convictus, sic ut constaret *sontem esse, & dignum morte*, sine *ullo redemtionis pretio, vindici ad cædem tradebatur*, Devt. 19. 12. cum pro *terrâ ipsâ sanguine occisi contaminatâ ipsoq; sic effuso sanguine, nulla daretur expiatio, nisi per sanguinem illius, qui effuderat* conf. Num. 35. 30. 31. 33. imo ne qvidem λύτρον accipere licebat, pro anticipandâ absoluto *reversione in patriam, ante mortem summi sacerdotis* conf. ibid. v. 32.

§. 5. Casus autem, in qvibus *Occisori* sine discrimine sive *indigena* esset, sive *alienigena*, sive *peregrinus* sive *inquilinus* conf. v. 15. & *confugere* eò licebat, & non obstante judicio, *vivere*, partim in actu signato sc. *si qvis aliqvem occiderit* בִּשְׁגָגָה *per errorem* v. 11.

& 15. בלא צדיה *sine industriâ*, vel *insectatione*, qvia, בלא איבה ושנאה i. e. sine ullâ *inimicitiâ vel odio antecedente*, imo בבלי דעת i. e. *sine scientiâ & voluntate*, idq; בפתע i. e. *incõsideratè*, *præcipitanter* conf. Num. 35. v. 22. 23. partim in actu exercito, ubi talis non proæretici homicidii describuntur casus e. c. si *ligna cæsurus*, é manubrio securis excusso ferro, *proximum occiderit* Deut. 19. 5. vel si aliqvis præter intentionem & studium omne *occidendi*, sive *lapidem*, sive *quodcunq; instrumentum* in alterum dejecerit, sic ut hic ex illo jactu *mortuus fuerit* conf. Num. 35. 22. 23. qvalis non saltem ad civitatum illarum unam fugere poterat, ut viveret: sed & vivere, qvippe qvi Vindici sanguinis, utut instanti, ad cædem tradendus non erat, prout alter, qvi ex antecedente odio, & insidiis insurgens in alterum percusserit hunc lethaliter, ita ut moreretur, sive id faceret solâ *manu*, sive *manuali lapide*, sive qvocunq; *instrumento* alio conf. Num. 35. 16. 17. 18. 21. qvalis ex ipso asylo *educendus*, & cognitâ causâ, non Asylo reddendus: sed *Vindici sanguinis* ad cædem *tradendus*, atqve sic *reatus sanguinis innoxii ex Israele erat tollendus*, conf. Num. 35. 12. Deut. 19. 11. 12. 13. qvin liberum Vindici talé etiam indictâ causâ, occidere, dummodo deinceps causam coram judicio posset per testes *legitimare* conf. Num. 35. 12. 21. 30. conf. Deut. 19. 6.

§. 6. Notetur in casu homicidii excepti à pœnâ ordinariâ duplex reqvisitum h. l. c. 19. 4. à Mose descriptum & à Jhos. c. 20. 5. sc. 1. defectus certæ *scientiæ*, & adeo ignorantia vel inadvertentia, qvod noster Lutherus expressit **ohne Vorsatz**/ qvalis Occisor Num. 35. 11. appellatur מכה נפש בשגגה, qvod ibidem noster Lutherus expressit: **Der einen Todschlag unversehens thut.** 2. Defectus *omnis odii vel inimicitiæ antecedentis* ita sc. ut occisor ipsum percussum heri & nudius tertius & sic ante ipsam cædem neqvaqvam oderit conf. ibid. Deut. 19. 4. 3. & 3. multò magis defectus *insidiarum & doli*, sic ut occisor non insidiatus fuerit, nec ex insidiis aggressus illũ occiderit. Taliũ enim manifestus *occisor* ad alterã pertinet classem, de qvâ conferatur Deut. 19. 11. Sed & notetur illud בפתע sc. *derepente*, supposito sc. defectu inimicitiæ antecedentis & concomitantis,

mitantis, & industriæ Num. 35. 22. Ut tamen in illis, qvæ nec latè proæretica, nec merè casualia erant: sed in qvibus magna qvædã percussoris temeritas & culpa intervenerat, judicio cœtus vel seniorum, qvin vel summo causa committenda fuerit.

§. 7. Prout autem, si omnia illa e. c. שנאה s. antecedens odium, ערמה s. insidiæ vel dolus, צריה s. affectatum occidendi propositum, דעת s. ipsa *persona* & facti singularis notitia, adsint, concluditur inde ad plenè proæreticum & capitali supplicio puniendum, de jure divino, homicidium: ita in oppositis casualibus non reqviritur saltem ut qvædam ex illis absint: sed ut omnia, & adeò ut non solũ absit שנאת תמורי שלשום s. *odium antecedens* & vel inveteratum: sed & דעת s. talis distincta notitia, & propositum occidendi: cum & in illis, qvæ prout Aristoteles loqvitur, fiunt ἀφ' παθῶν s. ex ingenti perturbatione, e. c. ex prædominante affectu iracundiæ, vel in excessu moderaminis inculpatæ tutelæ, etsi ערמה vel איבה s. *dolus* & studium *insidiandi* vel *aggrediendi* longè antecedens factum, non adfuit: tamen nec דעת s. distincta talis notitia, imo nec שנאה s. odium, etsi passio hîc potiùs qvam patibilis qvalitas, nec צריה s. industria aliqvo saltem tempore abfuit: nec adeò talia homicidia referre licet, ad classem illorum homicidiorum, qvæ fieri dicuntur בבלי דעת s. *sine distinctâ notitiâ*, & בשגגה s. *per nudũ errorẽ* vel ignorantiam antecedentem, sive puræ negationis sive pravæ dispositionis, qvod ex descriptione hujus classis homicidiorum, Mosaicâ, cùm in actu signato, e. c. Num. 35. 22. 23. Deut. c. 4. 42. c. 19. 4. Jhos. c. 20. 3. 5. 9. tum in actu exercito & hoc non solùm ratione casualium exceptorum conf. Deut. 19. 5. sed & proæreticorum, in qvibus nullum dabatur *judicium absolutorium* conf. Num. 35. 16. 17. 18. 19. 20. 21. constare potest. Apparet in ipsis proæreticis dandos gradus, nec nisi juxta hos judicatum in portis. De cetero, qvomodo *Occisor*, nec nisi dictâ summariè causâ coram senioribus civitatum, receptus, intra asylum admittendus fuerit, nec ubi admissus, *Vindicî* persequenti & deditionem poscenti, *tradendus*, nisi causâ denuo & minutiùs coram Senioribus cœtus excussâ, & supposito judicio

damnatorio, extra qvod *Occisor* asylo remittendus, & in illo ad *mortem usque summi sacerdotis*, detinendus, post hanc autem *civimati & domui suæ*, sine ullâ actione Vindicis reddendus erat, conf. Num. 35. 24. & seqq. Jhos. 20. 2. 3. 4. 5. 6. Usus autem harum LL. de gradibus ac pœnis homicidiorũ amplissimus datur (1) *Politicus* s. judiciarius, idemq; cùm *discretivus*, ut homicidia merè casualia, vel culpâ leviore factâ, à voluntariis, & maximè in illâ latitudine Mosaicâ proæreticis, accuratè distinguantur, tum *pœnalis executivus*. ut homicidia voluntaria, dolosa, & proæretica à Magistratibus severè puniantur, velut in qvibus casibus nullum jus asyli, qvin educendus potiùs occisor, & in manum vindicis sanguinis ad mortem tradendus, sine ullâ commiseratione, erat: unde illud: *Ne parcito oculus tuus ei: sed tolles reatum sanguinis innoxii ex Israele ut benè sit tibi!* Deut. 19. 12. 13. Sed & *præservativus*, qvatenus sublatis homicidis tranqvilla servatur societas mortalium, nec boni corrumpuntur impunitis sceleratorum exemplis, qvin punito homicidâ à totâ gente tollitur nemesis divina (2) *Ecclesiasticus*, qvatenus talis pœna publica multis homicidis occasio est agendæ pœnitentiæ, & cum Latrone intrandi Paradisum. (3) *mysticus*, qvatenus Asyla illa & urbes refugii figurarunt unicum illud asylum & liberato rẽ Christum Jesum, ad qvem tutissimũ adversùs omnes Diaboli, peccati & mortis insultus datur refugium.

LOCUS II.

LL. de testibus & testimoniis.

Deut. XIX. à v. 15. adusq; finem cap.

§. 1. Cum amplissimus ceteroqvi Locus *testimonii* sit, nec solùm Ecclesiæ Catholicæ testimonium reverenter habendum, velut, qvod illustre potest esse credendi inductivum, prout fuit tale Augustino, cujus tritum illud (juxta Joh. de Turrecremată & Marsilium de Paduâ, non *causaliter*: sed *declarativè* saltim intelligendum) *Ego Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholicæ autoritas moveret*: sed & tota singularissimæ revelationis Theologia testimonio innitatur Prophetico & Apostolico de JESU, cui omnes Prophetæ *testimonium* perhibent, *remissionem peccatorum accipere per nomen ejus, omnes qui credunt in eum*: nec *Propheta* saltim: sed & *Apostoli*,

Apostoli, qvorum nomine Petrus: *Christus*, inqvit, *resuscitatus jussit nos prædicare populo & TESTIFICARI, quod ipse à Deo ordinatus sit Judex viventium & mortuorum* Act. 10. 42. 43. qvomodo in definitione Apostoli propriè & strictè sic dicti, reqviritur, ut sit μάρτυς ἀναστάσεως s. *testis resurrectionis JESU*, & *testis* qui *oculatus* Act. 1. 22. hoc loco Moses non agit nisi de *testibus* in foro, in judiciis, & causis sive Ecclesiasticis, s. civilibus, & præcipuè, criminalibus capitalibus, ac præmisit qvidem *Legem de unico teste non admittendo*, ac proximam illi, de certo *testium* numero: *Ex sermone duorum, aut trium testium stata res esto*! conf. c. 19. 15. qvalis, etsi in casu speciali & processu criminali notata jam supra c. 17. 6. & in N. T. passim repetita, atq; sic eminentiùs qvoqve ad *testimonium divinum* & processum ecclesiasticum applicata conf. Joh. 3. 11. c. 8. 16. 17. Matth. 18. 16.

§. 2. Scilicet cum nemo ex præsumtionibus sit damnandus: sed vel ex propriâ confessione, vel ex sufficiente probatione, sufficiens, qvæq; plenam fidem faciat, probatio, de jure divino, consonante hîc jure qvoqve civili, est testimonium duorum vel trium omni exceptione majorum testium. Qvod licet ad sola delicta, ubi de vitâ & pœnâ corporali agitur, & adeo ad condemnationem vel punitionem in causis capitalibus, velut ad qvam fortissimæ & velluce meridianâ clariores reqviruntur probationes, restringendum videatur per legem c. 17. 6. *Ex sermone duorum testium aut trium testium, morte afficitor is qui moritur*! *Ne afficitor mortis ex sermone testis unius*! Num. 35. 30. Obstat tamen lex præsens generalior, qvæ nō solùm in capitalib⁹: sed & qvibuscunq; aliis delictis unicū testem excludit: plures, ad minimum, duos reqvirit. *Ne surgito testis unicus in quenquam pro ULLA iniquitate, aut pro ULLO PECCATO, ex OMNIBUS PECCATIS, quibus quis peccat: ex sermone duorum aut trium testium stata res esto*!

§. 3. Sanè in negotio religionis ad inqvisitionem ex officio s. qvæstionem habendam unum testem denunciantē aliqvando satis fuisse notatum jam supra est ad c. 13. 6. Ceterùm, ne ibi qvidem ad unum unici illius testis testimonium, si alia fortiora argumenta & vel ipsa confessio denunciati per magna qvædā indicia convicti, abesset,

abesset, stata res esse poterat, nedum ut iretur in condemnationis sententiâ: nec ulla adeo in his LL. datur contradictio: qvin pulcherrimè potiùs consonant illæ in Devteronomio *de numero testium* Leges. In casu *Idololatriæ* vel processu contrà Idololatram cap. 17. v. 4. mentio fit qvidem denuntiationis tanti criminis, qvæ vel per unum denunciantem ex visu audituve proprio fieri poterat, nec minùs auditus ex rumore: ceterùm nec post talem sive unius denuntiationem, sive rumorem, procedendum sine morâ erat ad damnationem: sed saltim ad accuratissimam inqvisitionem & post hanc demum ad pœnam capitalem: nec mediante uno solo: sed duobus vel tribus testibus, per qvos, si in portâ denunciata illa abominatio, verè, commissa deprehensa fuerit, tunc demum, & adeò non extra confessionem, ad factam ab uno denunciationem, ex *sermone unius illius denuntiantis*: sed *duorum illorum aut trium testium*, morte afficiendus, & *lapidibus* qvidem *obruendus erat* talis Idololatra, sic ut in hunc primò lapides jacerent illi testes, inde totus populus conf. c. 17. 4. 5. 6. 7. Nec minùs in loco præsenti c. 19. 16. 17. Si sc. ex denuntiatione daretur testis unicus, testaturus in alterum apostasiam, hic, non simpliciter excludebatur: sed admittebatur, qvin sic procedebatur ad confrontationem, & accuratiorem inqvisitionem, depositionis etiam unius illius testis, vel, si darentur, plurium accuratissimam consideratione, ubi si denunciatus plenè convinceretur, vel ipse convictus confiteretur tunc demum procedebatur, ad punitionem denuntiati capitalè, prout contra, si in illâ inqvisitione deprehenderetur dolus malus *unius* illius *testis* vel denunciantis, non magis huic parcendum erat, qvàm ex hypothesi priore, denunciato, qvin contra *illum testem injurium* agendum ex lege talionis: *Facietis ei, quemadmodum molitus erat facere fratri suo. Vita pro vitâ* conf c. 19. 16. 17. 18. 19.

§. 4. Agnoscere in hoc argumento licet luculentam alicubi consonantiam LL. Juris Civilis Romani, cum illis LL. divinis, ipsoq; sic Corpore Juris Mosaico velut, omnium LL. aliarum fonte ac oceano. Prout enim in hoc argumento de Testibus, velut regula obtinet universalis illa sententia divina: *Ex sermone duorum aut trium testium omnis res stata esto! Unius testis, pro quacunq; iniqui-*

iniquitate, aut quocunq; peccato, ex omnibus peccatis, quibus quis peccat, ne surgito! Ex sermone duorum aut trium testium, reus morte afficitor! Ex sermone testis unius nemo morte afficitor! In ipsum testem, utrum suspectus, falsus, injurius, falsum contra fratrem sive testatus sive testaturus, Judex diligenter inquirito, &, siquidem talis convictus fuerit, ex talionis lege cum illo agito, s. quemadmodum ipse fratri suo facere molitus fuit, omnino eidem facito, conf. Deut. 17. 6. 7. c. 19. 15. 16. 18. & nihilominus, etiam in ipso atrociſſimo crimine, per apoſtaſiam vel idololatriam, læſæ majeſtatis divinæ, ad cujus criminis etiam clancularii denunciationem, ſi ſc. teſtari poſſet ex viſu vel auditu proprio, unusqvisq; ſub pœnâ mortis tenebatur, admittebatur aliqvando teſtis unic⁹, admittebatur domeſticus, admittebatur, qvod deinceps proceſſus inqviſitionis oſtendebat, odio partis inductus, vel ipſi reo inimicus conf. Deut. 13. 6. 8. 9. c. 17. 4. c. 19. 16. 18. 19. atqve adeo, ad ipſum usqve *inquiſitionis* accuratioris ex officio proceſſum, admittebantur etiam ceteroqvi inhabiles, vel certè non omni exceptione majores, undè ipſi Judici proceſſuro, *accuratiſſimum* ubiq; mandatur *inquiſitionis*, & circa ipsâ cauſæ veritatem vel qvalitatem, & circa ipſos teſtes diſcuſſionis officium, utrum ſc. ex ſtudio vel odio partium aliqvid denunciaverint, vel teſtati, ſive civilis ſive criminalis delicti, fuerint, conf. Deut. 13. 11. 14. c. 17. 4. c. 19. 18. Ut ſic neqvaqvam ſimpliciter & abſolutè rejiciantur ſive unicus, ſive plures qvoqve, utut, oſtendente inprimis, accuratiore cauſæ cognitione, vel eventu, inhabiles, ſanè non omni exceptione majores (conf. jam ſupra notata ad LL. alleg.) Ita de jure communi & civili Romano, regulariter ad ſufficientem probationem reqviritur teſtimonium trium vel duorum ſaltim omni exceptione majorum teſtium, 2. **glaubhaffter/ unbeleumdeten/ unverwerfflicher Zeugen/** & non ſaltim unicus teſtis non admittitur: ſed & viles, domeſtici, infames, inimici, capitales inprimis, excluduntur: & certo tamen reſpectu non ſaltim unus ſolus admittitur: ſed & qvando veritas aliter haberi non poteſt, in caſibus inprimis ſ. materiis occultis & difficilimæ probationis, qvin in criminalibus qvoqve & cauſis capitalibus, in qvibus ceteroqvi probationes ſole meridia-

no clariores reqviruntur, ac vel in ipso crimine læsæ majestatis, testes inhabiles & minùs idonei admittuntur, ut adeo ex LL. superioribus universalibus de numero 2. vel 3. omni exceptione majorum testium exclusivè & absolutè argumentari, ad absolutam sc. & omnimodam exclusionem sive unius solius, sive plurium, ceteroqvi inhabilium, Paralogismus sit à dicto secundùm qvid, ad dictum simpliciter, qvem legitimare s. remonstrare ex jam suprà notatis facilè licebit.

§. 5. Ita licet jure communi & civili *regulariter non credatur uni testi, quacunq; dignitate præfulgeat* l. *jusjurand.* C. de test. in c. *licet ex quâdam*, Extr. de test. Joh. Crottus à monte ferrato Consil. l. 2. & in probatione cujuslibet negotii reqvirantur duo testes omni exceptione majores vid. Paul. de Castro cons. 37. l. 2. p. 37. & in contradictorio testes plures præferantur uni soli, contrariũ deponenti Alex. Tart. l. 3. cons. 140. num. 1. exceptio tamen ibi plus vice simplici datur in jure civili, qvod in qvibusdam casibus statuit, ut *credatur dicto unius*, capit. *cum à nobis*, extra. de testibus D. Fel. in c. *humilis*, Extra. de *majorit. & obed.* qvomodo, qvando testis deponit super facto proprio, ei plena *fides* adhibetur Paul. de castro in l. *quicunq;* C. de *serv. fugitiv.* idem cons. 333. juxta qvem testis qvoqve attestatus super eo, qvod sibi dictum fuit, facit plenam fidem, ac si duo testes deposuissent vid. de castro cons. 370. & de teste unico, qvalẽ faciat probationẽ C. *de rebus creditis in l. 6. bonæ fidei* n. 16. 18. 19. qvin per unum testem, licet vilem & infamem, probari posse *crimen læsæ majestatis* defendit Joh. Crottus cons. 164. adducto textu in l. *in quæstionibus* ff. ad L. Jul. majestatis, ubi JC. dicit, qvod *conjuratio Catilinæ fuerit detecta per Fulviam mulierem.* Scilicet, per unum testem omni exceptione majorem, non qvidem *plenè*: sed *semiplenè* probatur, qvæ tamen vera est probatio, non mera præsumtio, adeò ut in civilibus inprimis, sive ex mero *judicis officio*, sive ad instantiam *adversæ partis*, locus sit *juramento suppletorio* cons. Mynsi. Cent. 5. obs. 68. imò *unus testis etiã ad torturam sufficiat* Godel. tract. de Mag. l. 3. c. 10. p. 111. ut tamen rectè agnitum Paulo de Castro l. alleg. *unius testimonium non facilè admittendũ*, qvicqvid sit de

persoñâ

personá rei, pro cujus innocentiæ probatione & defensione sufficit etiam *unicus testis*, salvâ tamen limitatione, qvæ videatur in Rosbach processu criminali tit. 1. c. 4. n. 36. 37. Pet de Anch. cons. 285.

§. 6. Ita qvando veritas aliter haberi non potest admittuntur qvoq; *inhabiles*, Jul. Clar. l. 5. q. 24. Mynsi. cent 3. obs. 16 Dominic. Tusc. pr. concl. Jur. tom. 8. p. 128. & licet gravis & *capitalis* inimicitia *repellat testem à testificando*, adeo ut secundùm omnes *ut inimicitia repellat, requiratur, ut probetur capitalis*, id q; in actione civili & criminali, vid. Prosper Farinacius Theor. & prax. crim. l. 2. all. Nelli. de test. Jun. Gomez & alios Marsil. d. sing. 178. Clar. §. fin. q. 24. n. 5. Card. Tusch. p. 222. adeo ut in exceptione contra testes probanda sit *inimicitia capitalis*, qvæ sc. in totum excludat Socin. l. 2. c. 228. n. 8. tamen testes inimici & alii per se inhabiles ex *variis adminiculis* aliunde collectis adjuvantur, *ut eorum depositio fiat verisimilis*, qvorsum referenda qvoqve *singularitas testium*, dummodo sit *non obstativa*: sed *adminiculativa* Angel. cons. 397. n. 12. Cravetus cons. 175. n. 23. c. 658. n. 13. in f. plenè Soc. cons. 328. in causâ n. 8. l. 2. Gramm. decis. 34. n. 50. Bal. in l. desertorem §. *sed si ex improviso* ff. de re milit. Bajard. & & Clar. in q. 24. n. 24. Paul. de castro cons. 333. 380. Gödelm. l. 3. c. 8. qvin inimicus jam dudum reconciliatº ad testimonium admissus, esse potest testis omni exceptione major Prosp. Farin. q. 53. Soc. cons. 228. n. 8. Joh. de Amic. cons. 119. n. 11. Ut tamen nec unicus, nec plures inhabiles sufficiant *ad condemnationem*, in causâ capitali, ubi non solùm *capitalis*: sed levis inimicitia repellit Joh. de Anan. cons. 17. n. 8. & arbitrio ac prudentiæ circumspecti Iudicis, cujus est accuratè considerare, qvo loco habendi sint testes & horum depositiones, sint multa reliqvenda Joh. de Imol. cons. 138. in q. n. 7. Gram. d. 34. n. 28. & seq. Atqve in his ceteris q; Juris Civilis definitionibus facilè est consonantiam cum LL. superioribus ostendere.

§. 7. Meretur hâc occasione qvoqve cum his LL. Juris divini conferri, dispositio veteris Juris Canonici Ecclesiastici, de qvâ vid. Can. Const. 6. Chalced. 21. Cod. univers. Eccl. 169. 199. *Quoniam* (verba sunt Canonis) *multi Ecclesiasticum ordinem confundere, & evertere volentes, odiosè & calumniosè adversus Episcopos orthodoxos*

doxos, qui Ecclesiae administrant, accusationes quasdam confingunt, non aliud conantes, quàm ut sacerdotum bonam existimationem contaminent & tumultus populorum in pace degentium excitent, placuit S. Synodo, absque aliquâ disquisitione accusatores non admitti, & nec omnibus accusationes permittere, nec omnes excludere. Distinguunt igitur illi Synodici Canonistæ, inter μέμψιν ἰδιωτικὴν, vel χρηματικὴν s. querelam privatam (si sc. exempli causâ, aliqvis sit πλεονεκτηθεὶς, ἢ ἀλλό τι παρὰ τὸ δίκαιον πρὸς αὐτὸ πεπονθώς, i. e. à Clerico defraudatus aut injuriâ affectus) & inter μέμψιν ἐκκλησιαστικὴν s. accusationem, Ecclesiasticam, ratione officii, e. c. Elenchi Ecclesiastici, denegatæ admissionis ad sacramenta &c. Et in illâ qvidem actione volunt, non aestimandam esse personam accusantis vel denunciantis, & nec famam nec religionem esse inquirendam. In hâc autem aestimandam aiunt, s. denunciantis & testantis personam, sic ut in hâc non admittantur haretici excommunicati (ἢ ἐκκλησίας πάλαι ἀποκηρυχθέντες καὶ ἀναθεματισθέντες) non schismatici, ob aliqvas causas jã antea condemnati, sive Clerici sive Laici, quin omnes alii accusati, tamdiu, usq; dũ de proprio crimine satis fecerint, vel objectorũ sibi criminũ insontes se ostenderint, excludendi: prout ceteri nõ tales admittuntur, illâ tamẽ lege, ut per libellũ in majore Synodo Episcoporum provinciæ se pari periculo objiciant, si quidem per actorum seriem calumniosè contra Episcopum egisse inveniantur. Qvia sc. prout pulchrè loqvitur Isidorus Pelusiota in ep. ad Eusеb. sacerdos totus oculus esse debet, & habere, instar illorũ πολυομμάτων ζώων conf. Ezech. c. 1. & μηδαμῶς παρηλαύζειν τὴν πολύφωτον ἱερωσύνην s. crimine infamare Clarissimum sacerdotium, sic ut pari protestationis παῤῥησίᾳ uti possit, qvâ Moses Num. 16. 15. & Samuel. 1. Sam. 12. 5. voluerunt in primi generis actionibus non morosè disqviri personam actoris vel denunciantis, sic ut qvi talis generis injuriâ se affectum diceret ab Episcopo, admittatur & jus suum consequatur, qvò in casu innocentiæ bona Episcopi causa tantò magis illustretur, salvo de cetero processu ab Apostolo præscripto, de non admittendâ adversùs presbyterum accusatione, nisi sub 2. vel 3. testibus 1. Tim. 5. 19.

LOCUS

LOCUS III.

Processus militaris in obsidionibus urbium c. XX. 10. 15. 16. 19.

§. 1. In LL. de obsidionibus & expugnationibus urbiũ, distingvitur inter urbes illarum *7. gentium*, & *urbes aliarum remotiorum*. In his, offerendæ primum conditiones pacis, qvas vel acceptabant, vel repudiabant incolæ. Si 1. reddebantur ab Israelitis tributarii, & damnabantur ad servitia, Si *2.* expugnatâ urbe, *masculum* omne humanum adultum *gladio percutiendum: mulieribus autem parvulis erat parcendum*, qvæ unà cum *jumentis* cedebant Victoribus *in spolium*. In urbibus autem 7. gentium, promiscuè & sine sexus & ætatis discrimine interficiendum erat, qvicqvid *vitali halitu præditum conf.* c. 20. 16. an autem absolutè? an hypotheticè si sponta neâ deditione reverenter non antevorterent? Aff. poster. unde v. 11. etiam hîc applicandus fuerit. At præter Gibeonitas talem deditionem nullæ urbes illarum gentium præstituræ erant nec adeò pacem facilè impetraturæ, qvia nec postulaturæ conf. Iun. in not. ad h. l.

§. 2. *Difficilis* (verba sunt Ludovici de Dieu ad v. 19.) *hic locus est, qvique mirè torsit Interpretes.* Maluit ergò Ludovicus suam qvoqve hic conjecturam adferre, de qvâ tamen prudenter monuit: *se neminî probatam illam velle*, qvia nec meretur approbari, & ceteris versionibus & obscurior longè est, & â fontibus alienior. Ita autem ipsius habet versio: *Non succides arborem: qvia, ô homo! arborem agri venire oportet â conspectu tuo in obsidionem*, ut causa reddatur, *qvare arbores extra urbẽ succidendæ non sint, qvia instar hostium resistere & oppugnare istos nequeunt: sed cum extra urbem in agris sint, statim ab ipso conspectu ipsorum veniunt, imò necesse est ut veniant in obsidionem*. Obstat (1.) qvod hac ratione non magis *succidendæ fuerint arbores* non esculentæ, qvàm esculentæ, cum tamen illas *ædificandis* inde turribus s. propugnaculis ad oppugnandam civitatem, succidere, lex permittat vid. v. 20. Obstat (2.) *venire ante Israelitas in obsidionem s. propugnaculum*, lege interdicitur, qvoad arbores esculentas, & illa adeò *necessitas veniendi in obsidionem, & propterea succidendi* de illis negatur v. 19. prout de ceteris conceditur v. 20. Obstat (3.) in fontibus est: *qvia non debent illæ venire*

ante te ad propugnaculum, proinde *nec succides*: at juxta Ludov. *Non succides, quia necesse est ut veniant ante te ad propugnaculum* s. *in obsidionem*. Obstat (4.) ה in האדם supponitur esse ה״א הקריאות s. ה *exclamationis*, qvod non solùm non legitimatur ex textu: sed & ex accentuatione & positu oppugnatur: reqvireretur accentus territorialis in האדם sicut seqventia inter se, prout tunc sensu, ita & accentu cohærerent. Obstat (5) illud: *venire à conspectu in obsidionem*, non rectè intellectum à Ludovico. Neqve enim hostis arbores ante porta s obsidet: sed ipsas portas vel urbes, qvin usqve adeò de obsidione urbis solicitus est, ut si obsidioni illi, vel telis obsidentium in urbem mittendis arbores obstent, etiam ipsæ esculentæ succidantur. Nec adeò V.C. arbores tales non sunt succidendæ: qvia *ab ipso conspectu tuo*, & sine vi oppositâ *veniunt tibi in obsidionem*.

§. 3. Nec probanda hîc Junii & Tremellii translatio: *Nam agrestes arbores cuivis sunt expositæ ut procedant ante te ad propugnaculum*. Obstat confusio *arborum*, & cum de talibus demum agatur v. 20. & illud רק ostendat tàm de esculentis agi v. 19. qvàm de nõ esculentis v. 20. vel saltim de planè aliis, unde illud רק Jun. & Tr. in v. 20. reddiderunt: *Verumtamen*, Scil. arbores notoriè non esculentas perdes. Alia e: ratio illarum in v. 19. Falsa qvoqve hypothesis: nullas *arbores agri* fuisse *esculentas*: eum ne nunc qvidem solæ hortenses: sed & multæ in agris reperiantur esculentæ.

§. 4. Vulgatus expresserat: *Qvoniam lignum est & non homo nec potest bellantium contra te augere numerum*. Notavit Grotius, illud כי sumtum pro הלא: ceterùm hæc Grotiana ἐπίκρισις Vulgato legitimando non sufficit. Supponatur enim הלא pro כי & vel sensus erit: *annon homo est arbor agri*! i. e. utiqve *homo est*, qvod contradictoriũ Vulgato, vel opus erit adhuc additamento adverbii negandi, ut sensus sit: *Annon arbor agri est* (& adeò lignum) *NON HOMO*.

§. 5. Nihil illo hîc opus supplemento, cum interrogationi signandæ, eo modo qvo Græci reddiderunt: μὴ ἄνθρωπος τὸ ξύλον i. e. *nunqvid lignum s. arbor agri est homo?* pulcherrimè sufficiat simplex *illud* כי insensu interrogandi, æqvipollens particulæ ה &, prout כי לא æqvipollet illi Grotiano הלא annon? i. e. *Omninò*,

minùs, modò pro Vulgato hîc retinendo una ſupponatur ſimplex oratio interrogativa, qvæ reſolvitur in enunciationem negantem *Num arbor* agri *eſt homo*? Neqvaqvam, E. non in arborem, velut hoſtem ſæviendum. Non autem hic reſolvendum: (1.) *Annon arbor agri eſt lignum? Utiqve. 2. An arbor agri eſt homo?* i. e. Neqvaqvã. Licebat tamẽ ſic qvoqve Vulgatum intelligere, ut כי האדם faciat interrogationem in reſolutione negantẽ: **Iſts etwa ein Menſch?** i. e. **es iſt ja der Baum kein Menſch:** ſed prout ſtatim legitur: **ein Holtz auff dem Felde.** Subjectum eſt עץ השדה ſ. *arbor agri*: prædicatum האדם. Igitur animadverſorib⁹ Ludovicis, Junio Tremellio hîc ſuo jure præferimus Vulgatũ interpretem: etſi ſi illud poſterius non adeò probatur: Senſus juxta Vulgatũ: *Non ſuccides arbores*, qvia non *habent vim hominis, ut tibi obſidenti reſiſtere, bellantiumq; adeò contra te numeros augere poſſint.* At omninò, licet vim hominis non haberent, ipſis tamen hominibus bellatoribus uſui eſſe poterant, & tam in caſtris obſeſſorum contra obſidentes, qvàm in caſtris horum contra illos, ad arietes, propugnacula, plus vice ſimplici inſervire. Et vox מצור ſic ſumenda in v. 19. prout v. 20. ſc. *de propugnaculis obſidentium.* Qvo reſpectu venire poſſe *arbores* non *eſculentas* v. 20. conceditur, eo venire debere *eſculentas* v. 19. negatur. At illæ non pro *obſeſſis* contra *obſidentes:* ſed pro his contra illos. E.

§. 6. Omnium optumè hactenus noſter Lutherus, ſi voces illæ: **Iſts doch Holtz auff dem Felde/ uñ nicht Menſch/** habeantur velut *parentheticæ*, & qvæ ſequuntur, nectantur cum antecedentibus parentheſin, ut ſit talis cohærentia. Præceſſerat lex generalis: *In obſidionibus urbium prolixioribus non promiſcuè immiſſa ſecuri ſæviendum, vibrandamq; illã in agri ſuburbani arbores*, ad has ſine diſcrimine ſub מצור ſ. *Obſidionis*, vel qvocunqve prætextu neceſſitatis bellicæ e. c. turrium, vallorum, miſſilium, propugnaculorũ inde parandorum, ſuccidendas. Hactenus aduſqve ſakephkaton 1. in v. 19. Seqvitur nunc lex ſpecialis diſtingvens arbores, in illas, qvæ ſunt qvoad fructus eſculentæ, v. 19. & qvæ non v. 20. Seqvitur ergò v. 19. poſt *ſecurim* ſ. vocẽ גרזן poſitus vocũ, ſic in ſenſu copulandus

pulandus & habendus: Kanſt du davon eſſen/ ſo ſolt du mit nichten dieſelbige Bäume außrotten/ daß dieſelbe (derſelben Holtz) für dir ein Bollwerck ſein müge (bey der Belagerung zum Bollwerck angewandt und gebraucht werdē) Interponitur hîc ratio generalior, per emphaticam interrogationem, qvæ reſolvitur in vehementiſſimam negationem: Iſt etwa der Baum auff dem Felde ein Menſch? (daß du ob gleich du davon eſſen tarffſt/ dennoch denſelben als einen Feind außrotten wolteſt) i. e. es iſt ja daß Holtz auff dem Felde/ nicht ein Menſch/ cum qvo planè idem ſenſus noſtræ verſionis eſt: Iſts doch Holtz auff dem Felde/ und nicht Menſch. Sc. in *arbores ſuburbanas* hoſtilis agri non temerè ſæviendum *ſecuri*. Ratio 1. generalior: qvia odium in hoſtem, non derivandū in arborem, qvæ non eſt *ipſe homo* vel hoſtis 2. ſpecialior, qvia poſſunt inter illas dari *eſculentæ*, qvales certè nō ſunt temerè (vel ſub prætextu coagmentandorum inde propugnaculorū) ſuccidendæ. Seqvitur nunc exceptio arborum in agro ſuburbano *non eſculentarum*, v. 20. per ἀντίθεσιν tum in ſubjecto, qvod ſunt *Arbores qvæ notoriè non ſunt eſculentæ:* tum in prædicato, qvod tales, in uſum propugnaculorum contra civitatem *ab obſidentibus* liberè ſint ſuccidendæ v. 20. ut prout illæ ordinariè in obſidionis uſus, ac qvædam velut antemuralia obſidentium venire & propterea ſuccidi prohibentur: ita hæ talibus uſibus, & eo fine ſuccidendæ, liberè permittantur: atqve ſic pulchrè omnia correſpondent. Porrò כי interogationibus aliq. inſervire, nec Vulgato, nec Luthero, nec Græcis Interp. ignoratum, imò nec Chaldæo conf. Gen. 4. 23. Prov. 30. 4. Sic אם & כי in interrogationibus æqvipollent & הכי datur, prout האם Gen. 27. 36. 2. Sam. 23. 19. Job. 6. 13. conf. Gen. 29. 15.

§. 6. Qvicqvid id eſt, omninò (1.) illud כי האדם עץ השדה habendum pro parenthetico. (2.) illud לבא מפניך במצור referendum in cohærentiâ ſenſus ad noviſſima membri primi ſc. לא תכרות. 3. poſitus ille לבא מפני במצור ex v. 19. conferendus cum illo m. 2. v. 20. ובנית מצור על העיר, ut, prout arbores ibi

hoc

hac fine ſuccidi prohibentur: ita hîc aliæ permittantur. 4. Utiq; ſubjectum non eſt האדם: ſed עץ השדה. Nec obſtat אדם articulatum: cum, licet extraordinariè, non infreqventer tamen prædicatum articuletur, inprimis ſi ſit emphaticum, prout h. l. 5. Errarunt, qvi putarunt ſignum interrogationis hâc ratione dandum in ה, qvam literam ibi eſſe *articulum*, non interrogantem particulam, docet conſtans punctatio diſcreta, ſc. ה ante א *Kametzatum*: ante hoc ſc. ה articulus, ſemper *Kametzatur*: ה interrogationis ſiguum, ſemper ſegolatur ſ. per Segol punctatur. Reqvireretur ergò poſitus הָאָדָם 6. Præferenda tamen omnibus in v. 19. illa: *Qvum obſidebis, civitatem, ne perdito qvamcunqve arborẽ ejus vibrando in eam, ſecurim. Si ex illâ arbore comedere potes, neqvaqvam illam exſcindes, ſi,* inqvam, *arbor agri ſit hominis* (*neqvaqvam illam exſcindes*) *ut veniat ante te in propugnaculum:* Ut ſit האדם idem qvod אשר ממנו יאכל האדם i. e. *quâ homo poteſt veſci*, vel עץ מאכל האדם i. e. *arbor fructus eſculenti*, prout explicatur in contextu v. 19. 20. & illud de *Uſu propugnaculi* ita referatur ad actum *excidendi* negativè in v. 19 ac ad eundem permiſſivè in v. 20.

LOCUS IV.

Rituale expiationis ſolemnis in caſu homicidii extra urbem patrati, & homicidæ incogniti c. XXI. à v. 1. ad v. 10.

§. 1. In caſu *homicidii* qvidem notorii: *ſed homicidæ incomperti*, poſt *dimenſionem* loci cadaveris, jubentur Presbyteri vel ſeniores (non ætatis: ſed dignitatis reſpectu ſic appellati) *urbis propioris, vitulam, in vallem* איתן deductam ibidem mactare, iidemq; unâ cum ſacerdotibus, *manus ſuper decollatam in illâ valle vitulam lavare*, & prævia tũ lotione, tum publicâ de ſuâ innocentia proteſtatione, v. 7. ſc. qvod nec *ſuæ manus ſanguinem hunc effuderint, nec ipſi effundentem viderint*, pro *expiatione reatus illius ſanguinis*, ſolenni formulâ Deo ſupplicare v. 8. 9.

§. 2. Vitula illa deſcribitur v. 3. אשר לא עבד בה ואשר לא משכה בעול i. e. *quâ nondum factum eſt opus, & quæ nondum ivit* (nec adeò traxit) *in jugo*: ut משך notet *protractionem pedis, productionem greſſus*, & adeò *progreſſionem*: qvomodo משך ſæpè

pè Græci expresserunt per ἀπέχομαι Exod. 12. 21. c. 19. 13. Jud. 4. 6. Job. 21. 33. item per πρέυομαι Jud. 20. 37. qvod magis convenit h. l. ubi illud משכה בעול contradistinguitur *vitula ad opus rusticum adhibita:* post qvam adeò frustra erat addere: *qua non traxerit jugum, vel in jugo.* Vulgatus, distinctas species expressit operis rustici: *qua non traxit jugum, nec terram scidit vomere*, s. prout Seneca loqvitur, *quam non flexerat vomer, aut tardi juga curva plaustri.* Sed in fontibus generaliter sermo est: **Eine junge Kue/ damit man noch nicht gearbeitet (gepflüget &c.) hat/ und welche noch nicht im Joch gegangen ist.**

§. 3. Vallis illa איתן Hebr. מקום קשה juxta Vulgatum *aspera atque saxosa*, Luthero appellata est: **Ein kiesichter Grund.** Dubium autem, an sic ab eventu, *dicta*, qvia deinceps *futura erat sementis & arationis expers?* an à tempore præterito, qvod jam ante hanc ceremoniam talis fuerit? Aff. prius Grotius, pro qvo *facit tempus futurum in* יעבר & יזרע v. 4. & qvod inde tantò major cautio Israelitarum, qvia sc. *per cadaver tale interfecti, terra benedicta redderetur sterilis & maledicta.* Ita & multi Rabbinorum. Rectè nihilominùs Luther, *vallē talē* intellexerit, qvalis ad torrentes, ubi lapillorum copia, & ad lavandas manus non defuit aqva, conf. v. 6.

LOCUS V.

De ceremoniis præmittendis matrimonio Mancipii feminini. c. XXI. v. 12.

§. 1. In Lege de *conjugio cum extera*, cujus Israelita factus est jure belli Dominus v. 10. 11. antequam Maritale erga illam munus agere permittitur, introducere illam in *Domum*, ipsiq; *introducta* luctuosam cultus deformitatem per *integrum mensem* imponere, & *expleto* sic demum *mense* ducere illam jubetur v. 10. 11. 12. 13. qvâ cultus deformitate, si *postquam compresserat*, inductus, ducere deinceps, vel jam ductam tenere nollet, in pœnam expletæ libidinis, nec *vendere* poterat, nec ad serviles illam operas adigere: sed tenebatur illam liberam dimittere v. 4.

§. 2. Inter signa illa cultus deformioris ponitur 1. *coma radenda*, qvalis rasura contra decus feminarum conf. 1. Cor. 11. 5. 14. 15. (2) *Factum unguium* v. 12. (3) *Vestis captivitatis* s. qvâ induta fuit libera, & in qvâ capta, *exuitio* & illius loco vestis servilis & luctuosæ (in signum captivitatis) *sumtio* s. induitio. 4. Per integrum mensem

periodicum vel Synodicum (*Lunam dierum*) deflendorum parentũ causâ, *domi manſio.* v. 13. Ut ſic, dum in domo futuri Mariti, ſqvalida lacrymis, & deformi cultu, per integrum menſem ſederet, ablatis omnibus amœnitatibus, & delitiis, per qvas poſſet allici ad conjugium talis mancipii, vel alienigenæ, avocaret potiûs à talibus conjugiis lex, qvàm alliceret.

§. 3. Qværitur autem, qvid ſit in v. 12. עשתה את צפרניה i. e. *faciet ungues ſuos?* Vulg. reddidit: circumcidet ungves, qvomodo & Verſ. Germ. habet: **Sie ſoll ihre Nägel beſchneiden.** Contra, Jun. & Trem. *alet ungues ſuos*, ſenſu planè contradictorio. Qværitur ergò, an *faciendi* vocabulum hîc in ſenſu *præcidendi?* an *alendi*, ſ. *longos faciendi, creſcere permittendi?* Pro 1. allegatur, apud Rabbinos, *Elieſer*, qvi explicuit per תסיר אותם i. e. removebit ſ. præcidet ungues, allegato loco velut parallelo 2. Sam. 19. 25. ubi *facere pedes, facere barbam*, eſt *curare:* nec minùs Abeneſra, juxta qvem notaretur תקון לכרות העורף i. e. *unguium adornatio, qua ſit præcidendo ſuperfluum.* Pro 2. facit .Chaldæus reddens: תרבי ית טפרהא i. e. *creſcere ſinet ungues ſuos:* nec minùs Raſchi: תגדל כדי שתתנול i. e. *faciet* eos *magnos*, ſic ut *fœditate illâ odioſa fiat ſponſo*, non obſtante *faciendi* vocabulo, qvod nunc notat *facere magnum:* nunc *facere rectum*, qvo poſteriori ſenſu idem, qvod *apparare, adornare*, prout 2. Sam. 19. 25. Qvin pro 2. totus contextus facit, qvi feminæ tali, omnem, qvâ allicere poterat, munditiem (cujus pars eſt ungues præcidere) aufert, & imponit luctum, in qvo, qvæ munditiei ſunt, non ſolùm negligebantur: ſed &, qvæ deformem adſpectum facere poterant, deliberatò ſumebantur, vel curabantur, e. c. raſura capitis, induitio ſordidæ veſtis. Pulchrè enim Lutherus, *veſtem captivitatis* in v. 13. expreſſit per, **die Kleider darinn ſie gefangen iſt/** qvâ ſc. induta fuit libera, & in qvâ, jure belli rapta, in captivitatem fuit abducta, qvæ elegans & delicata veſtis deponenda & vilis aſſumenda erat.

LOCUS VI.

De jure Patrio in declaratione Primogeniti, c. XXI. à v. 15. ad 18.

§. 1. Lex eſt de *jure Patrio in declaratione primogeniti*, & aſ-

signatione *dupli hæreditatis* ſ. פי שנים, in caſu *digamiæ ſecundæ* ſ. ſi qvis ſimul duas uxores, & ex utraq; Filios habeat, ne unius delinimentis captus pater, cauſas, in primò, etſi ex *uxore minùs dilectâ*, vel *exosâ marito redditâ*, genito, aut fingat falſas, aut captet leves, & huic anteponat, primogenitum ex alterâ magis dilecta, etſi nativitate illo poſteriorem, neqve primogenitum reſp. & Patris & Matris: ſed tantùm Matris: unde v. 15. 16. 17. in tali caſu unus tantùm agnoſcitur בכור ſ. *primogenitus* ſc. בן השנואה ſ. *Filius exoſæ*, allegatâ ratione naturali à generationis primitate: qvia etſi poſterior qvoq;, ratione Matris, eſt primogenitus, tamē nō eſt ראשית אונו של אביו i. e. *principium potentiæ Patris*. Fundamentū adeò in ordine nativitatis eſt, & *naturale*, ſc. *maſculinum*, non *femininum* in lineâ primâ, *primogenitum*, ut tamen in ſecundâ neptē ex Filio primogenito defuncto ſucceſſiſſe in jure dupli ſ. פי שנים tradant Hebræi. conf. Seldenus de ſucceſſ. ad leg. Ebræorum c. 6. & c. 9.

LOCUS VII.

Explicatio plenior legis de primogenito. Deut. XXI. à v. 15. ad v. 18.

§. 1. Notentur autem hîc 1. voces ſolennes in hoc actu, ſc. vox בכר in v. 16. Luth. reddidit einen zum erſtgebohrnen Sohn machen/ ſc. per publicam declarationem, *illum inſtituere* primogenitum, talemq; ceteris Fratribus præſentibus, expreſſo nomine deſignare. 2. Vox הנחיל v. 16. i. e. *hæredes inſtituere*, unde jam conſtat actum hunc contigiſſe die ſolenni, qvo Pater jamjam moriturus, per teſtamentum Filios hæredes, bonorum ſuorum poſſeſſores inſtituere volebat, am Tage da der Vater ſeinen Kindern das Erbe wil außtheilen/ oder vermachen. 3. הכיר in v. 17. i. e *publicè agnoſcere* einen für den Erſtgebohrnen erkennen. Aliud ſc. בכר, aliud הכיר: illud valet de illo, qvi cum non eſſet *primogenitus*, declaratur tamen ut *primogenitus* (qvod cum aliqvando, ob culpam latam in naturali *primogenito*, fieri poſſet, ut ſc. hoc excluſo, alius declararetur, & *hæres dupli*, inſtitueretur conf. Gen. 49. 3. 4. 1. Chron. 6. 1. 2. fieri tamen haut poterat, ob cauſam vel fictā in Matre, vel levem in utroq; & Filio & Matre, nedum propter minorēm dilectionis unius gradum in marito vel

Patre

Patre, velut in casu præsenti) Hoc s. הַבְּכִיר de illo, qvi cū nascendi jure sit primogenitus, talis agnoscitur, unde in casu præsenti Pater resp. Filii exosæ, velut primogeniti nati dicitur מכיר, respectu alterius Filii ex magis sc. dilectâ dicitur מבכר. 4. משפט פי שנים s. *jus dupli* (juxta literam, *oris duorum*, i. e. portio duorum s. duarum personarum, duorum filiorum) appellatur peculiariter משפט הבכורה s. *jus primogenituræ*, & ipsum פי שנים *συνεπαχικῶς*, *primogenitura*, in oppositione *principatus* annexi primogenituræ 1. Chron. 6. 1. 2. 3. conf. hîc v. 17. Intelligendum autem duplum hæreditatis (1) in bonis tantùm paternis. 2. Tempore mortis possessis. 3. Non aliorum fideicommissis: sed qvæ erant in potestate morientis. Notetur 5. syllogismus, & in hoc fundamentum naturale: Qvi est ראשית און s. *principium potentiæ patris* ille *agnoscendus* est in jure פי שנים primogenitus, nec propter causâ sive levem, sive fictam, illi præferendus alius. Hic vel ille &c. E.

LOCUS IIX.

Cadaver suspensi tollendum de ligno circa solem occasurum.

c. XXI. 23.

§. 1. Supponitur חטא משפט מות i. e. *crimen, sanguinis vel mortis pœnam irrogans*, & *suspendium* (sive hoc, pœna peculiaris fuerit, sive, aliqvando lapidationis, velut pœnæ, consequens, vel strangulationis etiam, sicut qvi stantes fuissent strangulati vivi, qvò forent ostentui populo, deinceps suspenderentur mortui) Utroq; adeò legitimato, prohibetur solùm *pernoctatio cadaveris in ligno*: & illâ ipsâ die, qva cadaver suspensum est, imperatur præstanda humatio. Additur ratio gemina (1) *suspensus* est *execratio Dei* s. *id quod Deus execratur*. Luth. expressit: **ein Gehengter ist verflucht bey GOtt.** Ubi tamen emollitur rus sententiam Grotius, notat, prout *beneficium* à Deo collatum, appellatur *εὐλογία*, ita pœnam à Deo impositam appellari קללה s. *maledictionem*, ut sensus sit: qvia *suspensus*, jam anteqvam suspenderetur, *pœnam à Deo sibi impositam tulit* (sive *strangulationis*, sive *lapidationis*) atqve adeò jam fuit קללת אלהים s. *maledictio Domini*, proinde, *ut populo appareat, satisfactum lege, ad breve tempus ostentui*

cadaver exponi sufficit, nec *protractâ pœnâ opus* fuerit. Contrà, תלוי & קללת אלהים *suspensus* & *execratio Dei* hîc non veniunt in sensu diviso (prout vult Grotius) sed composito (prout exemplum exemplorum hîc à Paulo allegatur Christus Galat. 3. 13.)

LOCUS IX.

Collatio loci Mosaici & Apostolici de ratione Legis.

§. 1. In fontibus Mosaicis est, non nisi: *suspensus est maledictio Dei*, ut sine universali signo illud תלוי s. suspensus, sit subjectum, & קללת אלהים s. maledictio Dei, vel maledictus Deo, prædicatũ. Quod enim Symmachus, & hunc imitatus Pagninus interpretandum putarunt, *propter maledictionem s. blasphemiam in Deum suspensus est*, alienum planè à consilio fontium, & citatione vel accommodatione Apostoli ad Christum crucifixum. Sed & erroneum illud, in qvæstione facti: nec enim propter solam blasphemiam irrogatum erat suspendii suppliciũ: sed & propter alia delicta, imò blasphemiæ pœna propriè erat lapidatio conf. Lev. 24. 15. 16. Num. 25. 4. 1. Sam. 21. 6. Et Apostolum qvidem allegantem, illud תלוי per κρεμάμενον ἐπὶ ξύλου i.e. *pendentem in ligno*, facilè absolvit præcedens v. 22. ubi est תלוי על עץ s. *suspensus* de *ligno*: sed & illi תלוי s. *suspenso*, præponentem signũ universale, sic ut ex classe *suspensorum*, s. cruciariorum, hîc nemo excipiatur. Postqvã enim Christus ipse cruciarius, factus est κατάρα, qvis hîc ullũ excipi præsumat suspensum? Notum, indefinitam pro ratione materiæ aliqvando æqvipollere universali, qvã proinde non tam addit, qvàm ex natura axiomatis & necessitate resolutionis materialis, eruit & exprimit Apostolus, æqvè huic ac illi ex Deut. 27. v. ult. axiomati præponendo signum universale, in allegatione Galat. 3. v. 10. 13. Ibi explicitè ponendo: πᾶς ὁ κρεμάμενος: hîc illud: ἐν πᾶσι. Fruſtra calumniantur Pontificii: fontes Hebræos hîc vitiatos, & illud אלהים additum, universale autem כל omissum. Apostolus de sensu & applicatione magis solicitus, vocem *Dei* omisit, universale autem signum expressit.

§. 2. Nihil hîc opus λύτρωσις s. *emollitione*. Si sc. factus est Christus pro nobis *peccatũ*, factꝰ qvoq; est pro nobis κατάρα, & si κατάρα, sanè qvoqve

qvoqve קללת אלהים s. *execratio DEO.* Non valet illatio: Nomen DEI non est in allegatione hujus trifolii Mosaici Paulinâ. E. non γνησίως Mosaicum, nec in veteribus Hebræorum literis repertum: sed *ad inurendam Christianis infamiam, quippe, qui in Christum à Deo maledictum crederent, ab impostoribus, post passionem Christi appositum.* Nullo modo sanè illud admittendum, utut clamosi hîc sint de fontibus per additionem & omissionem vitiatis, Pontificii, qvos tamen, dum fontes hîc vitiatos accusant, & Græcos & Vulgatã suã authenticã hîc accusare, necesse est, qvæ hîc & nomen Dei exprimendo, & illud universale signum subjecto nõ præmittendo, fontes seqvitur. Non magis, inqvã, credibile, illud אלהים, qvod non expressit Paulus, in fonte Mosaico esse additum, qvàm illud כל, qvod expressit Paulus, tacente Mose, in hoc esse expunctum. Arbitratur rectiùs Gulielmus Estius in h.l. *Dei nomẽ in Mose genuinũ, at in N.T. studio prætermissum ab Apostolo, ne atrociori sermone, quo Christus à Deo maledictus diceretur, imbecilles Galatarum animi offenderentur.* Sanè, postqvam constat (1) Christum fuisse verè תלוי s. patibulatum vel crucifixum (2) in illo statu fuisse κατάραν pro nobis. (3) ex hâc ipsâ lege, eodem, qvo crucifixus est die, de cruce deponendum, & sepeliendum, idqve opere ipso sic habuisse, syllogismus pro sepulturâ Crucifixi hinc talis est: Qvi *suspenditur in patibulo, est maledictio Dei*, & illius corpus, non diu, *in hominum conspectu, pendens in cruce, est relinquendum:* sed *eâdem die ex oculis removendum.* Jesus Nazarenus &c. E. Si excipiatur, nihil exinde ad *Christum, quippe peccati omnis expertem.* Resp. Accommodatio legis ad Christum est, non propter culpam propriam: sed alienam, verè tamen & realissimè illi in judicio divino imputatam, & in illo punitam, sic ut illud חטא משפט מות qvod supponitur in justè suspenso, conf. v. 22. salvâ diversitate modi formalis ineſſendi, tam verè & realiter fuerit in Jesu Nazareno crucifixo, qvàm duobus illis crucifixis cum Jesu, ut non satisfecerit Estius, juxta qvem *Christus* crucifixus, *hâc sententiâ non comprehendatur: sed tantùm exinde probetur: Christũ factũ esse maledictũ similitudine quadam*, ut sit argumentũ κατ' ἀναλογίαν: Si, *qui pro suis scelo-*

sceleribus suspenduntur in ligno, maledicti & execrabiles Deo. E. Christus, qui venit in similitudinẽ carnis peccati, suspensus in cruce sustinuit quoq; similitudinem maledicti, ut sic Christus revera non fuerit קללת אלהים, vel *verè maledictum:* sed tantùm *assimilativè*, qvatenus *similitudinem gesſit hominis à Deo maledicti, & pro tali apud homines reputatus*, prout ob solam pœnam, qvâ peccatoribus similis, & pro peccatore reputatus, dicatur pro nobis factus peccatũ. Hæc ex qvo fonte corrupto & ex qvâ hypotheſi Jesuitica, primariam passionum Mediatoris partem abnegante, ipsiq; Jesu patienti animam qvietam tribuente, profluant, & cui hæresi propiùs accedant, in propatulo est.

LOCUS X.

LUTHERUS optimus exegeta Mosis & Apostoli.

§. 1. Qvantò consonantiùs hîc Mosi & Apostolo noster Lutherus, comm. in Ep. ad Gal. *Lex illa generalis Mosis comprehendit ipsum Jesum, quamvis pro suâ personâ innocentem, quia invenit eum inter peccatores & Latrones*, ut adeo juxta Lutherũ, talis sit illatio: *O latro secundum legem est suspendendus & sic suspensus est maledictio Dei. Christus ipse (gerens non unius; sed omnium Latronum personam) fuit Latro, imò omnium maximus Latro. E. Christus ipse etiam secundùm legem Mosi suspendi debuit & pendens in ligno, maledictio Dei fuit.* Pergit: *si vis negare Christum peccatorem & maledictum negato etiam illum crucifixum. Non enim minùs absurdum est hoc, quàm illud*, Et collatis locis 2. Cor. 5. 21. Joh. 1. 29. Jes. 53. 4. 5. 6. *Christus*, inqvit, *patiens, qui personam omnium peccatorum totius mundi gerendam suscepit, ideòq; reus factus est peccatorum, ideo punitur, quia peccatum habet & gerit, unde & Spiritus S. in personâ Christi loquens testatus fuerit Christum habere peccatum, pro* qvo allegat loca Ps. 40. (39.) 13. Ps. 41. (40.) 5. Ps. 69. (68.) 5. *Ita*, inqvit, *per unum illum hominem totus mundus purgatus & expiatus est ab omnibus peccatis.* Idem Lutherus l. alleg. *Quanquam hæ sententiæ exponi possint μετωνυμικῶς, ut Christus dicatur factus maledictum, quia est hostia pro maledicto, peccatum i. e. hostia pro peccato, tamen magis placet, si servetur propria vocum significatio.* Conf. qvoqve Brentius in notis ad c. 19. Johannis.

DECADIS VII.

LOCUS I.

Lex charitatis & illa de discretis vestibus, pro ratione sexus. c. XXII. 1, 2. 3. 4. 5.

§. 1.

SUccedunt leges, *de charitate in proximum*, qvorsum pertinent illæ *de reducendo bovem vel quamcunq; pecudem errantem suo Domino, nec subterfugiendo hic* humanitatis officio, sic ut *videns illos devios occultet se ab illis* c. 22. 1. nec id saltem, si in *propinqua* Dominus bovis sit: sed & si *longiùs absit*, sic ut sine sumtu vel onere reduci non possit v. 2. Qvin in casu, *quo non constet de vero Domino*, res talis inventa, sive animata sit, sive inanimata, e. c. *vestis, vel quæcunq; res amissa*, tamdiu intra domum invenientis recipienda, & fideliter custodienda, donec de DOMINO constet, cui qværenti sine murmure restituenda, ut adeo non nisi in rebus ἀδεσπότοις s. de qvarum Domino planè non constat, nec constare potest, vel qvæ nullum unqvam Dominum certum habuerunt, locus sit titulo inventionis conf. v. 2. 3. Qvam legem, prout & proximam v. 4. de *asino vel bove fratris erigendo cum onere, cui in viâ succubuit*, etiam de *asino vel bove inimici & Osorii*, intelligendam, apertissimè ostendit collatio harum legum cum illis Exod. 23. 4. 5. ut frustra Sociniani, & cum his Arminiani, inter præcepta Evangelica à Servatore velut Legislatore Mosi addita referant illam de diligendo inimicum Matth. 5. 44 Luc. 10. 29. 36. 37. conf qvoqve Lev. 19. 17 18.

§. 2. Seqvitur v. 15. lex de discernendis, & non confundendis vestibus, sic ut femina virilibus, Vir muliebribus induatur: qvippe abominationi Domino est, qvisqvis ista facit. Apud Gentiles sc. Idololatras obtinebat illa ἐθνικῶς, & per hanc μιάσματος ἐναλλαγὴν, ut in honorem Martis, feminæ induerentur virilibus, & armis, in honorem autem Veneris, Viri muliebribus, & sic sacrificarent, qvod Venus tum *Mas, tum femina* crederetur, unde & Aristophanes eam Ἀφρόδιτον appellavit. Testis Philochorus, Macrobius,

bius, Servius & alii. Conf. qvoqve in h. l. Hugo Grotius. Atqve utinam non illa ἐσθὴς ἀλλαγὴ vestium ad dissimulandum potius qvam fugiendum libidinum regnum, inter ipsos, qvi à CHRISTO censeri diciq; volunt CHRISTIANI, exempla haberet, intestabiliora etiam, qvàm qvæ de suis Batavis Heinsius: *sunt*, inqvit, *femina, quæ penitus, ut nos, bracca tæ incedunt. Atque ita manè cum è lecto surgunt aliquot spatia conficiunt, quibus invitæ amiculum aut tunicam inducunt, irata quod se non quoque mares fecerit natura. Ideoq; sexum suum fugiunt ac lugent: Viros imitantur simul & exsorbent.* Vid. ille in Epist. ad Primer.

§. 3. Attonare illos lascivientes, suiq; sexus immemores debebat lex præsens ab ipso Deo publicata: *Nec esto instrumentum Virile super feminam, nec Vir induito vestem feminæ: nam utrumq; abominationi est DOMINO DEO tuo.* Damnatur adeo simpliciter talis vestium confusio, velut naturæ, honestati, & sanctitati populoq; Dei repugnans.

LOCUS II.

Lex de non sociandis vel miscendis imparibus, vel heterogeneis.

ex c. XXII. 9. 19. 11.

§. 1. Leges hîc (1) de non miscendis plurimùm distantibus e. c. ne in eodem fundo vineæ, segetes qvoqve misceantur s. כלאים i. e. prout Miclal Jophi explicat, שני מיני זרעים עם חרצן *duæ species seminum cum acinis* v. 9. (2) *De non arando bove simul & asino*, animali sc. uno mundo, altero immundo v. 10. (3) *De non induendâ veste mixtâ ex lanâ & lino* v. 11. conf. Lev. 19. 19. & ratio legis mystica 2. Cor. 6. 14.

§. 2. In exemplo primo, ratio additur specialis v. 9. *ſt. ne sanctificetur & illa ipsa matura seges, & proventus vineæ.* In fontibus est positus appositionis sc. המלאה הזרע i. e. *plenitudo illa, seges illa*, vel *semen illud quod severis* (in qvo respectus est ad illa כלאים in m. 1.) *& proventus vineæ* (in qvo respectus ad כרם in m. 1.) qvomodo המלאה הזרע potest esse qvidem qvod s. מלאת הזרע s. *fructus ille seminis maturus*, cui contradistinguitur *proventus Vineæ*; sed & alibi

bi מלאה supponit pro *messe aridorum*, prout דמע s. *lacryma* pro messe liquidorum Exod. 22. 29.

§. 3. Ludovicus de Dieu, post alios, animadversor, reddendum v. 9. ita censuit: Ne conserito vineam tuam duobus generibus; ne sanctum sit plenum illud, tum semen qvod severis, tum proventus vineæ. Per מלאה intellexit talem *messem & vindemiam*, & plenitudinem sic *tum aridorum, tum liquidorum* proventuum, *qua quanta erat, soli Deo sancta erat, nec cuiquam inde vesci licebat, ante oblatas primitias, & decimas, post quas demum delibatas sanctificabatur populo, cui hactenus erat quasi polluta.* Scilicet confusis speciebus, non poterant offerri Deo omnium frugum primitiæ: ante has oblatas nihil erat חל s. commune, qvo vesci licebat populo. E. si nunqvam illæ potuissent separari, nec residuum frugum potuisset à colono domum deportari: sed tota messis cessisset sacro, vel habita fuisset velut sacra, colonis interdicta. Ita & in literâ Junius, ut illud תקדש מלאה פן i. e. ne sanctum sit plenum s. universum illud, s. universus ille fructus maturus, qvi distribuatur mox in הזרע s. *semen illud* & תבואת כרם s. *proventum vineæ.* Illi autem suppositioni genericæ vocis מלאה obstat accentuatio sc. *Rvia* distinguens in תקדש & *Mahpach* nectens in הזרע & adeo מלאה hic non supponit generice resp. *aridorum & liquidorum*; sed specificè in contradistinctione *proventus vineæ.*

§. 4. Lutherus noster expressit rationem legis in v. 9. **Auff daß du nicht zur Fülle heiligest.** Reqvireretur sic in fontibus pro פן תקדש positus פן תקדיש vel תקדש & in voce מלאה Sakephkaton, in voce תקדש Paschta, cum contra, in fontibus, ibi sit accentus minister (Mahpach sc.) hîc accentus Regius Rvia. Versio Belgica in positu & accentuatione satisfecit, referendo vocabulum *plenitudinis* ad vocem proximam *seminis*, & illam *sic plenitudinem* contradistinguendo *proventui vineæ.* Nec minùs Vulgatus reddens: *ne & sementis quam seviſit, & quæ nascuntur ex vineâ, pariter sanctificentur*, nisi fortè illud מלאה expressit per *pariter*, qvod ceteroqvi neglexerit, s. in illâ *semente*, ad qvam omnino refertur in fontibus, subintellexerit. Rectiùs hoc qvàm

Græci, qvi expreſſerunt: ἵνα μὴ ἁμαρτάνωσι τὸ γένημα, qvod deinceps diſtribuatur, in τὸ σπέρμα (ὁ ἐὰν σπείρῃς) & in τὸ γένημα τῶν ἁμπελῶν.

§. 5. At minùs rectè verſio Belgica vocem תקדש expreſſit in ſenſu: **entheiligen**/vel **verontreinighen**. Licet enim in קדש, inſignioris ſegregationis à cōmuni viâ creaturæ ſignificatio ſit, qvâ ratione viâ eminentiæ, vel ſanctitatis eminentiſſimæ ab eadē radice Deus ipſe denominatur קדוש ſc, prout habet Abarbanel ad Iſaiæ. c. 6. 3. על התפרשות ורממות משנתאר לו מהות הכרואים i. e. *ob eminentiſſimam illam & incomparabilem ſublimitatem ſupra omnem creaturæ conditionem*, qvomodo & Iſraelitis paſſim acclamatur in lege, illud והייתם קדשים *eſtote ſancti*! i. e. prout idem addit: נבדלים ונפרשים מטומאות העמים וממעשיהם *ſegregati, & ſeparati ab omnibus inquinamentis & operibus abominabilibus infidelium populorum*, prout contrà ſub eadem radice, *ſegregationis enormioris* & prodigioſæ infra viam immunditiei naturalis ſ. originalis, qvæ datur in homine poſt lapſum ſignificatio oſtenditur in ejusdem radicis vocibus קָדֵשׁ & קְדֵשָׁה, qvibus non qvicunq; ſcortator vel meretrix: ſed tale ſignificatur ſcortum vel proſtibulum ſive maſculinum ſive femininum, *quod ſeſe tradidit laſciviæ ad certatim patrandum impuritatem omnem* & vel πρὸς τὴν φυσικὴν χρῆσιν ἀρρένων vel ἡλέκτους ſeſe abjicit in prodigioſam & præternaturalem libidinē, ſic ut *Scortū ſacrū* dicatur, prout morbus Comitialis, ptopter magnitudinē affectus, dicitur *ſacer*, & auri *ſacra* fames, Poetis, os *ſacrum*, Medicorum Scholis, qvales ἀφροδισιόπληκτοι à Paulo notati Rom. 1. 26. 27. 1. Cor. 6. 9. 1. Tim. 1. 10. ad Epheſ. c. 4. 19. qvomodo & Hebræi voce קדש non tam ſcortatorem, qvi Hebræis eſt זונה: qvàm illum intelligunt, qvi *paratus eſt ad omnes meretrices jucundas*, freqvens *in lupanaribus vel biviis ad ſcortandum cum tranſeuntibus feminis*, imò *quemcunq; ſcortatorem famoſum ſive rem habeat cum femina, ſive cum viro, cinadam etiam* הנשכב ſ. *illum qui ſe iniri patitur, catamitum puerum, quo quis ad prepoſteram venerem abutitur*, prout voce קדשה *non qualibet meretrix*, qvæ cetero-

qvi ap-

qvi appellatur זונה ſ. πόρνη, qvalis *Rahab Jerichuntina:* ſed *quæ parata omni tranſeunti, quæ ad palum ſedet,* vel זונה מפורסמת id eſt, *ſcortum publicum, notatur Hebræis* conf. infra c. 23. 17. Ne eſto קרשה *è filiabus! Ne eſto* קדש ſ. *meritorius* (verſ. Belg. **Schandionge**) *è filiis Iſrael.* ipſũ tamẽ verbum קדש *ſanctum eſſe,* aliqvando, idem, qvod *immundum pollutumve eſt,* ſignificare, negamus. Et fruſtra pro illo probando à Druſio allegatur locus Hag. 2. 13. Ibi enim היקדש oppoſitum illi proxumè ſeqventi v. 14. הטמא, tam notat *ſanctum* non *immundum* vel *pollutum,* qvàm hoc poſterius notat *pollutum,* non *ſanctum:* licet Chaldæus utrumq; eâdem *polluitionis,* voce, ſc. היסתאב expreſſerit. Sed nec probat id præſens locus in Deuteronomio: unde vel ipſa verſio Belgica in gloſſâ exprimit per: **gebeyligbt**/ut ſenſus ſit, ne ex tali ſemente pronata, maturiq; jam fructus, velut ſacri, cedant ſoli Deo, vel ſacerdoti, Colono planè interdicti.

§. 6. Aliud præterea קדש, aliud חל, vel מחלל, prout aliud חל aliud טמא. Iſraelitis terram ingreſſis, & plantantibus arbores eſculenti fructus, per triennium primum abſtinendum erat fructibus omnibus, velut qvi erant טמא, prout ipſæ arbores habebantur velut *præputiatæ:* qvarto anno fructus omnis erat קדש imò קדש הלולים ליהוה, noſter **Lutherus, Heilige und dem HErrn gepreiſete Früchte:** qvinto demum erant מחללים ſ. prævià illâ ſanctificatione liberè carpendi & comedendi à colono conf. Lev. 19. 23. 24. 25. ita, abſtractis primitiis, Thrumâ inprimis, & decimis, reſiduum frumenti, muſti, & olei appellabatur, non טמא ſ. pollutum: ſed חל ſ. profanum & commune, qvo ſc. liberè veſci licebat colono, in qvibuscunq; portis vel locis. Inde lex caſtrenſis ſ. proclamanda ante prælium per Tribunos in caſtris, qva abſolvebatur militiâ, qvi plantaverat vineam ולא חללו & nondum illam *communem* (ſc. prævià illâ ſanctificatione, & illorum qvæ ſacrario debentur, abſtractione vel ἀφορισμῷ) reddiderat, ne ipſo in prælio cadente alius יחללנו ſ. *communem* vel *profanam illam reddat,* ſc. abſtractis illis, qvæ ſacro debentur, ex lege, illam in communes ſibi ſuæq; familiæ uſus convertat, qvod & Belgica verſio

marginalis reddit **ontheiligen**: ceterùm alio sensu, prout noster Lutherus rectè: **Wer hat einen Weinberg gepflantzt/ und hat ihn noch nicht gemein gemacht.** Junius unam illam vocem reddit: *Uti vineâ sacris jam solutâ* Deut. 20. 6. S. Jer. 31.

LOCUS III.

Modus virginitatis legitimandæ in portâ.

Deut. XXII. à v. 13. ad 22.

§. 1. Seqvitur nova lex, præscribens, qvid juris in casu, ubi Sponsus vel novellus maritus actionem de dolo instituebat contra eam, qvam, cum pro virgine desponsam accepisset, virginem, non reperisset, qvod cum ex odio & nullâ Sponsæ jam domum ductæ, magnâ autem vel latâ culpâ mariti fieri aliqvando posset, ut sc. hic post expletam libidinem, hoc prætextu, exosam mox repudiaret, qvod virginem non reperisset, proinde lege hâc singulari providetur, cujus summa est: si qvis domum ductam ut Virginem, in congressu post primum thalami rudimentum, non repertam à se Virginem qvestus esset, & rumori vel per hunc ipsi actioni s. inqvisitioni in portâ occasionem dedisset, siqvidem dolosè & qværendi *divortii* causâ, tales qverelas in populum spargendo innocentem sponsam vel uxorem jamjam ductam diffamaverit, sine liberâ deinceps divortii, retineto, ac mulctæ nomine patri Sponsæ 100. siclos solvito conf. v. 17. 18. 19. Si verò justè actione apud Judices institutâ qvestus esset, sic ut non solùm de Virginitate ductæ non constaret: sed & constaret, ab alio compressam, anteqvam à Sponso domum ducta & cognita, tantum aberat, ut ducere vel ductam illam retinere teneretur, ut ipsa potius ducta, vel antea vitiata puella *lapidibus* fuerit obruenda, eò qvod *commiserit flagitium in Israele, scortando domi Patris sui, ut ita tolleretur malum è medio Israelis*, conf. v. 20. 21.

§. 2. Actio autem talis de dolo non solùm contra eam qvæ vitiata erat: sed & adversùs Parentes, qvi eam pro virgine nuptum collocarant, instituebatur, vel saltem velut his ipsis intentata habebatur, qvorũ adeo erat in casu innocentiæ & actionis vel qverelæ ex odio institutæ, legitimare *virginitatem Filiæ*, contra maritum

tum *diffamantem* sc. *se cum muliere hâc pro Virgine ductâ congressum, non invenisse in eâ virginitatem* v. 14. Medium explorandi & legitimandi *virginitatem* erat הַשִּׂמְלָה *vestis* sc. *f. pannus*, in qvo extabant *signa virginitatis* conf. v. 17. Modus procedendi talis: *Parentes* ad talem inofficiosam qverelam vel actionem ex odio & dolo malo, unà cum ipsâ *Filiâ* diffamatâ, allatoq; secum *panno*, qvin citato simul Filiæ marito, comparebant in *porta* s. judicio, ubi coram Judicii Assessoribus s. Senioribus pater perorabat causam pro Filia sc. se hanc ipsam *Filiam huic ipsi præsenti Viro in uxorem dedisse, qui perosus illam*, infames vel infamium potiùs, sparsorum de Filiâ verborum occasiones dederit, (rectè noster Luth. Er legt ihr was schändlichs auff/vel: Er legt ein schändlich Ding auff sie) dicendo sc. *se non invenisse in Filiâ virginitatem*, cum tamen ipse probare posset Filiæ *virginitatem*, idq; in instanti, *producendo signa virginitatis Filiæ*: qvo dicto mox *pannum illum* eruentum *coram senioribus civitatis expandebat*, & per illum *sic virginitatem Filiæ* judicialiter s. *in portâ* legitimabat v. 15. 16. 17. qvo facto absolvebatur puella vel recens ducta: Maritus autē propter diffamationem Virginis coram Senioribus civitatis *castigabatur*, *100. siclis argenteis Patri puellæ* vel juvenculæ *dandis multabatur*, eidemq; *potestas repudii* præcludebatur, ut sc. *non posset illam dimittere omnibus diebus suis* v. 18. 19. prout contra, si constaret de stuprata *ob patratum* in domo *Patris flagitium, erat lapidanda ante portam patris* v. 20. 21.

§. 3. Qværitur hîc 1. An locus huic actioni saltem post συνέλευσιν primam, an deinceps qvoqve? Aff. 2. sive enim talis consideretur ut instituta ex odio, non minùs *proferre famam illam* s. mentiri & calumniari maritus potuit, spargendo id qvod habetur v. 14. post iteratas συνδιάσεις, qvàm post primam: sive ex Zelo & vero manifesto, non minùs huic locus post συνελεύσεις plures, qvàm unam vel primam, & potuit uterq;, cum ille in casu mendacii & odii, tùm hic, in casu rei sic gestæ, exceptioni scientiæ & actionis tempestivè non institutæ, opponere, sive fictam, sive veram vel probabilem ignorantiam, ut tamen ad primam συνέλευσιν, & ipsa primordia major respectus literæ, tum in illo v. 13. וּבָא

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0155
DFG

אליה ושנאה i. e. *si postquam congressus fuerit cum eâ, odio habuerit eam*, prout& in v. 14. ואקרב אליה ולא מצאתי i. e. *simul accessi ad eam non juveni*, tum in perpetuâ mentione הַנַּעַר s. *puellæ recens neptæ*, nõ solùm v. 16. 17. 18. 19. sed &v. 21. (Ratione singulari haut caret perpetuus in hâc lege defectus literæ terminantis ה in voce הנער) nec minùs in imperatâ *eductione* puellæ ad portam patris v. 21. Facit qvoqve pro illo hujus Legis explicatio apud Philonem: *Si quis*, inqvit, *post epulum nuptiale cum puellâ, non maritali affectu: sed tanquam cum meretrice libidinis causâ congressus, deinde non habens quod ei propalam exprobet, calumnioſè vertat ſe ad occulta crimina, dicendo, in primis complexibus eam à ſe mulierem deprehenſam, non virginem, vocetur univerſus ſenatus ut indicet: adſint etiam accuſatæ parentes, communem cauſam acturi. In tali enim controverſiâ, quando de caſtitate corporis quæritur, non imminet periculum ſoli filiæ: ſed ejus quoque curatoribus, non modo, quia ad usque ſua tempora non cuſtodierunt natæ pudicitiam: verùm & quia vitiatam deſponderunt pro virgine, decipiendo, qui eam ſibi uxorem petiit.* Qvi autem allegare volebat, se in primis complexibus mulierem deprehendiſſe, non virginem, abſtinere debebat amplioribus complexibus, nec poſt talem experientiam trucidatæ jam antea virginitatis, rem habere cum meretrice, ac deinceps demum & poſt iteratos à ſcienre & volente concubitus, actionem de dolo contra ductam inſtituere.

§. 4. Qværitur 2. Qvæ ratio vocis בתולים in verſu in primis 15. & 17. Reſp. noſter Lutherus expreſſit juxta literam fontium, ibi: **Der Dirnen Jungfrawſchafft: hic, meiner Tochter Jungfrawſchafft.** Vulg. & Jun. *ſigna virginitatis*. Græci Interpp. diſtinctè vocem בתולים nunc c. c. in qverelâ mariti de non repertâ virginitate reddiderunt per παρθενίαν v. 14. 17. 20. nunc in ſuppoſitione pro ipſo virginitatis argumento s. panno illo vel linteo cruento v. 15. & 17. per παρθένια s. Virginalia. Chaldæus fontes ſeqvitur: ipſam autem שמלה s. *veſtem* v. 17. reddit per שושיפא. qvod Judæi Germani interpretantur, **daß Leins Lachen/** Græci juxta literam, περιζώματον: ita & noſter Lutherus: **ſie ſollen die Kleider vor den älteſten außbreiten/** etſi in fontibus

numerus

numerus singularis est. Porrò שמלה s. *vestis*, vel *pannus* ille, Græcis explicatur τὸ ἐκμαγεῖον τῶν γυναικείων ῥύπων sc. ἐν τῇ συνδυάσει τῇ πρώτῃ, sine qvo producto in sacro nuptiali, apud veteres Hebræos & alias qvoq; gentes nō reputabatur γνήσιος ὁ γάμος. De Hebræis testabitur lex præsens. De plerisq; gentibus Mahometicis, apud qvos idem mos virginitatis explorandæ, Africanis inprimis, hunc in matrimoniis celebrandis ritum observantibus conferatur Johannes Leo, & qvæ inde descripsit P. Cypræus libr. de sponsalibus c. 13. p. 505. qvi inde colligit, *etiam gentes Mahammedanas, & quæ ob* πολυγαμίαν *malè audiunt, in nuptiis contrahendis, castitatis rationem habere & ab iis abhorrere, quæ pudicitiæ jacturam fecerint. Imo etiam post sponsalia peracta, si constiterit, eas à Viris integras non fuisse, repudiare & rejicere, ut mirū videri debeat inter Christianos reperiri Theologos & ICtos, qui hac vitia elevare conentur, & in eo disputent, virginitatis & pudoris jacturam nævum esse, qui nuptiis impedimento non sit:* sed & inde deducit *morem antiqvum, & nunc Saxonum & aliorum Germaniæ populorum exemplo probatum, ut in illibatæ pudicitiæ & virginitatis præmium Sponsus Sponsæ munus quoddam pretiosum offerat, qvod à tempore matutino, quo offertur,* Morgengab *dicitur, cujus mentio frequens in usibus feudorum.*

§. 5. Et tamen בתולי הנערה non sunt ipse pannus: sed ipsa virginitas iuvenculæ, cruore illo primæ συνδυάσεως signata & legitimata, per qvem adeo sic ostensum dicuntur Parentes probare, & in *publicum* qvasi producere *virginitatem suæ Filiæ Sponsæ:* unde producto hoc ἐκμαγείῳ s. φυλακείῳ dicere poterat pater: *Ecce! hæc, sunt virginitatis filiæ meæ,* qvibus sc. probo in judicio virginitatem, filiæ meæ: ut adeo hoc exemplo non probetur: *signatum* (qvà signatum) *de signo* (qvà signo) *prædicari in casu recto.*

§. 6. Qværitur 3 An maritus diffamatus, saltim multandus fuerit 100. siclis dandis in duplum dotis, cum obligatione de nunqvam dimittendo? v. 19. an præter mulctam, alia qvoq; adhibita fuerit punitio, qvæ castigandi vocabulo exprimatur in v. 18. in vocibus וְיִסְּרוּ אֹתוֹ Jun. & Trem. *castigabunt eum* Luth. Die ál-

teſten der Stadt ſollen ihn züchtigen. Videtur omninò pronunciandum pro pœnâ diſtinctâ, per qvam ſatisfactum *judicio*, prout per 100. *ſiclos*, Patri, cujus *domum tanti flagitii crimine aſperſerat*, per obligationem *de nunquam dimittendo*, diffamatæ uxori, vel Sponſæ. Nec aliter facilè veteres Hebræi, qvorum mentem ipſamq; inde legẽ ſic explicat Philo: *ſi parentes vicerint, multetur calumniator, ex judicum arbitrio, tum pecuniâ, tum verberibus, tum, quod ei graviſſimum erit confirmetur matrimonium.* Addit Philo: *Si modò uxor cum tali habitare ſuſtineat. Huic enim lex permittit liberum, abire an manere velit. Mariti eadem poteſtas non permittitur, ob recentem calumniam.* Seqvitur Vulgatus reddens: *Verberabunt illum.* Ita & Chald. ילקון יהיה ut adeo intelligatur, יסור per מלקות conf. רשי. Notetur qvoqve illud: לא יוכל ſ. *non poteſt* uſurpatum de impoſſibilitate non facti: ſed juris, in qvem ſenſum exempla notata jam ſupra conf. c. 12. 17. c. 21. 26. 1. Cor. 10, 21.

LOCUS IV.

De excluſis à muneribus publicis in populo Dei.

c. XXII. 1. 2.

§. 1. Seqvuntur LL. pertinentes ad Rempublicam legitimè conſtituendam (1.) reſp. ordinis ſ. officii publici adusq; v. 19. (2) Reſp. officii privati à v. 19. ad finem c. 23. (3) Reſpectu humanitatis tum conjugalis c. 24. ad v. 7. tum communis erga fratres ſ. ſingulos adusq; v. 27. ſ. omnes ad ſ. c. 24.

§. 2. *Intrare* (vel ingredi) *congregationem Domini*, idem eſt, qvod ad jus munerum publicorum *in Republicâ* Iſraelis admitti. Excluditur his (1) פצוע דכא *vulneratus teſte*, juxta literam *vulneratus contritionis* ſ. ex attrito teſte ein Zerſtoſſener. 2. כרות שפכה ſpado, vel *abſciſſius nervo* (virili membro, inde, qvod canalis ſit *urinæ* & *ſeminis*, ſic dicto) L. ein Verſchnittener qvomodo & verſ. Belg. De uyt geſchneden iß aen de manlickheit/ qvos Servator vocat ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχισθέντας, Matth. 19, 12. Hippocrates, ἀναρθρωθέντας ſect. 3. p. 76. 3. ממזר qvam vocem retentã Vulgatus explicat addens: hoc eſt, *de ſcorto natus* Jun. & Tremella *Spurius*, in Verſ. Germ. ein Huren Kind V. B. een baſtaert

juxta

juxtà Grotium *natus ex congressu, cui pœna mors*, vel כרת. Excluduntur autē etiam descendentes ex spurio & nati natorū ad decimā generationem v. 2. 4. *Ammonitæ* & 5. *Moabitæ*. 6. Ægyptii & Idumæi adusqve generationem tertiam, ut adeò horum proselytorum nepotes possent ad munera in gente admitti v. 8. Apparet inde, non hìc agi de *exclusione à sacris*, cū ad hæc admitterentur ex omnibus gentibus, Proselyti fideles conf. Lev. 22. 18. nec de interdicto matrimonii, qvod vel Ruthæ probatur exemplo qvæ nupsit Israelitæ Boaso: sed de gerendo in populo Israele, munere publico, & jure suffragiorum in conventibus publicis.

LOCUS V.

De servanda puritate castrorum.

c. XXIII. 9. 12. 13. 14.

§. 1. Pro servandâ etiā physicâ munditie castrorum, jubetur Israelita castrensi modo contra hostē processurus solicitè id agere, ne qva pollutio vel qvid indecori inferatur castris, qvin hoc fine ἀποθήκην habere extra castra, ibidē sc. *spatiū* sibi segregare, qvorsū necessitatis causa egrederetur, & sic foris sessur*o*, *effossâ humo*, egesta immittere, humoq; superingestâ *excrementa tegere*, cui bono jubentur Israelitæ *paxillum amentatum, quem rutabulum Latini vocant* præter *arma secū ferre* s. יתד על אזנך Luth. Du solt ein Schüffelin tragen/ nebenst deiner Rüstung (oder Gewehr) qvod posterius omissum in versione Germ. Ratio legis. Qvia *castra* debent esse *sancta*: ratio: qvia *Dominus Deus Israelis indesinenter ambulat* in castris Israelis. E, hæc debent esse sancta & munda: tali qvippe immunditie e. c. *Gonorrhœa, excrementorum*, etsi non physicè, tamen ethicè, Deus objectivè offendebatur.

LOCUS VI.

De repudio & libello repudii.

Deut. XXIV. à v. 1. ad 5.

§. 1. Qværitur, ubi hujus orationis s. legis hypotheticæ consequens, an hoc dandum, inde à v. 1. m. 2. s. à *libello repudii scribendo*? an demum inde à v. 4. sic ut omnia trium priorum versuum, *pertineant ad antecedens*? Prius placuit Interpreti Vulgato, &

post hunc Luthero nostro, juxta qvos sive duplex hic fuerit hypothetica, sive una conjuncta, talis sc. Maritus uxorem jam ductam, si *ob inventam in hâc quandam rem turpem*, minùs in illam propendeat, s. *illa in oculis Mariti ampliorem gratiam non inveniat*, libere repudiato & hunc in finem *libellum repudii* scribito, *cumq; hoc scripto, & uxori in manus tradito, domo hanc emittito*, hâc *tamen lege atque* omine, ut, si sic emissa deinceps *alteri nupserit*, & ab hoc qvoqve *per libellum repudii, dimissa fuerit, maritus prior, qui primò dimiserat, illam rursus ducere non posset*: seu, breviter: *Maritus, datâ odii causâ, uxorem quidem, dato libello, repudiato: sed dein ab alio Viro ductam repudiatamq; rursus nè ducito!*

§. 2. Posterius Jun. & Tremell juxtâ qvos, una hîc datur, etsi multis, in antecedente, hypothesibus constans, hypothetica. Scil. (1) si qvis uxore ductâ, velut Maritus hanc ex pertus fuerit, cæterũ (2) ob causam qvandã uxor *gratiam in oculis Mariti non invenerit*, unde (3) scripto traditoq; libello repudii eam dimiserit (v. 1.) (4) Sic autem dimissa *alteri nupserit*, (v. 2.) (4) Hic qvoq; sive pari ceremoniâ ductam domo *emiserit*, sive *mortuus fuerit* v. 3. (Hactenus antecedens: nunc consequens hypotheticæ: seqvitur sc. Qvid juris in hoc casu, an si *prior ille maritus* sive pœnitentiâ repudii ductus, sive amore dum agnoscit veteris vestigia flammæ impulsus, resumere in domum thorumve dimissam olim velit, recipere jure Maritali possit? Respondetur nunc v. 4.) *Non potest* (s. non habeto potestatem) *Maritus ejus prior, qui dimiserat eam, rursus ducere eam.* Ratio (1) qvia ipsius culpâ, uxor הִטְמֵאָה s. *facta est polluta* per concubitum sc. cum alio Viro adultera facta. (2) Qvia talis lusus fœdus in re matrimoniali sc. ut Vir dimittat uxorem alteri ad concubitum, & dein, recipiat hanc in thorum, est תּוֹעֵבָה s. *abominatio coram Domino.* (3) sc. talibus peccatis *inquinatur terra*, ab ipso DEO Israelitis *in possessionem tradita* v. 4.

§. 3. Concludendum pro posteriori: nec probandi adeò illi Imperativi versionũ ad c. 24. â v. 1. ad v. 3. c. in v. 1. er sol ihr einen Scheidebrieff schreiben/ er sol ihr denselben Brieff in die Hand geben/ er sol sie aus seinem Hause lassen/ qvibus hîc versioni

sioni Germanicæ nostræ præivit Interpres Vulgatus: æqvèac in Malachiâ c. 2. 16. ubi reddidit: *Cum odio habueris, dimitte eam, dicit Dominus exercituum.* Secutus Vulgatum Lutherus aberravit pariter hîc à consilio fontiũ reddens: **Wer ihr gram/ ist der lasse sie fahren/ spricht der HErr Zebaoth.** At non solùm hoc non dixit Dominus ZBAOTH: sed & planè contradictorium dixit sc. SE ODISSE DIMISSIONEM s. talem repudiationem, **Er hasse das Scheiden/ spricht der HErr Zbaoth.** Par interpretamentum fuisse veterum s. τῶν ἀρχαίων, imò hoc unum ἐκ τῶν ῥηθέντων τοῖς ἀρχαίοις, qvæ ex fonte Mosaico morali corrigit Servator, constat ex Matth. 5. 31. qvin illos (e. c. Pharisæos) extendisse licentiam repudii, ultra ערות דבר s. *rem turpem*, ad πᾶσαν αἰτίαν s. *quamcunq; causam* e. c. uxoris morosioris, factæ ex morbo deformioris, marito aliqvando obloqventis, constat ex Matth. c. 19. à v. 3. ad v. 13. unde contra consilium Ecclesiastici c. 25. 34. velut Pharisaicum, non Mosaicum, protestatur summo jure γυναικοσυνέδριον. Facit pro posteriori hypotheseos ampliatione, positus verborum præteritorũ וכתב ונתן ושלחה. 2. Accentuatio 3. contextus & fluxus præteritorum conversorum. 4. Correspondentia illius absolutè positi לא יוכל v. 4. cũ toto tractu præcedente, in qvo præterita omnia fluunt pari formâ & convertuntur per ו singulis præfixum. Facit 5. judicium Dei in v. 5. si enim repudiata talis *immunda fieri* s. *pollui* dicitur per conjugium *cum alio Viro*, sic ut si dein ad Virum redeat, *sit abominatio*, certè in judicio divino adhuc habetur uxor primi Mariti: & inde illa censura pollutæ & abominabilis, qvia nondum soluta primo. Nihil ergò hîc divinæ approbationis, nedum legis imperantis in talibus casibus sive repudium sive repudii libellum: sed utrumq; hoc tantùm Moses ut Legislator ἐπίτρεψε propter cordis Judaici duritiem nec nisi propter hanc, totam hanc legem s. ἐντολὴν promulgarit Deus. conf. jam Matth. 19. 7. 8. 9. Marc. 10. v. 2. 3. 4. 5. 6.

LOCUS VII.

Privilegium Neonymphi s. mariti novelli c. XXIV. v. 5. & 6. & Lex de pignore accepto à mutuatario paupere c. 24. à v. 10. ad 15.

§. 1. Qvod in versione Vulgatâ habetur: *ut uno anno late-*

tur cum uxore suâ, duplici errori obnoxium. Sc. (1) illæ voces *unne anno*, ad antecedentia pertinent s. ad immunitatem unius illius & primi anni matrimonialis. (3) In fontibus est non שמח Kal. sed שמח Pieli. c. lætificet. Allegatur ratio privilegii anni 1. nuptialis nesc. si in prælio cadat, in ipsis thalami rudimentis mœrorē uxori juvenculæ addat: qvin potiùs domi manens exhilaret uxorem recens ductam c. 24. 5.

§. 2. In v. 6. prohibetur *pignus meta & catilli, inferioris & superioris molæ*, des unterſten und oberſten Mühlſteins. Ratio legis: qvod qvi tale accipit, *vitam proximi* accipiet. *Metam & catillum* vocat Paulus l. *cum de Lanionis* §. *idem consultus* ff. de *instructo* vel *instrumento legato*. Pari ratione à Romanis vetitum, *pignoris causâ* abstrahere *boves & servos aratorios*, vel *instrumentum aratorium*. conf. ff. tit. *Qua res pignori data obligari nō possint*, & l. executores, item l. pignorum C. *qua res pignori obligari possint, vel non*.

§. 3. Mutuum, mediante pignore, creditori concessū: sed hujus ratio distincta pro diversitate Debitoris, qvi, si constabat qvod esset עני s. *pauper*, sic ut ipsam *vestem*, vel *stragulam*, in *qua dormiat*, *pignori dederit*, omninò hoc ante solem occidentem à Creditore restituendum debitori erat, conf. v. 12 14. 15. qvin pignoris postulandi causâ creditor domum debitoris intrare non poterat: sed tenebatur, foris subsistere, ut is qvi mutuatus erat, efferret. Prout autem non erat Creditoris, pignus sibi ipsi sumere: ita nec eligere vel præscribere: sed hoc in libertate Debitoris. v. 10. & conf. c. 15. 6. A jure autem pignoris liciti in casu non עני, ad jus *usurarum* non valebat consequentia.

LOCUS IIX.

Processus in judicio criminali.

c. XXV. 1. 2. 3. 4.

§. 1. Controversiæ deferebantur ad judicium non unius? sed plurium, & ad minimum trium, unde illud plurale שפטים. Judices hi erant מצדיקים & מרשיעים s. partem unam *justificantes*, alteram, *improbantes*, s. illam *justam*, hanc *improbam* pro-

pronunciantes. v. 1. ut rectè notaverit Grotius, vocabula hæc non esse hîc *effectionis*: sed *æstimationis*, *declarationis*. Cæterum non omnis, qvi per sententiâ improbatur, & sic causâ cadebat, statim tenebatur ad mulctam, nedum ad pœnam corporalem: sed tantùm, qvi ex delicto s. maleficio: unde nô omnis רשע s. *improbus* in v. 1. est בן הכות s. *filius percussionis* s. dignus flagris v. 2. etsi בן הכות est רשע.

§. 2. In casu ergò flagrorum infligendorum 1. Reus in loco judicii ad humilem columnam, à Ministro, ex Judicum mandato prosternebatur. 2. Lentè & juxta proportionem improbitatis certo plagarũ numero afficiebatur, præsentibus sc. 3. Judicibus, qvorum unus cædere jubebat, secundus plagas numerabat, tertius Minas legis recitabat. 4. Numerus plagarum summus erat qvadragenarius, ad qvem audiebatur vox Judicis: *Lictor parce flagro*! Notetur (1) illud הפילו der Richter sol ihn heissen niederfallen. (2) הכהו i. e. *curet eum cædi*, & qvidem *coram se* er sol ihn vor ihm schlagen lassen: Ratio *præsentiæ judicis* statim additur: sc. *illo numero*, *quem requirebat* רי רשעתו s. *proportio improbitatis ejus*, cujus observandæ causâ opus erat Judicibus præsentibus, *ut ne quid nimis*, ex odio, vel minùs, ex studio. (3) Ubi ad qvadragesimam plagam perventum, ibi Lex jubebat: אל תוסיף *ne pergas*, vel *ullam plagam addas*!

§. 3. Thalmudici in Mischnâ & Gemarâ nectunt vocem במספר cum voce ארבעים, qvæ in fontibus integro Pasuk discernuntur, & urgent non poni ארבעים במספר i. e. *quadraginta in numero*, sic enim intelligendum fore de numero exacto: sed במספר ארבעים i. e. de numero seqventi qvadragenæ proximo sc. 39 s. 40 plagis minùs unâ: qvæ legis interpretatio apparet jã recepta fuisse vel in praxi obtinuisse tempore Christi conf. 2. Cor. 11. 24. sic ut εἰς προφυλακὴν νόμου unam detraxerint: qvod licet excusari forte in praxi potuisset, propter periculum in lege additum, & qvod pœna hæc nõ ad infamiam infligendam: sed pœnam θεήλατον evitandam credebatur valere, ipsum tamen interpretamentum non magis hîc probandum, qvàm alterum de loro bovino, velut

hujus

hujus exsionis instrumento in v. 4. conf. Buxtorf. in præf. l. de abbrev. Rectiùs Grotius nexum v. 4 designavit ex sacris illis Pythagoricis, qvæ agnoscebant τὰ ὡὲς θηρία περὶ τὴν τῶ μελέτην τῦ φιλανθρώπε καὶ φιλοικτίρμονος: ut sensus sit: *eodem temperamento utendum in animantibus ceteris opem hominibus præbentibus.*

LOCUS IX.

De nuptiis Leviri cum glore.

c. XXV. v. 5. & seqq.

§. 1. Qvod Levitici c. 18. 16. interdicitur, imò qvod ibi c. 20. 21. נִדָּה s. *res exterminanda* eine schändliche That appellatur, illud h. l. non solùm conceditur: sed & imperatur. Qværitur hîc 1. qvæ conciliatio Legum? Resp. errant, qvi LL. in Leviticò restringunt ad casum fratris viventis e. c. Herodis Herodiadem fratris Philippi superstitis uxorem ducentis, cujus uxorem ducere prohibeatur: prout in Deuteronomio, *mortui fratris* uxorem ducere conceditur. Nec probat additum ibi, *de revelatâ nuditate Fratris*, qvia incestus cum Noverca, sub eodem venit addito *revelata nuditatis Patris* vid. v. 8. unde malè infertur E. concubitus cum Novercâ tantùm prohibitus est *vivente* patre, non autem, *defuncto*.

§. 2. Exceptio illa à Deo expressa in uno hoc casu, cui provisum voluit, ipsi supremo Legislatori reverenter potiùs est submittenda, qvàm rigorosiùs qvomodo sc. potuerit sic Deus dispensare, suppositâ illâ prohibitione Levitici naturali, vel juris naturalis? discutienda. Benè Chrysost. Θεὸς προσέτι τῦτο καὶ δι' ἡμᾶς ἐφάρμοσε τὸν φύσιν τῶν γινομένων: ut tamen falsa sit hypothesis Bellarmini, exceptionem esse ejusdem ordinis & naturæ cum ipsâ lege, & qvæ illi hypothesi superstruitur conclusio, aut exceptionem illam esse naturalem & nunc servandam, aut legem ipsam, de non ducendâ fratris uxore, judicialem saltem esse, à qvâ proinde detur exceptio. Ceterùm, præterqvam, qvod ab exceptione ad Legem, in qvæstione juris naturalis, non valeat illatio, & exceptio possit esse politica, ipsa autem Lex juris naturalis, imò nullius legis naturalis propriè loqvendo, exceptio possit esse naturalis, nec

nec idē jus legis, & exceptionis, ut adeo in exemplo præsenti, si de jure naturali Levir fratriam ducere non possit, non possit esse juris naturalis, Leviro fratriam nubere, post mortem mariti, & si hoc juris naturalis fuerit, illud tale non fuerit. Qvin sic vel duplex hîc lex danda fuerit sub communi utriq; jure naturæ, ita ut una, illa sc. in Levitico, prohibeat ducere fratriam liberos habentem, hæc in Deuteronomio, fratriam prole carentem, ut sic per duplicatam legem, perimatur exceptio. Fratria cum prole, & fratria sine prole non sunt ejusdem ordinis: ut nihilominùs constet jam supra notatum: Nec â lege ad exceptionem, nec ab hâc ad illam, negativè, imò ne positivè qvidem, valere consequentiam. Potest sanè lex & exceptio versari circa res ejusdem generis, naturæ, & ordinis materialiter sc. sed inde non seqvitur legem & exceptionem convenire specificè vel genericè sub eodem sc. genere vel specie juris, qvomodo suppositâ illâ lege Levitici universali & naturali, de non ducendâ fratria, omnino exceptio, & materialiter qvidem ab ejusdem generis vel speciei re, fuerit hæc lex Devteronomii: Levir ducito fratriam sobole carentem: ceterùm propterea exceptio hæc non fuerit ejusdem cum lege generis. Possunt ejusdem generis res variis modis & rationibus ac circumstantiis permitti prohiberive, ut adeo, qvod juxta exceptionem, bonum est, extra talem supremi legislatoris excipientis, dispositionem, malum sit: qvi, prout in ipsis mundi primordiis extra ordinariè, summâ necessitate potuit permittere nuptias sororū, etiam propter conservandarum familiarum ordinem, & genealogiam in populo, ex qvo Messias nasciturus erat, distinctam, potuerit certo casu permittere vel præcipere qvoqve nuptias fratriarum. Potuit idem supremus Dominus, & legem universalem præscribere, & in suâ Republicâ, illâ sc. Theocratiâ Israeliticâ, circa illam specialiter in certo casu dispensare, vel illam legē hoc vel illo modo, ad tempus declarare. Scilicet ejus est legem interpretari, declarare, limitare, cujus est condere. Ab eâdē qvippe autoritate est & lex & exceptio, ut adeo conjugiū tale nudè & solitariè sumtū, à specialibus illis circumstantiis & politiâ Israelis abstractum per se malum fuerit: qvod tamen in illis circumstantiis ad certum tempus, populumq; restrictis dispensari

ſpenſari à Deo, imo præcipi & ſic bonũ qvoddam eſſe potuit. Rectiùs dicitur: in Levitico eſſe Legem moralem ſuo modo naturalem & æternam: in Devteron. eſſe exceptionem ceremonialem judicialem, politicam, & temporariam, circumſtantiis certi caſus imitatam, qvo *ſolo* caſu, in *ſolâ Rep. Iſraelit.*, non ſolùm licebat illud facere: ſed & ignominioſum, ac infame erat illud non facere, qvod alioqvi & extra illum caſum, *infame* erat *facere* conf. Deut. 25. 7. 8. 9. 10. Tales nuptiæ in Lege morali ſ. naturali appellantur יבמה & puniuntur ſterilitate. Contrà, hîc nuptiæ imperantur propter ſemen, & per *hoc*, *nomen excitandum fratri*, etſi fieri poterat ex ſingulari culpâ vel causâ ut actu ipſo non excitaretur Gen. 38 5. 6. Matt. 22. 25. Porrò qvædã Lex Levitici matrimonialis ſuperſtruitur fundamento naturali abſolutè immutabili, qvædam innititur rationi naturali, non tamen abſolutè & omni caſu immutabili ne Deo qvidem. Circa illam nullo caſu diſpenſat Deus: circa hanc autem ſolus Deus excipere certum caſum poteſt, & ſic Legem limitare. Ita concubitum cum Matre, Filiâ, Novercâ, Sorore, ſive plenâ ſive ſemiplena nullo caſu in lege permittit Deus: at concubitum *cum uxore Fratris* defuncti ſine liberis, & hoc adeo ſolo certoq; caſu permittit, notam infamiæ abſtahit, imò ſub infamiæ pœnâ in Rep. Iſraeliticâ ſ. *Theocratiâ ſuâ*, præſcribit, ut adeò ab hâc exceptione non naturali: ſed politicâ ad ipſâ legem Levitici non naturalem: ſed judicialem & politicam, non V. C.

§. 3. Qværitur 2. *An hæc lex induxerit neceſſariò polygamiam?* Reſp. ſupponitur Levirum uxoris fuiſſe conjugatum, qvod tamen non neceſſarium magis, qvàm fratres omnes eodem tempore uxores ducere. Imò יחדו ſ. Levirum, qvalis hîc deſcribitur, ab uxore fuiſſe liberum, non conjugatum, probabile ex illâ hypotheſi Legis: *ſi habitaverint fratres ſimul*, qvod *ſimul* non abſolvitur, unâ vel eâdem terrâ (ſic enim omnes Iſraelitæ habitarunt ſimul) qvâ ratione etiam hîc ſalva maneret lex de polygamiâ moraliter prohibitâ Lev. 18. 18. Qvia tamen ratio legis generalis, ſc. *prohibere ne deleatur nomen mortui fratris in Iſrael, & uxor mortui nubat foris viro extraneo*: ſed intra familiam ſuam & tribum, omninò lex hæc cogebat qvoqve fratrem conjugatum, & ſic per conſeqvens inducebat

inducebat polygāmiam, qvæ adeò in solo hoc casu, prout nuptiæ leviri cum fratriâ, permissa, imò lege reqvisita, at extra hunc casum fuerit interdicta, ipsumq; sic Numen circa legem Matrimonii primitivâ de indissolubilitate nonnisi τῶν δύο, qvi sint μία σὰρξ, qva & polygamiam excludit, & ἐκπὸς λόγυ πορνείας, repudiū, non habuerit se dispensativè, prout docent Durandus, Burgensis, Bellarm. Maldonatus, Lorinus, Corn. à lapide, Sanctius, ex nostris qvoqve Brentius & Meisnerus: sed permissivè, rem sc. ceteroqvin, extra unum hunc casum specialem, interdictam merè tolerando, permittendo & ex hypothesi permissionis propter σκληροκαρδίαν certæ gentis, lege in suâ Republ. circumscribendo e. c. Deut. c. 21. à v. 15. ad 18. c. 24. à v. 1. ad 5. prout rectè Hieron. Lombard. Bonavent. Alex. Alens. Thom. Iunius, & ex nostris Lutherus, Menzerus, Dorscheus, & alii. Proinde nec ex hoc casu legitimatur simpliciter jus sive Polygamiæ, sive nuptiarū Leviri cū fratria in Rep. Israelitarū & sub V. T. nedum extra illā & sub N. T. & multò minùs nuptiæ cum sorore defunctæ uxoris, ut Paralogismus sit, sic argumentari: Levir, ex hâc lege, poterat ducere glorem. E. & Vir defunctæ suæ uxoris sororem, nisi fortè fingatur casus duorum fratrum ducentium duas sorores, & unius sine sobole morientis, qvâ ratione Levir ducens glorem, ducebat vel superinducebat suæ uxoris sororem.

§. 4. Sic qværitur 3. An אחד hic in lege necessariò primogenitus, sic ut ad casum hujus solius restringenda lex? Aff. Jun. & jnde reddidit v. 5. Si moriatur primus ex fratribus, ut sic ex hâc lege non obligatus fuerit primus frater ad ducendum uxorem fratris secundò vel tertio geniti: sed alteruter horum ad ducendum Viduam primogeniti sine sobole defuncti. Ceterùm אחד s. *unus*, qvidem idem qvod ראשון s. *primus* in numeris ordinalibus seqventibus (qvando sc. seqvitur *secundus, tertius* &c. prout c. 1. Genes.) non extra. Rectè ergò Lutherus generaliùs transtulit: **Wenn Brüder bey einander wohnen/ und einer stirbet ohne Kinder/** ut adeò ex hâc lege obligatus æqvè fuerit fratrum primus ad præstandum officium Leviri uxori, secundi, vel tertii fratris, qvàm hic vel ille ad ducendum uxorem primi.

§. 5. Qværitur 4, An Lex propriè *soli Fratribus* lata, an etiã *remotioribus consanguineis?* Resp. Aff. 1. qvoad literam. 2. qvoad Legalem, facilemq; ex ratione legis conseqventiam: sed posteriùs non nisi deficientibus in lineâ primâ fratribus, sive qvod nulli fuissent, sive qvod jam dudum decessissent, nec ex annosiore matre sperandi, vel si sperandi, tamen nondũ concepti, vel nati, viduæ ratione ἡλικίας, intra qvam concipitur & paritur, expectandi. Ita Thamari post mortuum *Er*, debebatur *Onan*, post hunc, tertius frater *Schela*, qvo sibi negato, illa injuriam ultura, qvæsivit Maritum in lineâ proximâ, & pro Filio Patrem, etsi per incestum lege damnatum. Ita Ruth ducenda fuisset à Leviro, ex Naomi, si qvis superstes, vel expectandus saltim in propinqvo intra ætatem Ruthæ Moabitidis conceptioni partuivè aptam & ipsâ adeò matre defuncti Mariti fuisset conf. Ruth. c. 1. 11. 12. 13. Ubi ex ipsâ Naomi neutrum horum dabatur, ibatur demum ad lineam agnationis propinqvam, & in hâc qværebatur maritus, qvi cũ judicialiter renunciasset suo juri, ibatur ad remotiorem e. c. Boasum conf. Ruth. c. 3. 12. c. 4. 5. 6. & seqq.

§. 6. Qværitur 5. An lex hæc obligaverit, demum in casu deficientis omnis sobolis, sive non natæ, sive mortuæ, sic ut frater mortuus fuerit planè ἄπαις, s. absqve liberis, qvalis non est, cui vel unus filius, unave filia est? An etiam in casu solius masculæ sobolis deficientis, extantibus licet filiabus vel femellis? Aff. primum. Benè Luth. **Wenn einer stirbet ohne Kinder.** Qvi unam sobolem habet, dicitur *habere liberos:* qvi ne unam qvidem, *non habere liberos.* conf. Cajus l. *non est* ff. de *verborum signif.* 148. & idem 149. In casu enim relictæ Filiæ nulla in Levirum relinqvebatur actio Viduæ, nec opus erat ad hanc legem veniri, cum & filia ex Lege succederet, & ex hâc natus, in avi familiam adoptari posset, imò adoptata, & ex hac natus.

§. 7. Nec obstat adeò illud וּבֵן אֵין לוֹ i. e. *si illi* (mortuo) *filius non sit.* Denominatio enim fit à potiori, sic ut in h. l. cui non est בֵּן, intelligendũ, ei nullum esse τέκνον s. τέκνα, conf. Matthæus c. 22. 24. seu, prout rectè pariter LXX. nullum σπέρμα. Ita Latini communi

communi genere (qvo hîc carent Hebræi) dicunt, esse *absque liberis*, non qvi habet sobolem *unam:* sed qvi *nullam*, qvomodo *pueri* appellatione etiam *puellam significari*, & *puerperas* etiam qvæ *femellas pariunt*, & *utrumq; sexum* Græcè *communiter* παιδίον, nec semper pueri appellationem contrario puellæ nomine dici: sed aliqvando ætatem puerilem demonstrari, notavit Paulus l. 163. & 204. de *Verb. sign.* Sensus ergo est: Si moriatur ἄπαις conf. Luc. 20. 28.

§ 8. Qværitur 6. An אשת הכת tantùm sit Sponsa, an jam domum ducta & בעולה s. *maritaliter experta?* Aff. posterius. Probatur ex illo: ובן אין לו. Qvid enim opus hoc addito, si tantùm desponsata fuerit, non domum ducta? conf. qvoqve Gen. 38. 6. & Matth. 22. 25. Qværitur 7. An rectè Luth. **Ihr Schwager sol sie beschlaffen.** Resp. per Affinem, intellexisse *Levirum*, constat ex v. 6. conf. vers. Germ. Congressum talem Evangelista appellat: ἐπιγαμβρεύειν s. ex jure Leviri congredi cum uxore fratris defuncti: illud enim est יבם: ἀγχιστεύειν autem illius, qvi est גאל. Unde non illud: sed hoc, in libro Ruth. Qværitur 8. An primogenitus à *Leviro* & *Viduâ fratris* genitus, fuerit appellandus nomine *proprio* defuncti, an solùm *communi* & *appellativo*, sc. qvod ejus æstimaretur in hæreditatis jure *Filius*, & adeo, qvia *hæres*, *Filius?* Aff. posterius conf. Devt. 25. 6. Ruth. 4. 10. 17. Num. 27. 4.

§. 9. Ad ducendum glorem non cogebatur qvidem in terrestri judicio *Levir*: si tamen abnueret, à *glore* Viduâ connubium poscente, deferri poterat ad *portam*, & à Judicibus non solùm citari: sed & ad causam dicendam, præsente actrice, in conspectu Judicum compelli: ubi si in contradictione perseveraret, ibatur in ceremonias, sc. ipsa glos (1) jubente Judicum primo, *calceum homini exuebat* (& hoc ipso liberam se à nuptiis illius, si deinceps pœnitentiâ ductus, appeturus forsan esset, in portâ declarabat) 2. jubente altero Judicum, *ante faciem ejus spuebat.* 3. Præeunte Judice tertio, formulam illam pronunciabat: *Sic fas est fieri viro illi, qui non volet extruere domum fratris sui. Nominabitur q; domus ejus in Israel, domus* DISCALCEATORUM. **Des Barfüssers Hauß:** prout eleganter Lutherus, ut non desit hîc in nomine, antiqvitas Fratribus ordinis DISCALCEATORUM, prout nec in hæresiologia. conf. Aug. 1, de hæres. n. 68.

§. 10.

§. 10. Qværitur 8. An tales nuptiæ solùm obligaverint, in casu *fratris mortui sterilis*, s. ad *συνδύασιν* conjugalem impotentis, & ipsius adeò *uxoris Virginis*? Resp. Licet talis qvoqve casus sub hâc lege dari potuerit, nec minùs in tali casu lex Levirum obligaverit, neqvaqvam tamen ad solum illum restringi Lex vel casus omnis legalis debuit, atqve adeò supponi semper intacta, vel לא ידועה s. ipso actu maritali Virum non experta, qvalis illa qvæ apud Bembum celebratur Elisabetha Urbinati Duci sterili planeqve impotenti nupta. A negatione partus, & soboli, ad negationem concubitus maritalis, adimpotentiam adeò in Viro, & virginitatem salvam in relictâ non V. C. cum non tàm partus, qvàm concubitus virginitatem perimat. Poterat ergò vel maximè ad matrimonium apto id contingere, ut concumberet qvidem: sed actu ipso non generaret, sive Deo sic moderante, sive obstaculo generationis in alterutrâ parte existente, atqve sic moriens (& multò magis, si soboles nata, ante patrem denata fuisset) non qvidem relinqvebat sobolem: sed nec tamen Viduam Virginem, nisi, ut maximè Virum expertam, modò non puerperam, Virginem appellare velis, qvâ qvidem ratione injuria fit vocabulo. Nec adeò eam solùm ob causam, vel in solo illo casu hîc Judæi jubebantur mortuorum fratrum uxores ducere, qvod sc. hæ, post illorũ mortem, mansissent virgines, s. qvod nunqvam corpore convenerint, ipsæq; adeò nuptiæ re ipsâ contractæ videri non potuerint, prout Interpp. qvidam Legem præsentem Mosaicâ explicant ex LL. Cæsar. l. *licet quidã Ægyptiorũ* Cod. de inceſt. & inutil. nuptiis. Contrà, qvod præsenti Lege Mosaicâ præcipitur, amplius est, qvàm qvod illa lege Zenonis in Codice prohibetur.

§. 11. Qværitur 9. An ex hac lege Mosaicâ argumentum pro jure perpetuo (etiam temporibus N. T.) nuptiarum talium sc. Fratris ducturi Viduam Fratris defuncti sine relictâ sobole, vel ulteriùs qvoqve fundamentum permissarum qvodammodo talium nuptiarum, s. non planè interdicendarum, relictâ licet, ex uxore fratris, sobole? Resp. 1. certũ qvod illarum LL. qvæ habentur in Levitico c. 18, 16. e. 20. 21. & qvæ hîc in Deuteronomio, altera

tera sit ceremonialis, vel forensis Mosaica & temporaria: altera moralis & perpetua: altera obligans solùm Israelitas in illâ veteri republicâ: altera omnes omninò nationes etiam extra Rempublicam Israelis: cumq; vel ex ipsâ restrictione ad Israelem, ex mentione fratrum Israelitarum, unà habitantium, mentione item portarum, judicum & ipsius discalceationis ceremoniæ, ex ipsâ legis ratione s. fine, *ne deleatur fratris vel familiæ nomen, ex Israele*, manifestè constet temporariam mixtamq; ex ceremoniali & forensi Judaicam esse illam qvæ habetur in Deuteron. c. 25. à v 5. ad v. 11. Contrà ex ipsâ generalitate s. limitationis talis negatione, ex analogiâ ceterarum LL. matrimonialium, ex fundamento universali (qvod est *caro carnis*, per qvam ductam profanatur tota terra, & peccatur in sanctitatē Dei, sic ut hic provocetur ad supplicium exterminii, ut sc. *evomat terra incolas suos*) in propatulo sit, illam qvæ habetur in Levitico esse naturalem, moralem, omnes omninò nationes & gentes ac semper obligantem (vid. Lev. 18. 3. 5. 6. 25. 26. 28.) proinde conclusio facilis: Legem Deuteronomii de ducendo uxorem fratris sine relictâ sobole mortui, velut temporariam s. regni Mosaici, & gentis Judaicæ Republicâ, Veterisq; adeò Testamenti tempore limitatam, sub N. T. non mortuam solùm: sed &, si qvis eandem necessitatem sive λόγῳ sive ἔργῳ urgeat, mortiferam, penitusq; abrogatam: alteram autem s. priorem illam in Levitico descriptam, *perpetuam* esse, & prout olim nationes omnes ipsamq; (uno illo casu excepto) Judaicam obligabat: ita nunc (remoto illo casu excepto) omnes nationes, omnes inprimis Christianos obligare, sic ut nullus magis circa hanc, qvàm ceteras illas in c. 18. Levitici leges, locus relinqvatur *dispensationi*.

LOCUS X.

Usus legis tempore N. T.

§ 1. Constabit inde, qvid ad illud argumentum, qvo Principes sæpè Viri pro legitimando tali conjugio suo cum defunctorum fratrum uxoribus usi, sit respondendum. Lex Mosaica non obligat in N. T. Christianos. Lex de *non ducendo uxorē fratris defuncti* talis est. E. non obligat Christianos. Limitanda sc. major

vel

vel sic: Lex Mosaica *moralis*, & sic concessâ minore, falsa major: vel sic: Lex Mosaica *ceremonialis & strictè forensis*, atq; sic concessâ majore, neganda minor. Vel, limitatâ sic majore, invertatur in assumtione, & subsumatur: *Lex de ducendo uxorem fratris defuncti sine sobole* s. Lex Deuteronomii c. 25. à v. 5. ad 11. talis est. E. hæc Lex non obligat Christianos: qvo nihil verius: tantumq; abest, ut per hanc legẽ licentia detur Regibus & principibus ducendi *fratrũ defunctorũ sine relictâ sobole viduas*, ut potiùs per hanc legem, si qvid simile nunc sub N. T. patrent, vel ex lege hâc agendum sibi putent in ruborem verecundiamqve ipsa purpura detur. Ecce enim!

§. 2. Israelitæ ab *uxoribus fratrũ defunctorũ*, qvodã naturæ dictamine, & Legis Levitici universalis præscriptione, ac ratione, sic abhorrebant, ut in tali certo casu, propter rationes qvasdam Typicas, politiæ Judaicæ proprias (ne tribuum, familiarumve fieret confusio) impellendi fuerint ad tales nuptias, & qvidem sic, ut qvicqvid inde nasceretur sobolis, defuncto imputaretur, & si qvis abnueret, *discalceatione & sputo in portâ* confunderetur (vid. Deut. 25. 9.) à qvâ adeò obligatione prout liberi olim extra Remp. Israelis alii populi fuerunt: ita nunc post Rempublicam Judæorum extinctam liberi sunt omnes populi, ipsiq; adeò Christiani. E. hi, & vel maximè Reges & Principes possunt impune (respectu judicii celestis) & vindice nullo ducere fratrum defunctorum uxores s. viduas. Concludendum potiùs erat. E. Christiani nullo modo tenentur ad hanc legem. E. ab hâc obligatione planè sunt liberi, tantumq; abest, ut appetere tales debeant, ut potiùs, qvod hâc lege non teneantur, sibi gratulari, qvam non libertatis: sed servitutis signum fuisse, etiam ex causis Politicis, ipsi qvi olim tenebãtur, agnoverunt. conf. Gen. 38. 9. 11. Ruth. 4. 4. 6. & adeò, si qvi hodie, citra relictam sobolem defunctorum fratrum Viduas ducerent, umbram Mosis mortiferam nunc, reducerent: si qvi, etiã datâ sobole, sic ducerent, perfrictâ fronte contra naturæ legem, sine ullo vel sub V. T. valente prætextu, agerent, majoris q; Deo peccati rei forent.

DECAS IIX.

LOCUS I.

Nuptiæ cum uxore Fratris, vel sorore uxoris defunctæ in N. T. simpliciter interdictæ.

§. I.

NEc ergò, vel ex *nullitate necessitatis talium nuptiarum* (ne qvis illud Simsonis objiciat Iud. 14. 3. 4.) vel *ex lege* Lev. 18. 14. l. interdicto *ducendæ uxoris patrui defuncti*, per argumentum à minori ad majus sc. si in *secundo gradu affinitatis lineâ inæquali*. E. multò magis interdictum valet in 1. *grad. aff. lin. æquali* (ne qvis respectum superiorum, vel parentum hic excipiat) hîc argumentandum erat, postqvam clara lex Lev. 18. 16. præfulgebat, & hujus exceptio, in Devteronomio, *solum* populum Judaicum, nec nisi in *suâ Republicâ*, & adusq; *Messiæ tempora* obligabat, velut *Legalis servitus*, à qvâ ad libertatem & jus sive Christianorum omnium, sive saltim principum argumentari in N. T. vel extendere qvoqve ad casum suppolitæ ex primo conjugio sobolis, portentum foret, & grandis Paralogismus. Invertendum potius: si ne in illo qvidem casu olim permisso, nunc liberum ducere. E. multò minùs in casu nunqvam permisso, & adeò hîc *major* qvoqve *abominatio*. Simpliciter adeò nunc uxore *fratris defuncti* abstinendum fratri, & magis qvoqve, qvàm à marito defunctæ sororis abstinendum sorori: qvia ibi Lex in formâ probante, & mas non impletur à femina: sed femina à mare (nec unus adeò Vir à duabus sororibus, qvas implet: sed una mulier à duobus fratribus, à qvibus unius uterus impletur) etsi hoc qvoqve casu, matrimonium per interpretationem ejusdem legis habetur jure divino interdictum.

§. 2. Expirat nunc Legis illius in Devteronomio ratio: nec magis ab illâ ad jus N. T. qvàm à spolio Ægypti, & imperatâ Abrahamo mactatione filii, ad par jus N. T. valet illatio. Non omne, qvicqvid Deus vel specialiter aliqvando populo jussit, vel fieri permisit, imitabile est. Nec qvid sive olim in

Britanniâ sive in Polonià, sive Lusitaniâ à Regibus actum considerandum magis, qvàm jus ipsum: cum legibus, non exemplis sit judicandum, nec respiciendum magis ad talia delicta, post nuptias sobolemq; genitâ à Fratre defuncti, sub velamine conjugii, qvodammodo tolerata, vel excusata, qvàm ad illa, qvibus iratum numen adeò manifestam legis transgressionem læsamq; adeò divinam majestatem castigavit, tremenda judicia, vel supplicia: unde non Jure solùm divino: sed & Ecclesiastico duorum fratrum cum unâ uxore vel duarum sororum cum uno Viro nuptiæ successivæ damnantur absolutè, sine respectu ad sobolem ex primo matrimonio, imò ad ipsum concubitum, sic ut hoc nec permittat Fratri uxorem Fratris defuncti, in casu allegatæ vel probatæ qvoqve virginitatis non interemtæ à marito primo, velut ad concubitum s. ἀπερμάτον inepto. Ita in Concilio Aurelianensi 1. Canone 20. *Nec superstes Frater thorum defuncti fratris ascendat, nec quisquam amissæ uxoris sorori sociari audeat. Quod qui fecerint, ecclesiasticâ feriantur districtione,* Ita Valent. Theod. & Arcad. Augusti C. de incest. & inutil. nuptiis, *Fratris uxorem ducendi, vel duabus sororibus conjungendi penitus licentiam summovemus, nec dissoluto quocunq; modo conjugio:* ubi in gl. additum: unus duabus sororibus jungi non potest, nec una duobus fratribus. Qvin nov. Patriarchæ Sisinii & Xiphilini vetat, ne qvis sororem Sponsæ suæ ducat. Ita loc. alleg. l. 8. *Licet quidam Ægyptiorum idcirco mortuorum fratrum sibi conjuges matrimonio copulaverint, quod post illorum mortem manssisse virgines dicebantur, arbitrati sc. quod certù* LL. *conditoribus placuit, cum corpore non convenerint, nuptias non videri re contractas & hujusmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata, sunt, tamen præsenti lege sancimus, quæ hujusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas earumq; contractores, & ex his progenitos antiquarum legum tenori subjacere, nec ad exemplum Ægyptiorum eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.*

LOCUS II.

Mulieri in rixâ Virorum, alterius pudenda apprehendenti manus amputanda c. XXV. 12.

§. 1. Locum hunc contra, evidentem propositionem fontium

tium & communem consensum interpretum pervertit Grotius. Cum enim talis hîc casus proponatur: *Iurgio inter duos Ismelitas & vel propinqvos exorto, sic ut jam ad percussionem perventum, justusqve sit metus, ne Virorum alter sub manu percussoris occidat, accurrit alterius* (percussoris, vel percussi) *uxor*, & intentione qvidem laudandâ, qvippe de viro præsenti vitæ periculo eripiendo solicita, ex accidenti tamen, parum verecundè, vel prout pudicam decebat, honestè, *apprehendit alterutrius rixantium verenda* v. 11. Qværitur, qvid in hoc casu juris? Respondetur v. 12. *Amputator mulieri*, illa, qvam sic parum pudicè extendit, *manus*, & licet, plena laudandæ solicitudinis & in maritum charitatis causa videatur, tamen propter scandalum publicè datum, *oculus tuus ne parcito*! Qværitur sâltem (1) cujus *uxor?* an *utriusq;* an *alterutrius?* Et si hoc, an *percussoris*, an tantum *percussi?* Occupatum jam supra, uxor *percussoris* non potuit accurrere ad *eripiendum Maritum suum ê manu percussoris*. E. qvoad literam fontium notatur *uxor percussi*, qvæ in tali actu apprehendit *verenda*. Sed hic (2) qværitur, *cujus verenda*, an *percussoris adversarii* an *percussi mariti?* qvod posterius videbatur magis etiam excusabile. Malunt ergo Hebræi prius: ita & Grotius & V. Belgica. Respondendum: In literâ textus concludendum pro posteriori. Benè Luth. **Deß einen Weib leufft zu/ daß sie ihren Mañ errette/ und ergreift ihn bey seiner Scham:** etsi per argumentum â minori ad majus qvoqve pro priori.

§ 2. Cæterùm Grotius aliter, juxta qvem tantum abest, ut abscindenda feminæ fuerit ex hoc contactu & vel avulsione genitalium Adversarii, manus, ut potiùs hîc illi permittatur non solùm contorqvendo, *pro more luctantium*, genitalia adversarii: sed & vel ipsam vitam huic adimendo (si aliter fieri non possit) consulere vitæ Mariti, & hujus causâ qvidvis tentare, nec aggressori parcere s. de incolumitate membrorum aggressoris solicita esse, qvippe qvæ impunè latura sit hanc pro Mariti salute curam, ut sic *oculus ille* non *parcens: sed amputans*, non sit Iudicis in feminam: sed feminæ in Mariti sui aggressorem s. *percussorem*.

Obstat (1) וקצת masculinum, non וקצה femininum: c. non, כפך masculinum: sed כפה femininum: *manus* adeò *amputanda* non est apprehensi aggressoris: sed feminæ apprehendentis 3. עינך s. *oculus* non femininus: sed masculinus.

§. 3. Chaldæus illud מבשיו s. *pudenda ejus*, reddidit per בית כהתיה i. e. *domum puderis*. Addit Autor Miclal Jophi. תם ביצים שהם מקום הכושרת sc. *apprehensos testes, qui sint locus verendorum.*

LOCUS III.

Memoriale Israelis. c. XXV. à v. 17.

§ 1. Notetur hîc duplicatum memoriale, unum in principio זכור i. e. *Recordare*! alterum in fine: אל תשכח i. e. *ne oblivisscere*! ubi in זכור accentus legitimus est non Paser (prout habent qvidam Codices) sed Sakephgadol, prout habent accuratiores.

§. 2. In culpâ Amalek velut insigne nec condonandum scelus narratur v. 18. qvod fuerit מזנב s. *abscindens* omnes illos Israelitas, qvi debilitate urgente castra fuerant secuti. Illud de verendis s. genitalibus abscissis commentatores Hebræi intelligunt: rectiùs tamen alii, de extremo agmine, qvod sit qvasi זנב המחנה *cauda castrorum*, cæso, qvomodo & intelligenda hîc V. G. reddens: Sie griffen dich an auff den Wege/ und schlugen deine Hindersten.

LOCUS IV.

Confessio Coloni solemnis.

c. XXVI. 5.

§. 1. In confessione Coloni, ad *primitias anniversarias*, principium erat hæc formula. ארמי אבד אבי & sic, ut prima vox infontibus distinguatur, 2. cum 3. nectatur. Lutherus expressit: Die Syrer wolten meinen Vater umbringen. Facit pro Luthero accentus in voce 1. & Chaldæus, qvi expressit: ארמאה בעא לאובדא ית אבא i. e. *Syrus quæsivit perdere patrē* (meum) Obstat autem vox אבד intransitiva, & *pereuntis*: non, *perdentis*. Requirebatur ergò transitiva forma sive in Pihel, ut esset מאבד אבי sive in Hiphil, ut sit מאביד אבי. Forte אבד verbale, ut sit *perditio*, vel

sio, vel *calamitas patrùmei*: ceterùm & hoc sine exemplo: אובד enim nomen verbale, si detur e. c. Ps. 31.13. Ps.119.176. Num. 24. 20. semper supponit passivè: nunqvam activè: &sic Syrus foret perditus, nõ *perdens*. Reqvirebatur sic positus vel אברת vel אברון Sed nec causa immigrationis Jacobi in Ægyptum fuit *Laban Syrus*. Seqvitur autem statim: Der zog hinab in Aegypten.

§. 2. Junius & Tremell. expresserunt: *Syrus miser erat pater meus*. Ita & Belgica versio: Myn Vader was een bedorven Syrier. Facit pro his punctatio: sed obstat accentuatio, qvæ reqvirebat Mahpach in voce 1. Paschta in 2. Thesis protestantis confessoris hæc est: Terram hanc possideo, non ex jure patrimonii aviti hæreditarii: sed cœlestis beneficii. Probat hoc ex duplici statu Jacobi, uno, ante Ægyptum, ubi fuit partim ארמי s. per 20. annos in Syriâ servus: partim, extra Syriam, אבד s. miser & variè afflictus: altero, in Ægypto, ubi fuit גר s. peregrinus.

LOCUS V.

Professio federalis. c. XXV. 17.18.

§. 1. Occurrit hîc vox האמיר utrobiq;, semel de Israele, semel de Deo, nec alibi in toto codice Biblico. Juxta literam foret: *Tu professus es Jehovam hodie, quod* sit tibi futurus *in Deum, & ambulaturum te in viis ejus, ac observaturum* (1) *statuta* (ceremonialem) (2) *præcepta* (moralem) (3) *judicia* (judicialem s. forensem legem) *ejus, & auscultaturum voci ejus*. Hactenus v. 17. à parte Israelis. Seqvitur nunc stipulatio à parte Dei v. 18. *Jehova verò professus est te hodie, (1) quod sc. sis ei in populum peculii, observaturus omnia præcepta ejus* (2) qvod *effecturus te sit sublimem supra omnes gentes quas fecit* (conf. c. 28. 1.) imo *in laudem*, in *excellentiam*, in *gloriam* (Notentur hîc gradus honoris) 3. *futurũ te populum* SANCTUM *Domino, quemadmodum locutus est*,

LOCUS VI.

Columnæ lapideæ. Altare.

c. XXVII. v. 3. 4. adusq; v. 9.

§. 1. Peracto transitu, s. Jordane trajecto, jubentur *lapides magnos erigere*, & eos *calce oblinere*, iisdem *omnia verba legis* clarâ &

perſpicuâ ſcriptione ſ. באר היטב *inſcribere:* nec minùs altare è lapidibus integris ſ. infectis extruere, & in eo holocauſta & euchariſtica mactare: locus, mons Ebal & Gerizimorum, de qvibus conf. Deut. 11. 29. 30. Jud. 9. 6. 7.

§. 2. Notetur hîc 1. Ter mentio *lapidum* à Jhoſua erectorũ: (1) *in Jordane,* in ipsâ ſacerdotũ & arcæ ſtatione, eodem, qvo tranſibatur, die, & miraculo adeò diviſi Jordanis adhuc durante Jhoſ. c. 4. v. 9. (2) Trans Jordanem *in Gilgal,* velut primâ poſt trajectum Jordanem ſtatione: utrobiq; lapides ſumendi ex fundo Jordanis ſ. medio Jordane: utrobiq; nonniſi XII. lapides, ſic ut ſingulis ex illis XII. Viris lapis unus deportandus fuerit: utrobiq; id factum in memoriale tranſiti Jordanis conf. Jhoſ. 4. 3. 8. 20. (3) *In montanis* Hebal & *Griſim,* à Jhoſuâ erectorum, *in columnas magnas calce obductas* & lege divinâ ſ. משנה התורה perſpicuè in ſcriptas conf. hîc v. 2. 3. 4. 8. & qvoad complementum Jhoſ. 8. 32. Notetur 2. diſtincta ſtructura *columnarum* lapidearum, & ipſius altaris, prout & uſu ſ. fine diſcernuntur: conf. hîc in præcepto c. 27. 5. 7. 8. & in complemento Jhoſ. c. 8. 30. 31. 32. illarum ſc. finis erat, *Legis inſcriptio:* hujus, *ſacrificatio,* etſi finis communis erat, gratitudinis in Deum & gaudii teſtificatio.

LOCUS VII.

Orthotomia textus à c. XXVII. adusqve c. XXX. proclamatio maledictionum c. XXVII. v. 9. & ſeq.

§. 1. Seqvitur hinc nova pars Orationis Moſaicæ, & confirmatio 1 *à ſignis,* qvæ Deus per Moſen imperat à populo adhiberi, tùm *per adſpectabile ſignum ſ. columnas lapideas, & altare* c. XXVII. ad v. 9 tum *per profeſſionem publicam,* cujus fundamentum & modus adusq; v. 15. ſubſtantia inde adusq; ſ. capitis XXVII. (2) *à promiſſionibus & minis* c. XXIX. (3) *redintegratione fœderis,* cujus veritas ſ. ſubſtantia exprimitur c. XXIX uſus tum reſpectu *reſipiſcentium* Evangelicus adusq; v. 15. tùm reſpectu ſive *obedientium* ſive *transgredientium,* ibi promiſſorius, hîc comminatorius, inde ad f. c. XXX.

§. 2. Qvia ſuperior *profeſſio* fuit *Politica & Eccleſiaſtica,* à Moſe Senioribus, & per hos populo fuit intimata: qvia autem hæc à v. 9. *merè Eccleſiaſtica,* à Moſe per *Sacerdotes* fuit publicata.

Nec

Nec habendum, ac si utrobiqve Moses *Sacerdotibus*, Sacerdotes *Senibus*, Senes *populo* præcepisse memorentur. In illâ professione distribuuntur sic tribus, ut *sena* stent in monte Gerizim, *sena* in Ebal. Illæ *benedicturæ*: hæ *maledicturæ*. Illæ potiores tribus, natæ ex justis matribusfamilias: hæ natæ ex ancillis, excepto Rubene & Sabulone, illo primo, hoc ultimo ex Leâ Jacobi Filio, qvorum ille ob culpam: hic, ut postremus ex Leâ, ad classem maledicentium, inferiorum tribuum, refertur. v. 12.

LOCUS IIX.

Ordo execrationum. Execrabilis, contemtor parentum c. XXVII. 15. 16.

§. 1. Execrationis hujus solennis tres sunt classes 1. pertinens ad priorem legis tabulam v. 15. (ubi, etsi nonnisi unum præceptum exprimitur, *συνεκδοχικῶς* tamen observantia totius tabulæ 1. inculcata, intelligitur) 2. ad tabulam 2. à v. 16. ad 26. incipiendo à præcepto Decalogi 4. 3 Velut summaria conclusio, ad utrâq; v. 26.

§. 2. Versio Germanica habet: **Verflucht sey/ wer seinen Vater oder Mutter schlegt:** ac si esset מקלל prout Exod. 21. 17. Levit. 20. 9. Contra h. l. est non מקלל: sed מקלה à Rad. non קלל: sed קלה i. e. *vilipendit, ignominiâ afficit*, unde קלון ignominia. Benè Græci: ἀτιμάζων. Vulg. *qui non honorat*, ut generaliter adeò execrationi hîc subjiciatur non solùm, qvi ad illum sceleris gradum extremum prorumpit, ut expressè *maledicat patri* aut *matri* (qvippe, qvi sine gratiâ, *morte plectebatur*) sed & is, qvi saltim vilipendit, & vel in arcano indignè de parentibus loqvitur & sentit: **Verflucht sey/ wer seinen Vater oder Mutter verachtet (verkleinert/ von ihnen schimpflich oder verächtlich gedencket oder redet)**

LOCUS IX.

Execratio universalis c. XXVII.

§. 1. Conclusio, etsi formaliter indefinita, ex necessitate tamẽ materiæ, prout omnes ceteræ in argumentis particularibus, maledictionis sententiæ, universalis est, unde qvod Moses sic habet: MALEDICTUS, *qui nõ præstat verba legis hujus faciendo ea*, Apostolus Galat. 3. 10. 11. universaliter idq; & *subjectivè*, & ratione præstandorũ *objectivè*

objectivè allegat, probaturus inde: *justitiariot ex lege, esse sub execratione:* qvia sc. Lex postulat obedientiam perfectam *intensivè*, ut præstetur ex toto corde, sic ut observator sit מקים s. *firmiter insistens*, & sine nutatione, *deflexione* vel *in tantillum* à regula legali, *præstans verba legis*, qvod est Paulo ἐμμένειν, & *extensivè*, ut servetur non *unum* aliqvod præceptum, & *secundùm externum corticē:* sed *cuncta præcepta*, & secundum *internam* medullam: qvod cum impossibile, propter *carnem* s. contractam lapsu incapacitatem, indejam non solùm illud ἀδύνατον ἐκ νόμου, ut sc. Lex justificare non possit: sed & oppositum, illud δυνατὸν, ut nonnisi execrari, peccata exggerare, & peccatorem damnare possit, conf. Rom. 8. 3. 1. Cor. 15. 56.

§. 2. Urget Paulus sensum hujus legis. Omnis non ἐμμένων ἐν πᾶσι i. e. qvi non immanet, πεφάγων, *firmiter persistit in* OMNIBUS VERBIS Legis, s. prout iterum explicat Apostolus ὅτις γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ νόμου, *qvæ scripta sunt in libro Legis*, *maledictus* est: unde jam facilis subsumtio, & conclusio. Cetertùm ubi illud כל & בכל s. πᾶς & ἐν πᾶσι in fontibus Mosaicis? Et ubi in axiomate Mosaico mentio ספר s. βιβλίου vel libri? Resp. (1) notatum jam antea indefinitam in materia tali necessaria æqvipollere universali. Atqve ipsa substantia legum, est materia talis necessaria. E. sic necessariò resolvendum, ut valeat *de omni*, qvomodo Græci habent: etsi non πᾶς; tamen: ὅστις οὐκ ἐμμενεῖ. (2) Pro altero autem s. illo ἐν πᾶσι, facit, qvod hîc post μεγίστων particularium præceptorum sit summa qvædam & universalior obligatio, ac ex transgressionis hypothesi, talis qvoq; execratio, cū in prioribus classibus execrationi jam subjiciantur transgressores præceptorum particularium, qvod per inductionem constat, inde à v 15 ad v. 27. hîc adeo obligatio & *execratio* amplior, in qvâ tāmen exponendâ procedendum est per descensum, non collectivum solùm & copulatum: sed & distributivū & copulativum: non solùm sic; *omnia præcepta, si colligantur, aut simul sumantur, talia sunt*, qvæ *transgressores execrabiles reddunt*: sed &: *unumqvodq; præceptorum hâc lege contentorum tale est*, ut illum, qvi non observat, reddat *execrabilem* s. ἐπικατάρατον: sc. E. *& hoc*, & *hoc* & *illud* tale est, vel pro-

ut habet formâ propositionis in Mose, per *descensum disjunctivum*: Maledictus qvi non solùm cuncta non præstat: sed &, qvi vel hoc, vel illud, & adeò vel unum, nec solùm τὸ βαρύτερον τοῦ νόμου conf. Matth. 23. 23. sed & μίαν τῶν ἐντολῶν ἐλαχίστων Matth. 5, 19. non præstat, Benedictus in lege appellatur, non qvi unam: sed qvâ universam c. 28. 1. at maledictus, non solùm qvi universam non servat: sed &, qvi vel unam non præstat, conf. c. 28. 14. (3) Verba *Legis* & qvidem התורה הזאת hujus ipsius legis, non sunt alia, qvàm qvæ extant in *scripto libro Legis*, s. Scripturis ultra qvas nihil Christianos obligat.

LOCUS X.

Usus legis Deut. XXVII. 26.

§. 1. Notetur adeo usus hujus loci elenchticus Antipapisticus, idemq; (1) in controversiâ de *regula credendorum & agendorum*, qvæ cum juxta nos, post Canonem Mosaicum, eidemq; consonantissimum Propheticum & Apostolicum (conf. Luc. 16. 29. 31. c. 24 44. Joh. 1. 46. c. 5. 39. 45. 46. 47. Act. 26 22.) solis absolvatur scripturis, eòusq; impudentiæ processit Papismus, ut non saltim scripturis traditionem, velut collateralem parisq; dignitatis regulam, qvoad dogmata fidei & præcepta morum, præter illa, qvæ ex scripturis habeantur, pari cum his pietatis & reverentiæ affectu suscipienda, apponeret: sed &, qvod hæreseos & blasphemiæ fastigium est, assertionem illam: *solùm illud esse Dei verbum, cui fidem habere quemlibet Christianum oporteat, quod in scripturis expressum est*, vocem mulieris adulteræ: illam, contrà, assertionem: *Omni Dei verbo sive in scripturis expresso, sive in thesauro traditionum repositо, fides adhibenda est*, vocem matronæ honestæ i. e. *castissimæ Christi Sponsæ, Ecclesiæ Catholicæ*, esse pronunciaret, (judicium illud totidem verbis fuit Hosii l. 4 conf. proleg. Brentii, & post hunc Sinnichii c. 50. *Goliathismi profligati*) Contrà, in hoc axiomate generalissimo, agendorum regulam omnem solis scripturis, vel *scriptis in libro Legis* contineri, agnoscit Moses, idemq; clarissimè pronunciat interpres hîc Mosis Paulus loco alleg. Gal. 3, 10. qvi dum *verba Legis* observanda practicè restringit ad solas scripturas, & Judæorum illam, distinctionem inter תורה שבעל פה

ſ. *legem oralem*, & תורה שבכתב ſ. *legem ſcriptam*, & Papiſtas Judæorum hîc Syncretiſtas, in diſtinctione duplicis credendorum & agendorum regulæ, longiſſimè profligat.

§. 2. Nec minùs 2. uſus hujus axiomatis in controverſiâ de *peccatis venialibus*, qvalia, *ſua naturâ* ſc. *venialia*, non *mortalia*, dari, nobis negantibus, affirmant Pontificii. Judicio ſc. ſancti Spiritus, internuncio Numinis Moſe, *quisquis non permanſerit in omnibus verbis legis, vel illis quæ ſcripta ſunt in libro Legis, maledictus eſt.* Atqve qvi committit peccata venialia non permanet in omnibus illis. E, ex ſententia legali, *maledictus eſt*, & adeo, omne peccatum, etiam id qvod *veniale* dicitur, ſuâ naturâ mortale eſt, ſ. tale qvod meretur mortem, conf. Ezech. 18. 4. Rom. 6. 23. Fruſtra excipitur: hanc maledictionem referri ad violatores mundatorum qvæ in Devteron. tradita fuerunt: unde dicatur in textu Moſaico התורה הזאת, & Paulino, ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου: ea verò *mandata graviſſima eſſe, de Idololatriâ, de inceſtu, homicidio*, & ſimilibus, qvæ ſint peccata lethalia. Contrà (1) mandata omnia qvæ continentur in Devteronomio, non ſaltem ſunt de graviſſimis vel craſſiſſimis illis peccatis c. c. prohibitâ *Idololatriâ*; ſed & de minoribus conf. c. 22. 5. c. 24. 10. 13. (2) Univerſa lex moralis datur in Devteronomio. Si ergo ad LL. Devteron. referendû hoc axioma, æqvè ad illa mandata minora, qvàm majora. (3) Illa qvæ habentur in c. 27. indeà v. 15. adusq; v. 26. non ſunt ſummarium totius legis Devteronomii ſpecificè, neqve enim qvoad ſpeciem actus omnia peccata enumerantur in XI. illis verſibus: ſed præcipua ſaltim qvædam capita recenſentur, qvibus maledictio nominatim additur: virtualiter tamen peccata omnia maledictioni ſubiiciuntur & comprehenduntur verſu ultimo, neceſſariò generaliter intelligendo de *omnibus transgreſſionibus mandatorum omnium*, qvæ continentur in lege Moſis. Omnes adeo transgreſſiones, etiã illæ, ubi defectus datur voluntarii actu 2. & parvitas materiæ, *maledictionẽ* merentur.

§. 3. Sed & 3. uſus hujus axiomatis Antipapiſticus in controverſiâ de poſſibili Viatoribus Legis (ſanè datæ *ut impleatur* ratione *obligationis*, etſi, ſuppoſitâ prævisione lapſus, non *ratione futuritionis* ſ. certitudinis evẽtus) impletione. Sc. Qvisqvis perfectè implet legẽ, is perfectè *permanet in omnibus verbis legis, ſic ut faciat ea.* Atq; nullus juſtificatus

justificatus ita *perfectè in his permanet*. E. nullus justificatus *perfectè implet legē*, qvin potiùs, si ex Lege judicandus fuerit, *maledictus* fuerit. Talis sc. proclamatur, *qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea*. Verbū הקים *de implemento legis* intelligendū, & ipsâ sic partis, cui lex promulgatur, obligatione, suppositâ jam legislatione, legislatoris autoritate, unde minùs rectè redditur per: *statuere* vel *stabilire*, qvorum illud Legislatoris est, hoc partium contrahentium: rectiùs autem, per: *perfectum præstare*, qvod est Apostoli ἐμμένειν. Gal. 3, 10. qvomodo alibi Paulus Timotheo acclamat illud: σὺ μένε ἐν οἷς ἔμαθες 2. Tim. 3. 14. 1. Joh. 4, 16. 2. Joh. 9. Act. 14, 22. Heb. 8. 9. Notatur permanentia practica & talis finalis (ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις prout hic habet ed. Græc. LXX. vel ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις præstandis, prout habet Paulus) perseverantia. Et illi הקים s. *præstandi* vocabulo opponitur verbum עבר s. transgrediendi, ubi agitur de pactis, conf, Jer. 34, 18. ubi *homines* העברים את ברית s. *transgredientes pactum*, opponuntur *hominibus* מקימי את דברי הברית s. *præstantibus verba fœderis*.

DECAS IX.

LOCUS I.

Indiculus promissionum hypotheticarum c. XXIIX. à v. 1. ad v. 15.

§. I.

PRomissionis illæ hypotheticæ partim *generaliter* designantur v. 1. & 2. partim *specialiter*, & per inductionem s. ὑποτύπωσιν explicantur à v. 3. ad v. 13. deniqve *summariè* & *concludsive* unà cum hypothesi superiore repetuntur v. 13. & 14. Notetur autem 1. in hypothesi illud אם in v. 1. cui æqvipollet illud כי in v. 2. & 13. ut adeo hoc non *causaliter* sumendum: sed *hypotheticè*. Notetur 2. in ipsâ hypothesi, illud שמע תשמע i. e. *auscultando auscultabis*, ut adeo, non qvalislibet: sed fidelis & perseverans s. continuata notetur *auscultatio*, eademq; conjuncta *cum observantiâ practicâ*, per illud: לשמר לעשות noster Luth. daß du halteſt und thuſt/ qvod

juxta literam in fontibus, würcklich oder in der That halten. Ipsa autem *agenda*, restringuntur omnia, *ad præcepta à Mose Israeli promulgata*, cumq; hæc omnia in *libro Legis* contineantur, ad *scripturas*, ut adeò hæ perfecta fidelium jam tunc regula fuerint, à *quâ nec ad dextram, nec ad sinistram exorbitandum* conf. v. 14. & vid. sup. in locis parallelis c. 5, 32. c. 12. 32. c. 17. 20. conf. qvoqve Jhos. 1. 7.

§. 2. In v. 4. in fontibus tria distincta memorantur vocabula 1. triplicatum פרי s. *Fructus* vocabulum in m. 1. sc. *fructus ventris tui, fructus terræ, fructus jumenti tui* (2) שגר in ordine ad *boves*, unde Belg. Vers. expressit, **de Voortsettinge uwer Koeyen.** (3) עשתרות in ordine ad *oves*, qvæ omnia communi nomine, inter tria illa, primo, expressit Luth. reddens 1. **Die Frucht deines Leibes/ Landes/ Viehs.** 2. **Die Frucht deiner Ochsen.** 3. **Die Frucht deiner Schaffe.** Notetur autem positus parallelus in illo ברוך פרי בטנך in exemplo eminentissimo, & ὑπερβατῶς mystico Luc. 1, 42. ubi est: εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Porrò in v. 5. benè versio Germ. **Gesegnet wird seyn dein Korb:** ceterùm illud: ומשארתך minùs rectè: **Und dein übriges.** Vox משארת, prout rectè notatũ in Miclal Jophi, est הערובת שלשין s. *mactra, in quâ dejicitur* vel *subigitur massa farinacea*, cui hîc v. 5. benedictio: infra v. 17. maledictio denunciatur: Reddendum adeo: **Gesegnet (v. 17. verfluchet) wird seyn dein Korb und dein Backetrogh.**

LOCUS II.

Indiculus Comminationum c. XXIIX. v. 15.

§. 1. Indiculum *promissionum*, seqvitur Catalogus *comminationum* hypotheticarum, qvæ (1) generaliter proponuntur v. 15. (2) specialiter exponuntur adusq; v. 58. (3) summariè sub hypothesi repetuntur, inde adusq; finem capitis. Notetur (1) in v. 22. שדפון & ירקון non sunt *plagæ frugũ:* sed immediatè *ipsorũ hominum* nec adeò probatur hîc Belg. Versio qvæ reddit: **Brandkorn/ Meeldaw.** Luth. noster rectiùs **mit gifftiger Lufft (Brandsucht) und Gelbsucht.** Notetur (2) tria hîc dantur ardentium *febriũ* nomina

mina, juxtà gradus *flammæ febrilis*, ſ. ipſius febris, calidæ, æſtuantis, adurentis, (1) קדחת (2) דלקת. (3) inde jam חרב ſ. *ſiccitas* & prodigioſa *macies, uredo, morbus regius*: etſi qvia in qvibuſdam febribus intervallum foris datur *frigoris*, excuſandus Vulgatus, qvi דלקת per *frigus* reddidit, cum aliàs דלקת καύσων, *æſtus*, non *frigus* ſit: nec tam ab hoc, qvàm ab illo de nominetur *febris*.

§. 2 Notetur (3) In v. 27. & v. 30. voces עפלים & ישגלנה, aliter in קרי Maſorethico marginali leguntur, ſc. illa per ובטחרים: hæc per ישכבנה, qvibus conſonantibus correſpondent puncta in ſcriptione ſuppoſita. Illud ter occurrere in ſcripturis notavit ad h. l. Maſora ſc. præter hunc locũ 1. Sam. 5. 6. 12. ut tamẽ ipſa vox טחרים in ſcriptione qvoq; occurrat ſ. in ipſo כתיב vel textu 1. Sam. 6. 11 17. Ratio vulgò ponitur τὸ στόμιον & λόγῳ: qvod parũ attẽdens in loco 1. Vulgatus, craſſe τὰ ἀχάμενα vel ἀλιμώπεα & σάμῳ. expreſſit: *Percutiet Dominus partem corporis, per quam ſtercora egeruntur.* Græci breviùs τὸ ἕδρας. At in fontibus non eſt ſubjectis ſed ipſius morbi in illâ parte nomen, ſc. *hæmorrhoidum* & qvidem *incurabilium*.

§. 3. Notetur (4) v. 40. Maledictionis novũ ſignum, qvod cũ *non defutura ſint olea in terminis Iſraelis, defuturũ tamen ſit oleum, quo ſe ungere poſſint:* ratio כי ישל זיתך Luth. reddidit: Denn dein Oelbaum wird außgeriſſen werden: ac ſi eſſet à נשל futurum Niphal, qvod tamen eſſet יִנָּשֵׁל, vel impersonaliter in Kal: *Quia* (hoſtis) *dejiceret oleam tuam*, vel, qvod propiùs, *defluxit olea tua.* At aliter Junius & ἑλλειπτικῶς. *Quia tua oliva, dejiciet oleas.* Rectiùs, intranſitivè, prout jam expreſſimus. Rectiſſimè ut ſit futurum Niphal á radice שלל i. e. *quia ſpoliabitur oliva tua.* Denn dein Oelbaum wird beraubet werden. Atqve adeò, utut arbores olivæ non deerunt tibi: deerit nihilominus oleum.

LOCUS III.

Crudelis πανοφαγία XXVIII. v. 53. 54. 55.

§. 1. Crudeliſſima hîc notatur plaga, ſic ut, premente fame, & jubente ἀναγκοφαγεῖν, prædicatur futura *anthropophagia*, imò

πικροφαγίας, *s. ut præ angustiâ comesturi sint fructus ventris sui, carnem filiorum & filiarum suarum*, idqve cum *oculo maligno* s. invido, sic ut hanc immanem barbaramq; diætam alter alteri sit *invisurus*, nec facilè *partem crudelis epuli* communicaturus. Tanta calamitas generaliter describitur, cùm à parte comedentiũ famelicorũ, tum liberorum comedendorum v. 53. unde in illo mentio, *& fructus ventris*, illâ prodigiosâ fame absumendi, *& filiorum ac filiarum* pariter in illâ angustiâ absumendorum. Inde per μεριστὸν s. distributionem inter *Patrem & Matrem* s. *Virum & uxorem* specialissimè repræsentatur sc. resp. *Viri s. Patris* v. 54. 55. respectu *Matris & uxoris* v. 56. 57. respectu utriusqve, non promiscuè ex ignobili vulgo: sed & ipsorum antea *delicatissimorum & mollibus olim delitiis assvetorũ* Virorum in v. 54. 55. & pariter *feminarum olim sic mollium & delicatarum, ut præ delitiis & mollitie non tentarint plantam pedis sui figere super terram* v. 56. 57 conf. qvoad complementũ Thren. 4. 10. 2. Reg. 6. 28. Joseph. l. 6. de bello Judaico c. 11. 14. 16. l. 7. c. 7. 8.

Reddendum: Ein Mann/ der unter euch zuvor sehr zärtlich und in Lüsten gelebet hat/ wird/ indem er einen seiner Söhne geschlachtet / und sich davon zu sättigen gedencket / seinen Bruder / sein sönst liebstes Weib / und die Kinder welche er (nach denen so er abgethan) annoch übrig haben mögte/ scheel ansehen/ dannenhero / daß er nicht etwa irgend einem derselbẽ etwas abgeben möge von dem Fleisch seiner Söhne/ daß er frisset/ Sintemahl ihm sonst nichts übrig ist &c. Ita v. 56. Ein Weib das zuvor zärtlich und in Lüsten gelebet hat/ so daß sie nicht versucht hat ihre Fußsohlen auff die Erden zusetzen für zärtligkeit/ und Wolluſt/ die wird ihren sönst liebsten Mann/ ihren Sohn/ und ihre Tochter scheel ansehen/ und zwar wegen der affter Geburth/ die da außgehen wird zwischen ihren Beinen/ und wegen der Kinder/ die sie gebehren wird/ weil sie/ wegen Mangel alles anderen/ solche/ (sobald sie zur Welt kommen) gern im Verborgen (heimlich und allein) verzehren wolte/ in der Angst und Noth &c. Notum illud Vulgatum: Dũ canis

uis os rodit, ſocium quem diligit, odit, qvod inprimis flagrante fame verum, teſtatur experientia, adeo ut ſuperet hæc dilectiſſimorum affectus. Sic mater abſumens in arcano carnem *filiorum* & *ſecundarũ* me tuit ſibi à convictoribus, Marito, Filio, filiâ ſuperſtite: & contra, Maritus, qvia metuit ſibi à contubernio Fratris, uxoris, filiorum reliqvorum, invidet his, ſ. *maligno* hos *oculo* adſpicit, ne ſupervenientes forſan in partem funeſti epuli veniant, & ſibi partem præripiant. Inde exuto jam affectu paterno & materno per mactatam ſobolem, exuitur qvoqve maritalis, & ſuccedit inter conjuges, triſtis illius epuli reſpectu, *oculus malignus*. Senſus contrarius hîc expreſſus in Verſ. Germ. **der Mann wird dem Weibe vergönnen/ & contra**

LOCUS IV.

Fedus bis pactum. Tentationes & ſigna.

c. XXIX. 1. 3.

§. 1. Bis fedus pactum cum Iſraelitis, ſemel in Choreb,, ſemel in terrâ Moabitarum: undeſlegitimatur illud Lutheri: **zum andernmal/** qvia ſc. hoc pactum præter id, qvod in Choreb. Et ſubſtantiâ qvidem utrumq; fedus idem eſt, ad reſipiſcentiam & fidem invitans, lege & Evangelio, ſic tamen, ut prius initum ſit non ſolùm cum præſentibus nunc Iſraelitis; ſed & cum prioribus illis qvi ex Ægypto adultiores exceſſerant, etſi fructus qvoqve illius nõ ad adultiores proſtratos; ſed ad Filios & præſentes hîc ingreſſos: hoc autẽ non eũ illis: ſed tantùm cũ præſentibus tunc & Jordanẽ tranſituris: ut tam ẽinter hos qvidã fuerint, qvi primo federi in Choreb jam tunc interfuerint, imò qvi pueri ἀυτόπται fuerint miraculorum non ſolùm in deſerto: ſed & in Exodo & Ægypto conf. c. 5, 2, 3. c. 29, 2. 16, & ſic utrumq; pactum factum cum Iſraelitis præſentibus majore numero jam tunc viventibus, non autem cum Patribus illis, ob rebellionem in deſerto proſtratis, ſic ut in hos exiret terreſtris hujus ille pacti fructus.

§. 2. Aliud

§. 2. Aliud sunt מַסֹּת s. *tentationes* illæ maximæ: aliud מַרְאֹת i. e. *signa illa* & מֹפְתִים s. *prodigia illa maxima.* Die grossen Versuchungen/ die deine Augen gesehen habē/ ja eben die überaus grosse Zeichen und Wunder. Licet enim nec in tentationibus illis, per qvas constantiam sinceritatemq; Israelitarum explóravit Deus, defuerint ingentia signa & prodigia, (conf. Exodi 15, 25. c. 16. 5.) tamen & tentationes qvædam non fuerunt miraculosæ, & miracula qvædam non intentione tentandi: sed puniendi.

LOCUS V.

Donum Dei, cor intelligens, oculus videns, auris audiens.

c. XXIX. 4.

§. 1. Qværitur, an sensus: *Nondum dederat:* eratis enim adhuc parvuli? Ita Junius. An: *Nec ante dedit, & ne nunc quidem dedit?* An: *Licet antea nō dederit, nunc tamen dedit?* An: *non solùm nunc dedit: sed & jam antea dedit*, ut illud וְלֹא sit interrogantis: *Et non dederit vobis Dominus mentem ad cognoscendum?* i. e. utiq; dedit. Ultimum non probatur. Illud וְלֹא hic ex argumento non legitimatur interrogationis signum. *Signa illa* & *prodigia* ipsis Israelitarum oculis objecta probant sanè intentionem dandi, etsi non actualem obtentionem doni. Sufficit Deum semper dare voluisse & seriò talem Israelitarum illuminationem intendisse, propter qvam & fecerit qvæ mox seqvuntur admiranda illa v. 5. 6. 7. 8 etsi actualis *datio*, cujus correlatum est *acceptio*, & qvæ adeò *eventum* & effectum obtentum includit, hactenus non accessit. Malimus ergò teneri hîc sensum Versionis Germanicæ. Licet autem non valeat illatio: *Non dedit vobis ad hunc usque diem. E. nunc dedit:* tamen, materialiter & ex contextu tale qvid probatur.

§. 2. Qvod ergo Maccovius Coll. Theol. p. 1. disp. 1. qvæst. 1. pag. 2. qværit: *Fuerintne* Israelitæ à Deo instructi sufficiente gratiâ, *nec ne?* Si 1 *falsum fore quod hîc dicitur* sc. Deum nunqvam illis dedisse cor intelligens. Siz. *dari hîc luculentum exemplum hominum, quibus nunquam datur cor* intelligens, & *nec* tales *aures, nec oculi. E. nec gratia sufficiens*, hypothesis falsa est, sufficientē gratiā, non absolvi oblatione, & seriâ dationis divinæ intentione; sed inludere effectum obtentū, atqve adeò sine obtentione &

ne, & ultimatâ actuali efficientiâ, neminẽ instrui sufficienti gratiâ. Fatemur, â Deo non solùm visionis (de qvâ hic loqvitur Moses) actum : sed & potentiam concedi eis, qvi vocantur. Sed negamus, actum visionis sic effici in homine, ut homo, cum Deus actu videntem illum facere vult, non possit nolle videre conf. Joh. 3, 20. atqve adeò propterea actu non videat, qvia Deus ex absoluto decreto non dedit sufficientem gratiam.

§. 3. Falsum præterea, causam negati actus videndi poni negationem illius *dationis divinæ*, s. volitionis dandi, ita ut dicatur propterea non *vidisse*, qvia *Deus nec dederit nec dare voluerit*, idqve absoluto decreto. Contra: propositio hîc est exprobrativa, qvâ Moses exprobrat Israelitis, qvod Deus, etsi admirandorum illorum patratione, tractu efficacissimo, vere & seriò intenderit operari in Israelitis *tale cor, tales oculos, aures*, tamẽ, propter oppositã *rebellionem* & *inobedientiam*, *non dederit*, cum effectu obtento, nec, salvo ordine cœlitus posito *sic dare*, & *operari potuerit*. Constabit illud ex collatione v. 4. & 6. Si enim verum qvod dicitur v. 6. *admiranda* eo fine facta, *ut intelligeret populus*, *quod ipse Jehova esset Deus ipsorum*, E. falsum, Deum absolutè *cor intelligens & oculos videntes* dare noluisse, & propterea illos non habuisse, qvia Deus absolutè noluerit dare. Implicat id contradictionem in Mose: sc. *voluisse Deum ut haberent cor intelligens*, & *non voluisse*. Et *Deum voluisse ut intelligerent*, & tamen *ipsos non intellexisse*, *quia Deus absolutè noluerit illam intelligentiam dare*. Perit sic vis & efficacia *exprobrationis*, & Deo *manifesta hypocrisis* tribuitur, qvi v. 6. simulaverit se *velle*, *ut intelligerent*, cum tamen absolutè (v. 4) noluerit, prout rectè colligunt Remonstrantes p. 2. art. 4. p. 166.

§. 4. Falsum, cor ad *intelligendum*, *oculos* ad *videndum* &c. solis Electis dari, & qvidem absolutè & irresistibiliter. Fuerint sic omnes illi s. *tota multitudo* Israelitarũ (qvam paucis exceptis hîc alloqvitur Moses) reprobis accensenda, cum tamen nec omnes qvi in deserto prostrati, fuerint reprobi, nec inter illos, qvibus dicitur non datum cor ad intelligendum, defuerint electi, etsi reprehensi propter obicem dationis divinæ consilio tunc ab ipsis oppositum. Si autem hi ex hâc causâ reprehensi, qvomodo reprobi, ex *hypothesi absoluta denegationis*, potuerunt reprehendi? Falsum adeò, conti-

neri hîc talem illationem Mosaicam: *Israelita non viderunt, quia ex absoluto Dei beneplacito gratiâ videndi præditi non fuerunt.* Periret sic Deo jus elenchi, & injustè accusaret defectum rei, qvæ cum à solo Deo sit obtinenda, non solùm nunqvam fuerit data vel serio oblata: sed & per absolutum & irrevocabile decretum denegata, qvo stante nec acceptare poterant non oblatum, nec habere rei dandæ desiderium, qvippe pariter cœlitus infundendum. Nihil ergo in hoc loco pro *absoluto prædestinationis decreto*, nihil pro *gratiâ absolutè & irresistibiliter determinante*, eademq; *absolutè particulari*, & pro errore adeo *Dominicanorum, Jansenistarum, Calvinistarũ.*

LOCUS VI.

Designatio confederatorum. c. XXIX.

§. 1. In redintegratione federis, ipsaq; hujus veritate s. substantiâ exponitur 1. memoriale admirandorum præteritorum adusq; v. 10. 2. designatio confederatorum partim præsentium, adusq; v. 14. partim futurorum adusq; v. 20. 3. Comminatio fumantis iræ in rebelles à v. 20. ad f. c. XXIX.

§. 2. In *pacto* hoc *jurato* (unde hîc copulatur הברית & האלה vid. v. 12. 14.) pulcherrima non semel occurrit panegyris & Universitatis Israeliticæ (qvæ ad ipsos usqve parvulos tunc stabat s. comparebat coram Domino Deo suo vid. v. 10.) distributio. Sic v. 10. & 11. memorantur. (1) *Primores tribuum.* (2) *Singulæ tribus.* (3) *Seniores tribuum.* (4) *Judices & Moderatores.* (5) *Omnes viri Israelitæ.* (6) *Omnes liberi* s. *parvuli.* (7) *Omnes feminæ.* (8) *Peregrini*, qvi in castris, ubi & numerus, & ordo, qvo collocantur, attendi meretur.

§. 3. In v. 19. ordo compositionis Politicæ observatur. Ponitur sc. (1) *Vir* & *mulier* 2. משפחה s. *familia.* 3. שבט s. *tribus integra.* E *viro & muliere*, per generationem, extensio sit in *familiam*, ex multis *familiis* constat *tribus.* Porrò pactum hoc sancitur non solùm cum *natis tunc præsentibus*: sed, qvia cum totâ gente, extenditur etiam ad *nondum natos* v. 14. 15. qvomodo feuda dantur viventibus, & horum posteris, etsi nondum natis, ut frustra ex hoc *pacto cum nondum natis* probare conentur Judæi μετεμψυχωσιν animarum.

LO-

LOCUS VII.

Radix cicuta in corde Impii vel Apostatæ. XXIX. 19.

§. 1. Pangitur illud fedus cum totâ gente, & tunc viventibus, ac coram DOMINO, in hâc solenni concione adstantibus, à senibus ad parvulos v. 10. 11. 12. & cum natis natorum ac nascituris ab his v. 14. 15. ut nec nunc, nec omnibus seculis deinceps sit sive *Vir aut mulier*, nedum *familia*, vel *tribus* integra, qvæ à cultu veri Dei deficiat ad Idololatriam gentium, & ne adeò in Israel *enascatur radix proferens cicutam aut absinthium*, v. 18. cui similis, in ipsâ etiam λέξει, sententia Pauli est Heb. 12. 15. jubentis ἐπισκοπεῖν, s. probè attendere, μήτις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ i. e. *ne radix amaritudinis* (cogitatio cordis fellea s. in Deum acerba) *progerminans negotium faceſſat.* Explicatur illa *radix amaritudinis* & illa χολὴ πικρίας (qvalis & à Petro notata in Simone Mago Act. 8, 34) v. 19. per obstinatum perseverantiæ in ambulatione pravâ s. Idololatricâ consilium, & execrationum illarum divinarum contemtum, ac enthymema adeò veritati & comminationibus illis divinis oppositum: qvo, etsi *audierit superiora Dei in pravè* e. c. ad colendū Deos gentiū, ambulantes, fulmina & *execrationum* tonitrua, nihilominus ipse *sibi benedicat in animo suo* (en *radix amara*!) *dicens in corde suo* (en *absinthium & cicuta*!) *Pax erit mihi si in sententiâ animi mei* (pravo cordis consilio) *ambulavero.* Sequitur nunc למען ספות הרוה את הצמאה, de qvorum verborum sensu qværitur.

§. 2. Vulgatus expressit: *& absumat ebria sitientem.* Ita juxta Clementinam correctionem: at juxta Sixtinam sensus hîc planè contrarius; *Et assumat ebria sitientem.* Grotius & Jun. ac Trem. *ut addat ebriam sitienti.* Interpp. Græci: ἵνα μὴ συναπολέσῃ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν ἀναμάρτητον i. e. *ne peccator* (qvi planè ebrius est, der in Sünden ersoffen ist) *secum in exitium ducat illum, qui peccati expers est* (sitientem) Luth. noster: Auff daß die Trunckene mit den Dürstigen dahin fahren. L. de Dieu notat (1) subintelligendā esse vocem הארץ, ut הרוה & הצמאה sint idem qvod *terra irrigua, terra arida*, siticulosa Ps. 66, 12. Ezech. 19, 13.

Notat (2) animum anxium comparari cum ארץ ציה vel cum ארץ עיפה וצמאה ſ. *terrâ aridâ & ſiticulosâ*. Pſ. 143, 6. contrà, *ſolatio abundantem* cum גן רוה ſ. *horto irriguo* Jer. 31, 12. Igitur (3) inde natum משל ſ. proverbium: *Addere irriguam cum ſiticulosâ* i. e. dolorem gaudio, anxietatẽ ſolatio, metũ ſpe temperare. Proinde 4. ſic applicat: *Hominem talem audientem adjurationes divinas, quæ debebant ſollicitum & anxium reddere, ſibi ipſi ſolatium fingere, & dicere* שלום לי: i. e, *proſperè erit mihi, atque adeò animum adjurationi divinæ obnoxium perſvaſione pacis ſolari & obdurare.* Addit (5) idem, Vulgatum, juxta lectionem hîc meliorem *Sixtinam: Ut aſſumat ebria ſitientem* ſ. *ebrietas ſitim* i. e. ait Ludovicus de Dieu non ut addatur *ebrietas ſiti: ſed ſitiũ ebrietati.* Si qvis jã ebrius peccatis, cupiat addi ſibi ebrio novam ſitim peccandi, is deſperatæ eſt malitiæ, cui miſericors eſſe non potero. Conciliatio facilis foret, utriusq; Vulgatæ lectionis, cum Græcâ, & Germânâ, inprimis, cum radix ספה unde ספות h. l. utramq; habeat ſignificationem & *conſumendi* (vel *abſumendi*) & *addendi* (vel *aſſumendi*) ſi talis καὶ ὑπερβολὴν ἁμαρτίαν; qvalis hîc repræſentatur, intelligeretur in רוה, & talis peccati expers voce הצמאה (qvod contra utramq; verſionem Ludovici) Flueret ſic talis translatio: *Ne ſit inter vos talis, qui ad audita verba adjurationis, ſibi in animo benedicat* &c. & ſic talis præfractè impius, totus peccatis ebrius, ſecũ abducat (ad æternũ ſc. exitiũ, & adeò ſic *aſſumat*, ut ablumatur, qvod pulchrè Græci unâ voce: συναπολέσῃ reddunt:) *ſitientem* (ſimplicẽ ſ. verũ credentem) & ſic ebria cum ſitiente pereat, atqve adeò nihilo plus agat, qvam ſi deſerta ſiti regio ſe, irriguam vel extremè ebriam ſaturamq;, velit perſuadere. Omninò autem intereſt ad reſolutionem propoſitionis, in qvâ accuſativus particulatus ſit Nominativus, atqve adeò הצמאה ſ. *ſitiens* eſt ſubjectum: cætera, prædicatum, & ſenſus: talis homo *ſitientem addit irriguam* ſ. pacem ſibi promittendo & in pravitate cordis ſecurè ambulando, cum revera ſiticuloſus ſit, i. e. nihil ſolidæ pacis & conſolationis habeat, nihilominus irriguum ſ. pace & conſolatione plenum ſe reputat.

§. 3. Pulchrè ad phraſin præſentem Moſaicam facit, qvod

in

in Clementinâ 3. (utut falsò sanctiori illi Clementi Apostolorum Auditori suppositâ) in hunc sensum legitur: Nihil *est gravius, quàm si quis id, quod ignorat, scire se credat, & defendat verum esse, quod falsum est: quod perinde est, ac si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium tamen, & ipse se putet, & dici à teteris velit.* Ita h. l. nullum insanabilius crimen est, qvàm si qvis pravè ambulans, rectè tamen se ambulare credat, qvod tale est, qvale, si qvis in desertâ siti regione positus & siti confectus nihilominus irriguum vel ebrium se putet, & non obstante ipsâ sitis &, penuriæ omnium rerum experientiâ, abundantem tamen se bonis omnibus & pulchrè pransum potumq; censeri velit. Ita omnis hæresis, cum revera sit צמאה s. *aquâ vitæ destituta*, videri tamen vult הרוה s. *irrigua* i. e. *aquâ vitæ* & solidæ consolationis plena.

§. 4. Prout autem supra v. 18 casus talis criminalis formabatur non solùm ratione individui hujus vel illius peccantis: sed & ratione *totius familiæ, imò tribus*, sive unius sive plurium vel etiâ cunctarum: ita nunc pœna qvoqve decernitur & *individuo elatâ manu peccanti* v. 20. & 21. *sc. fumans ira Dei* & *Zelus ignis* consumentis *sine condonatione*, qvin potiùs cum individuali *ad experimenta omnium execrationum segregatione* v. 20. 21. (conf. Heb. 10, 26. 27. 28) & *familiis* pluribus s. *tribui* sic peccanti, uni sive pluribus à v. 21. per plagam Sodomiticæ parem ipsi terræ inferendam, & hancper effusiones omnium maledictionum sic puniendam v. 22. 23. 24. 25. 26. 27. per *exstirpationem Israelitarum de terrâ promissâ, & dissectione illorum in terras alias*, SICUT est HODIE, & utroq; illo *cum irâ, cum excandescentiâ, cum fervore magno* v. 28. Seqvitur nunc conclusio insignis v. 29.

LOCUS II.X

Arcana Dei, revelata c. XXIX. 29.

§. 1. Jun. & Tremell. reddiderunt: *Quæ occulta sunt, penes Jehovam Deum nostrum sunt: atqua revelata sunt, nobis & filiis nostris usque in seculum revelata sunt, ut faciamus omnia verba hujus legis.* Seqvitur versio Belgica: **de verborgen Dingen zyn voor dem Heere onsen GOde/ maer de geopenbarede zyn voor ons ende onse Kinderen.** Eodē modo Græci: sed & videtur intendisse

Vulgatus, saltim juxta ante Sixtinam editionē, à qvâ qvodammodo aliam hîc Grotius allegat. Lutherus autem aliter, & sic ut illa הנסתרות, illa ipsa antea arcana divina, dicantur Israelitis & horū filiis revelata, in seculum. Reddidit. Das Geheimnüß des HERRN unsers GOttes ist geoffenbahret / uns und unsern Kindern ewiglich. Juxta qvem adeò, הנסתרות & הנגלות non essent objecta numero, nedum specie distincta, sic ut *consiliorum veloperum* divinorum, qvædam dicantur *abscondita* vel *arcana*, qvædam *revelata* & hæc respectu illorum, (materialiter s. à parte rei) *oppositа* vel *disparata*: sed salvâ solius modi *absconsionis* & *patefactionis* oppositione, illa ipsa antea *abscondita* nunc esset objecta *revelata*, non ampliùs arcana: licet, qvia nullū mysteriū sive plenè revelatur, sive juxta omnē mensurā revelationis, capitur, idem mysterium, qvod ex toto fuit arcanum ante patefactionem, etsi post hanc non ampliùs est arcanum, qvâ parte revelatur & adeò arcanum ex toto, tamen non desinit esse arcanum, à parte majore, qvâ sive non revelatur, sive non capitur. Fuerit adeò conciliatio versionis Germanicæ talis: Hæc sunt *illa mysteria Domini Dei nostri* (*absconditа in thesauris Dei*) *sed qua ipsa facta sunt revelata nobis & filiis nostris in seculum.* Qvomodò & Grotius sensum esse dicit: qvæ antea *penes se retinuerat Deus*, *illa nobis patefecit*, ut haberemus *normam, ad quam componeremus vitam.*

§. 2. Omninò autem ex consilio fontium, si pronunciandum, videri poterat (1) positū illum הנסתרות ליהוה אלהינו non esse *nominis Logici* s. *subjecti*, sic ut qvæ in m. 2. seqvuntur, habeant instar *verbi Logici* s. *prædicati*: sed utrumq; positum tùm illum in m. 1. tum alterum m. 2. habere rationem pleni axiomatis s. enunciati, ut adeò duæ hîc dentur enunciationes, una in 3. illis vocibus m. 1. altera in toto complexo m. 2. Unde 2. prout נסתרת in enunciatione 1. ita נגלת in enunciatione 2. habere rationē subjecti, non autem prædicati. 3. In enunciatione 1. & membro 1. prædicatū esse ליהוה אלהינו in alterâ לנו ולבנינו, cū illis qvæ seqvuntur jā inde à לעשות. 4. Illud עד עולם non nectendū cū proximè antecedentibus; sed cū remotiori, הנגלות, non cū *nobis &*

Filiis

Filiis nostris: sed cum, *revelatis*: sic tamen ut illa, revelata dicantur Filiis. Probabile illud apparebat 1. ex accentuatione m. 1. verè regiâ, & tali qvæ reqvirebatur ad enunciatum emphaticum & magnificum, cũ aliàs, utroq; accentu Regio excluso, ad *terminum* enunciationis designandum in m. 1. satis fuisset Tiphcha in voce 1. & Munach in 2. qvin sic commodior locus Regi Atnach futurus fuisset in עולם, ibidemq; prout sententiæ: ita & membri 1. distinctio. 2. Ex articulo ה utriq; voci præpositio, qvi ordinariè ex subjecti, & illo ו eundem positũ formalem designante in נגלות, qvæ fuerat in הנסתרות. 3. Ex correspondentiâ positus, prout in vocibus הנסתרות, & והנגלות: ita inter ליהוה אלהינו & voces לנו ולבנינו. 4. Ex accentu Rege minore in הנגלת majore in ולבנינו, ut a deò hæc vox magis fit distincta à seqvẽtibus עד עולם: prout si in הנגלת fuisset major (e. c. Sakephgadol) jam totus ille positus לנו ולבנינו עד עולם, habuisset inter se cohærentiam.

§. 3. Inde ergo paralleliſmꝰ perfectus videbatur dandus in positu: הנסתרת ליהוה אלהינו, & altero והנגלת לנו ולבנינו, correspõdentibus & vocibus & alicubi accentibꝰ, ut sc. qvæ proportio Sakephkaton in voce 1 m. 1. ad Atnach in finem. 1. illa sit Regis Gereſch in voce 1. m. 2. ad proximũ Regẽ Paſchta in ולבנינו: qvin ex illâ hypotheſi, si 3. saltim vocibus constitisset enunciatio secunda, obtinuisset ex æqvo accentuatio talis regia in m. 2. qvalis fuit in 1. sc. territorialis Sakephk. in והנגלת, Tipcha in לנו & silluc in ולבנינו. Atqve adeò par futura suppositio pàrticulæ ל utrobiq;: qvalis in aliâ suppositione perit. Nec enim, qvomodo הנגלת *revelata nobis*: ita הנסתרות dicuntur *arcana* vel *absconditа* ipsi Deo; sed hac ratione *penes Deum* dicerentur, illa, qvia *nobis ac filiis nostris* fuerint *absconditа* (certè talia, non Deî: sed nostri respectu) & qvæ *nobis ac filiis nostris* nunc sint *revelata*.

§. 4. Qvin vel ex ipso contextu legitimare illum loci sensum licebat. Denunciaverat hactenus Moses *terribile Sodomiticoꝺ* par supplicium, *Viro, familiæ, tribui*, in qvâ futura erat, talis *radix sicuta vel absinthii*, qvalis notata v. 18. 19. Supplicium illud graphicè Moses expresserit, immutabilem illius *veritatem* contestatus illo

illo Rhetorum Schemate, qvod *diatyposin* & *sermocinationem* vocant, locutus de re futurâ, velut præsenti, & inducens de illo supplicio, judicia & responsa, tum hominum in Ecclesiâ, & in hâc tum *popularium*, tum *proselytorum* (conf. v. 22.) tum *omnium gentium extra Ecclesiam* v. 24. 25. 26. 27. 28. qvæ sc. decantaturæ erant & illud Dei in Judæos judiciū, & hujus causas. Objicere autem aliqvis poterat: de arcanis Dei non esse sic rhetoricandum: sed hæc velut reservata soli Deo, tempori & fato committenda. Anticipat nunc Moses partim 1. per ὑποφοραν s. objectionem eandemqve per magnificam sive παρρησιαν, sive ἐπιτροπὴν concedendo (ubi perinde sive per imperativum, sive indicativum modum acceperis, sive sic: *Esto*! *Arcana illa*, *DOMINO sunto*! sive sic: *Quæ abscondita sunt*, *utiq; penes Dominum Deum nostrum sunt*, & adeò soli Deo, sine curioso scrutinio majestatis, religiosè cum timore ac tremore reservantur) 2. per ἀνθυποφορὰν, immediatè objectioni respondendo. Sc. qvæstionem non esse de illis *arcanis Dei* imperscrutabilibus: sed de *revelatis*, & licet in superioribus illis judiciis non defutura sint qvoqve arcana multa, & ἀνεξιχνίαστα, adqvæ exclamandum, ὦ βάθος! tamen illa ipsa judicia, postqvam jam patheticè clarissimeq; sunt exposita, sic ut ipsis oculis Israelitarum fuerint subjecta, non esse ampliùs inter נסתרת s. *occulta illa Deo reservata*: sed inter נגלת s. *revelata*, atqve adeò omninò & à nobis agnoscenda & cum Filiis qvoqve communicanda.

§. 5. Foret hâc ratione facilis conciliatio superioris versionis Germanicæ. Licet autem in exemplo qvidem ad superiora illa judicia hic versus pertineat: omninò tamen ulterius respicit: imò transitio hîc est ad argumentum seqvens, & probandam conclusionem c. 30. sc. *doctrinam cœlestem* (non *legalem* solùm de qvâ hîc agitur: sed & *Evangelicam* s. τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως i. e. *Verbum* illud *fidei* conf. Rom. 10, 6. de qvo inprimis agitur c. 30. 11. 12. 13 14.) ab Israelitis fide amplectendam, non esse qværendam in הנסתרת s. *arcanis*, cœlo reservatis, sive *trans mare* vel in *abyssos*: sed in illis הנגלת s. *revelatis*, imò *propinquum esse* illud *verbū valde*,

esse

esse in ore, esse in corde: qvia sc. qvæ *revelata* sunt, debent esse *nobis, nostris & Filiis in ore, esse in corde.* Et illa, etsi ante revelationē הנסתרות, s. arcana, *revelata* sunt nō ad certū aliqvod tempus: sed עד עולם adusq; *consumationem seculi*, sic ut officium omnium in omni gente hominum, sive legale sive Evangelicum, per omnia Ecclesiæ tempora, *adusq; finem seculi*, sit in illis *revelatis* s. הנגלות.

§. 6. Apparebit autem inde 1. Nec h. l. negari, illa *revelata*, anteqvam revelarentur e. c. de admirandâ gubernatione Israelis, fuisse pariter in *arcanis divinis*, & contrà, qvædam *arcana* divina esse revelata & tunc idem valere de illis, qvod de his. Conf. Rom. 16. 25. 26. Ephes. 3. 5. 6. 9. 10. 1. Pet. 1. 12. Supernaturalis qvippe revelatio non est nisi arcanorum. 2. Nec in negotio salutis, nec extra hanc, dari arcana contradictoria revelatis, sic ut inde fingere liceat in Deo contradictorias voluntates, revelatam s. *signi* & arcanam *beneplaciti*, juxta qvarum alteram nolit idem, qvod juxta alteram seriò testetur, imò *juret*, se velle, sicut, ubi de Dei voluntate, in vocatione, e. c. reparatione, prædestinatione, qvid credendū, docetur ex נגלות s. revelatis, opponatur illis revelatis ex הנסתרות s. illis arcanis: qvalis distinctio & applicatio arcanorum & revelatorum fortissimè ex hoc textu retunditur, in qvo officium pii hominis tùm respectu credendorū, tum respectu agendorū, ad illa נגלות s. revelata restringitur. 3 Nec adeò dogmata hîc distinguuntur in *arcana & revelata*, vel *articuli fidei* fingendi sub hoc discrimine. 4. Nec *arcana illa* negantur esse in illis הנגלות s. *revelatis*. e. c. Articulus de resurrectione mortuorum, de adventu Christi ad judicium futurus die novissimo, est inter נגלות s. revelata: sed qvot annis aut seculis absit dies ille novissimus? an diu, an noctu Judex venturus? in qva parte terræ judiciū, & qvomodo futura sit resurrectio, & carnis sive immutatio, sive resuscitatæ glorificatio? est inter נסתרות s. arcana. In omnibus sc. fidei articulis discernenda sunt à fundamento principaliq; dogmate, qvæstiones in qvibus, prout *Augustinus loquitur, salvâ fide, quâ Christiani sumus*, aut *ignoratur quid verum sit, & sententia definitiva suspenditur, aut aliter quàm est, humanâ & infirmâ suspicione conjicitur*, & de arcanis illis mysteriis id credendum, qvod est revelatum.

LOCUS IX.

Promissio reductionis Judæorum hypothetica. c. XXX. 3. 9.

§. 1. Notetur venusta *conditionum* & *promissionum* collatio, per qvandam qvasi ἀνταπόκλασιν in vocabulo שוב. Scilicet, si Israel erit שוב s. reversus ad Dominum, qvod qvidem fieri docet Moses, si ex *verbo auscultato* & *ad animum revocato* dolorem de peccatis, & fidem concipiat v. 1. & 2. fore etiam, ut Dominus sit שוב s. reversurus Israeli, ex omnibus hunc gentibus collecturus: & non sic solùm miseraturus: sed & ipse qvasi *cũ multitudine captivorũ* ex *terris gentium* in terrã promissam *rediturus*, prout olim in nube Antecessor cum ipsis Israelitis in terrã promissã venit, conf. etiã v. 8. & 9. Notetur ibi duplex שוב in v. 3 prout in hypothesi duplex שוב à parte Israelis v. 1. & 2. Est autem tota hæc promissio hypothetica, unde ad complementum hujus reqviritur, ut primò ab ipsis Judæis hypothesis tum legaliter, tum Evangelicè (qvalem hinc deduxit Paulus Rom. 10, 6.) expleatur: qvo facto, si vel tunc desit eventus, videndum, annon qvicqvid hîc promittitur, tempore Zorobabelis & posterorum, jam fuerit adimpletum, ut sic corporalis reductio Judæorum in terram majorum, ne qvidem probetur ex hoc loco velut credenda s. speranda, etiamsi constet de Judæorum pœnitentiâ.

LOCUS X.

Circumcisio cordis. Præceptum Dei cognoscibile. c. XXX, 6. 11. 12. 13. 14.

§. 1. Circumcisio cordis, qvæ promittitur v. 6. qvæ sc. est illa ἀχειροποίητος & ἐν πνεύματι ὁ γράμματι, imò illa περιτομὴ καρδίας Rom. 2, 29. Coloss. 2, 11. periphrasis est *promissionis Evangelicæ*, & benedictionis spiritualis, prout qvæ seqvuntur v. 7. 9. sunt temporales suspensæ à conditione, qvæ habetur v. 10.

§. 2. *Præceptum* illud cujus mentio v. 11. est & *Verbum legis* in officio Pædagogico, & qvatenus *finis Legis Christus* est, hîc consideratum, & potissimùm adeò EVANGELIUM s. τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως. Probatur ex contextu, & allegatione ac usu Rom. 10. 6. Illud sc. verbum, per qvod in ipso corde perficitur superior illa circumcisio. Admittimus autem concessam liberaliter à Bellarmino, talem hujus loci paraphrasin: cum totam legem vobis jam expoſuerim, non potestis nunc inobedientiæ vestræ præ-

(texere ignorantiam. v. 12. *Mandatum* enim illud non est *in loco alto* (cœlo v.12.) vel *longinquo* (trans mare v.13.) *ut illud cognoscere non valeas*, sic ut illius causâ tibi in *cœlũ ascendendum*, vel in *mare profundum* sit descendendũ & *ultra mare*, cujus qvædam abyssus est, qværendũ: sed est tibi *propinquum valde*: imò & (qvia Legem audivisti & didicisti) est *in corde tuo*: & qvia in illam observandam in solenni actione federali compromisisti (vid. c.26.17.18.) fuit & est *in ore tuo*. v.14. Cumq́;, qvicqvid hîc de הדבר s. *præcepto* prædicatur, non solùm comparativè (& per modum assimilationis, ac si sc. diceretur saltim, parem esse rationem *Evangelii*, qvæ *legis*, ut sicut propter hanc, prædicante Mose cognoscendam: ita & propter doctrinam Evangelicam, prædicantibus Christo & Apostolis, cognoscendam, non opus sit vel *in cœlũ ascendere*, vel *contrà, in profundum mare contendere*, cum æqvè & Evangelium & Lex sit in *ore & corde*) accommodetur: sed clarissimè de Evangelio velut uno, eodemq́; præcepto, explicetur ab Apostolo, concludetur inde contra Pontificios: *Non solùm doctrinam legis: sed & Evangelii, in scripturis sic proponi, ut utriusqve detur facilitas cognoscendi*, qvod facit contra illam clamosam *de obscuritate scripturarum* universali, qverelam Papisticam.

§. 3. Notetur adeo hîc retractatio alicubi, & confessio Bellarmini. Ad objectionem enim contra qverelam de obscuritate scripturarum Papisticam, ex hoc loco Mosaico sibi factam respondet l. 3. de Verbo Dei c. 2. *plurimos hunc locum intelligere, de facilitate non scripturas intelligendi: sed mandata Decalogica implendi, sub adjutorio sc. gratiæ. (quod sit contra omnes Lutheranos) alios tamen, in quibus sit Abulensis, intelligere hæc verba de facilitate cognitionis, non quidem scripturarum sacrarum (qua tunc adhuc nulla erant forsasse) sed præceptorum tantùm Decalogi, qua cum sint naturalia, facilimè intelligantur*, qvæq; Judæi *inprimis facilè scire potuerint, qui Mosen audiebant explicantem, quibus, quia jam intelligebant, profuerit sermo in corde, & quia se intellexisse confessi jam erant, prope in ore. Davidem* (pro revelatione admirandorum legis) *precatorem*, Ps. 118. nomine *Legis* intelligere *totum scripturam*: Mosen, nomine *legis* solum *Decalogum*. A facilitate autem *Decalogi* ad facilitatem cognoscendi *scripturas universas* non valere consequentiam. Ita Bellarminus.

§. 4. Rectè, missâ expositione de facilitate implendi, ivit in alteram de *facilitate cognoscendi*. Obtestatio Mosis intendit adimere Israelitis omnes exceptiones vel excusationes. E. & illam de obscuritate. Rectè agnovit talem *facilatem cognoscendi dari* ratione *Decalogi* velut summarii *Legis moralis*. Ita enim & primarium, cujus causâ hunc locum contra Pontificios urgemus, conceditur, & magna pars qverelæ illius de scripturarum obscuritate tollitur. Si enim *quoad doctrinam legis*, scriptura perspicua est, qvomodo universalis talis, scripturæ qvæ in legem & Evangelium distribuitur, obscuritas sibi constabit? An fortè Evangelium obscurius ipsâ lege propositũ, inprimis in N. T. ubi ὁ μονογενὴς υἱὸς πάντα ἐξηγήσατο ἡμῖν Joh. 1. 18.? Id verò absurdissimum. Falsum autẽ 1. per *præceptũ* intelligi *solum* Decalogũ. Falsum 2. Decalogum, *scripturis* opponendum, cum Decalogus in tali systemate nunqvam fuerit in Ecclesiâ Israelis nisi αὐθεντικῶς, scriptꝰ, & à Deo ipso in tabulis, & à Mose *in libro legis*. Falsum 3. *tunc nullas adhuc fuisse scripturas*, etsi timidè Bellarminus id *pronunciavit*, apponendo solitum id sibi: FORTASSE. At præterqvam qvod *Decalogus & liber federis* jamdudum & vel ante 39. annos tunc extiterit scriptus conf. Exod. 24. 4. 7. tres illas hypotheses Papistarũ falsi convincit v. 10. in qvo mentio מצות & חקות s. *præceptorũ & statutorum*, & הכתובים בספר התורה הזה s. *omnium quæ scripta sunt in illo libro legis*. Jam tunc ergò dabatur ספר התורה s. *liber legis*, & adeo scriptura.

§. 5. Falsum 4. Rationem facilitatis cognoscendi Decalogum fundari in ratione naturalium, s. qvod præcepta sint naturalia. Cognitio enim legis moralis, qvoad sensum hujus intimiorem, post lapsum in naturâ corruptâ non minus supernaturalis est, & effectus acqvisitus merito Mediatoris qvin naturaliter non minùs Lex est incognoscibilis, qvàm præstatio ejus perfecta possibilis. Falsũ adeo 5. *explicationẽ illam Mosis contradistingui scripturis*. Contra, qvid aliud *Deuteronomium est*, qvàm Mosaica Universæ legis moralis & ipsius sic Decalogi explicatio & applicatio? Qvod si ergo Israelitæ *facilè potuerunt præcepta Decalogi scire ex Mosis explicatione*,

cationē, potuerunt qvoqve ex scripturâ, qvia illa explicatio est scripta, & adeo, ut Decalogus in *cordē Israelis* intelligeretur, & Israel se intelligere, *ore suo* confiteretur, id & poterat obtinere & obtinebat qvoqve *ex scriptura*. Falsum 6. Ad solum Decalogum intelligendum, non reqviri illud precum pro illuminatione interiori vel revelatis oculis animi studium, vel officium, nec in Decalogo dari talia *mirabilia*, propter qvæ intelligenda opus habuerit David illis precum formulis in Ps. 118. v. 18. *Retege oculos meos ut intuear mirabilia ex lege tuâ* v. 34. *Fac ut intelligam legem tuam* v. 135 *Faciem tuam illumina super servum tuum, & doce me statuta tua!*

§. 6. Falsum 7. Mosen nomine *legis* intelligere solum Decalogum: Davidem autem *omnes divinas scripturas*, & adeo ex precibus illis Davidis probari obscuritatem universarum. Qvin, si ex parte Decalogi non est obscuritas, Decalogus autem explicatus magna pars scripturæ est, qvomodo, si hic nō obscurus, constabit illa *obscuritas omnium scripturarum?* Et contrà, si de omnibus divinis scripturis prædicatur talis obscuritas, qvomodo de Decalogo, perspicuitas s. cognoscendi facilitas?

§. 7. Eadem Bellarmini pro nobis Confessoris assertio est lib. 5. de grat. & lib. arbitrio c. 6. & 20. ubi pariter citato Abulensi: *Hac*, inqvit, *expositio sc. hîc Mosen loqui nō de facilitate legis observandæ: sed cognoscendæ, videtur maximè literalis & porpria.* Et tamen ibidem inter Calvinum & Bellar minū insignis datur Syncretismus & in hoc circulus sc. *De solâ facilitate cognitionis locū Mosaicum intelligere utergi*, vocat *cavillatorium* conf. l. alleg. c. 20. & ibidem citatus Calv. adversus Pighium. Atqve concessum jam erat: *Mosen non loqui de facilitate legis observandæ:* E. *de sola facilitate cognoscendæ* hîc intelligendus erat. Conciliare conatur Bellarminus sc. Mosen loqvî *de facilitate cognitionis:* sed ut ex eâ concludat ad *facilitatem impletionis*. Urget pro illo v. 3. & 10. &, pro utroq; obtinendo promitti *auxilium gratiæ*, & contra *excusationem impotentiæ* v. 6. & contra *excusationem ignorantiæ* v. 11. Contrà, versus 11. est posterior vers. 6. & adeo exceptio prior obligatione: sed & à facili ad possibile, vel à facilè possibili cognoscibili, ad facile vel possibile præstabile, s. Practicum, non V. C. Datur qvidem subor-

dinatio talis sc. 1. *Auditus* 2. *intelligentia vel cognitio.* 3. *Præstatio* vel *impletio.* Cetervm à facilitate auditus & cognitionis, ad facilitatem præstationis non V. C.

§. 8. Falsum autem qvod ubiq; supponit Bellarminus & alii Pontificii, textum Mosis tantùm loqvi de lege. Obstat & contextus integer inde à v. 1. ad v. 15. qvi agit de usu federis *respectu resipiscentium* & adeo non excluso respectu *Evangelico*, & contextus particularis, in qvo mentio *conversionis cordis* v. 2, *Dei misericordis* v. 3. *circumcisionis cordis* v. 6. *novæ obedientiæ* v. 8. *gaudii* cœlestis, de Israele resipiscente v. 9. mentio totius libri legis v. 10. sed & apertissima hujus loci explicatio Apostolica de ipso ῥήματι πίστεως s. *Verbo fidei ab Apostolis prædicato*, & de ipsâ fidei justitiâ, cujus in hoc aureolo Mosaico linguam agnoscit Apostolus Rom. 10. 6. 7. 8. Utrum autem id saltem *accommodativè per quandam similitudinem legis & Evangelii contra sensum literæ Mosaicæ?* Id sanè affirmat Bell. l. 5, de grat. & lib. arb. c. 6. & 20. qvin excipit: *Mosis sententiam esse claram, Pauli obscuram: nec adeo Mosen ex Paulo: sed Paulum ex Mose intelligendum vel explicandum* Contrà, Paulus de tali *justitiâ fidei* hunc locum explicat, qvæ est contradistincta τῇ δικαιοσύνῃ τῇ ἐκ νόμου s. *justitiæ, qvæ est ex lege*, & expressè: ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει. Qvomodo autem habet illa lingua *justitiæ fidei?* Illa verò ita habet, prout de מצוה התכתובה s. *Mandato hoc scripto* (conf. Deut. 30. 10. 11.) enunciatur à Mose v. 11. conf. Rom. 10, 6. 7. & addatur: illud ipsum *verbum*, qvod *prope esse dicitur*, *in corde* sc. per fidem, in *ore* per confessionem, esse *Verbum fidei, qvod Apostoli prædicarint* v. 8. Qvid his clarius?

§. 9. Et ipse tandem Bellarminus hîc qvoqve Confessor pro nostrâ thesi pronunciat: *Si*, inqvit, *hic locus etiam ad Christum pertinet sensu literali sive mystico, non multum laboramus. Satis, si concedatur loqui Mosen etiam de præceptis Decalogi servandis.* Omnino etiam ad doctrinam Evangelii & sensu qvidem literali hoc axioma Mosaicum referendum, & Paulus testatur l. alleg. & contextus clamat, qvi hîc occupatur in usu federis divini resp. resipiscentium s. Evangelico conf. v. 2. 5. 6. 8. 9. 10. Mittimus illa, qvæ addit Bell. *de libero arbitrio, per qvod possit homo servare illa* (accedenite sc.

te sc. auxilio gratiæ) & non servare, qvalem qvidem plenam & perfectam observationem Legis in statu post lapsum, etiam sub adjutorio gratiæ possibilem, nec hic locus probat, nec ipsi Pontificii solidè admittunt, qvi qvantum in hoc argumento *possibilis perfectæ observationis legis*, homini renato tribuunt, tantum variis limitationibus & clausulis diminuentibus iterum adimunt, sic ut illa, qvam jactant, plena observatio legis, revera, vel ex ipsorum hypothesibus & explicationibus domesticis, ne *semiplena* qvidem sit.

§. 10. Sed & notetur hujus Mosaici, à Paulo Rom. 10, 6. 7. allegati & ad doctrinam fidei, contrà qverelam de hujus incognoscibilitate, applicati loci, abusus Papisticus, in controversiâ *de descensu Christi ad inferos*, & inferno, loco subterraneo, s. profundissimâ voragine subterranea in ipso terræ centro, variis regionibus distinctâ. Qvia sc. Apostolus linguam justitiæ fidei hanc esse dicit: *Ne dicas in corde tuo, quis ascendet in cœlum? quippe quod sit Christum deducere:* nec: *quis descendet in abyssum, quod sit, Christum ex mortuis educere*, concludunt inde, Christum post mortem, ante resurrectionem, fuisse in *abysso*, & qvidem in *abysso* contradistinctâ *cœlo*, inter qvod *cœlum* & *abyssum media sit superficies terræ*, cui cum proximus sit locus corporum sepulcralis, imò *sepulcrum Christi supra terram* fuerit, & *in sepulcrum facilis descensus* sit (cum hîc ponatur tanqvam res homini viventi impossibilis, *descendere in abyssum*) sed nec Christus mortuus in *statu damnatorum* fuerit, non posse h. l. intelligi nomine *abyssi* sive sepulcrum sive damnatorum statum: sed solum *inferorum locum, longissimè à cœlo distantem & adeo profundissimam in centro terræ voraginem variis regionibus distinctam*, qvas omnes & singulas (non *solum limbum Patrũ*, prout voluit Thomas 3. p. 4. 52. art. 2.) neqve per *effectum* saltan: (prout voluit Durandus in 3. dist. 22. q. 3.) sed & *secundùm substantiam* descenderit anima Christi, sic ut malint potiùs *sinum Abrahami* & *Paradisum* promissum Latroni Luc. 23, 43. collocare in inferno, apud illos καταχθονίους, qvi æq; *in nomine JESU, genua flectant*, ac ἐπιγείους Phil. 2. 13. qvàm qvoad *realem*

præsentiam,

præsentiam, animam Christi in illo triduo mortis in cœlo. Conf. Bell. l. 4. de an. Christ. c. 10, 12. 13. 15 16.

§. 11. Ceterùm, præterqvàm, qvod falsæ illæ hypotheses de *inferis localibus in centro terræ*, de illorum in varias regiones (qvarum supremus locus sit *Limbus Patrum*, idemqve *sinus Abrahami* dictus, *velut carteraliqvis honorabilium personarum in illo subterráneo specore adventum Messiæ expectantium*, alter ab hoc descendendo *limbus infantum*, etsi Adrianus Lyræus in trisag. Mar. l. 3. tono 1. hunc tertium numerat, & Purgatorio inferiorem tertius *Purgatorium*, idemq; animarum qvidem beatificandarum: Sed priùs ignis infernalis (& sic non *damni* solùm. sed & *sensus* pœnâ expiandarum & expurgandarum, qvartus & infimus, *infernus damnatorum* in ipso terræ centro positus) distributione, de sanctis|defunctis omnibus ante resurrectionem Christi apud inferos, ipsoq; sic limbo Patrum, de *descensu Christi ad inferos* ad solam animam in statu separato restringendam, de ipsâ adeo animâ Jesu in triduo mortis, qvoad realem præsentiam, non nisi in regionibus inferorum, & fine descensus, liberatione animarum ex limbo, non probantur: sed velut axiomata supponuntur, committitur Fallacia dictionis. Abyssus in Paulo explicanda ex Mose est, ubi *maris* est vocabulum, ut adeo in Paulo, *abyssus* non sit infernus damnatorum: sed mare s. תהום רבה qvæ in V. T. Græcis Interpp. familiariter venit *abyssi* vocabulo. Et sic in aqvis, infernus vel Limbus ille qværendus fuerit. Profundissimus sanè Oceanus, abyssus est, & sic appellatur. Distinguendũ præterea inter ipsam Mosis in Paulo allegationem s. literalem interpretationem & hujus hypotheticam accommodationem, vel mysticam applicationem. Ab hàc ad illam non V. C. nec magis ad intelligendum in *abyssò* sepulcrum, qvàm Limbum, qvorum illud volunt Calviniani, hoc Pontificii.

§. 12. Hugo Grotius sic παραφράζει: *Mandatum hoc qvod ego tibi præcipio hodie, non est in cœlo, ut dicas qvis ascendet nobis in cœlum?* (i. e. non petendum est divinatione, ne vel ex *astrologia* & ejus *nomine consulendi Magi vel Chaldæi*) *nec est ultra mare (sic ut eo nomine adeundæ sint gentes longinquæ prout facere solebant Ægyptii, & Phœnices)* de qvo qvid sentiendum constabit ex superi-

ri.tus.

DECAS X.

LOCUS I.

Orthotomia partis ultimæ Devteronomii, inde à c. XXXI. adusq; finem libri.

§. I.

SEqvitur pars ultima *Devteronomii* Mosis, qvi prout hactenus populum non tantùm *cognitione Legis*: verùm etiam *Evangelii* imbuere, solideq; informare allaboravit: ita ne nunc qvidem, & ipso die inter mortales ultimo, desiit utramq; & *Legis*, qvæ ad pædagogiam fuerat data, & *Evangelii Christi*, in qva *finis* & complementum *legis est*, doctrinam inculcare, in novissimâ Devteronomii parte, in qvâ datur sigillum Devteronomii & in hoc 1. solennis & magnifica Mosis velut jam morituri, *novissima resignatio*, v. 1. 2. (2) potentissima confirmatio tũ (1) *populi universi* v. 3 4. 5. 6. tum *novelli Ducis* successoris *Jhosuæ* v. 7. 8. 3 *Levitarum & Seniorum Israelis* per traditum his Legis avthenticum, de procurandâ, recurrente *quolibet anno Sabbatico*, in *panegyri scenopegiorũ* lectione Legis, instructio à v. 9 ad 14. 4. Magnificẽtissimi *Cantici* panegyrici à Mose jam morituro, sonora voce sub dio declamandi, indictio, ubi (1) apparatus & finis à v. 14. c. 31. (qvorsum spectant (1) *Cantici* talis *necessitas* à v. 14. ad 19. (2) divina Cantici, tum respectu *Dei*, Mosi scribenti *dictantis*, tùm respectu *usus* & *finis singularis*, *autoritas* à v. 19. adusq; v. 25. (3) Mandati novissimi, *Levitarum primarii*, Caathitis sc. dati, *majestas*, qvod duplex memoratur, unum respectu *Legis* avtographi, s. avthentici Codicis Mosaici, à *latere*, *arcæ imponendi*, probeq; custodiendi à v. 25. ad 28. alterum, respectu *concilii* Procerum ad audiendam magnificentissimam Mosis protestationem, *indicendi* à v. 28. ad 30. 4. Perorationis Cantici qvalitas v. ultimo, e. c. qvod solus Moses, qvod in *panegyri* totius Israelis, *auscultantis*, & jam antea *Canticum docti* v. 22. qvod usqve ad novissimam Cantici θεοπνεύστου *vocem*, omnia perorarit, & protestatus de futuro fuerit) 2. Canticum ipsum c. 32. adusq; v. 44. 3. Proxumè consequentia duo mandata, unum Mo-

sis ad populum à v. 44. ad 48. alterum Dei ad Mosen inde adusq; finem capitis. Datur 4. sanctissima tribuum benedictio c. 33. & 5. Mosis mors funeratio & parentatio toto c. 34.

LOCUS II.

Intimatio mortis Mosis & institutio Successoris c. XXXI. 2. 6. 7. 8. 10. 12. 19. 26. 28.

§. 1. Mortem velut imminentissimam Moses v. 2. denunciat tripliei argumento (1) *aetatis*, qvia jam illo die (היום) complecet annum vitæ 120. Ducalis adeò *dignitatis*, 40. (2) Officialis *gravitatis*, qvia arduæ adeò administrationi, cui per 40. annos præfuerat, operam ampliùs accommodare, & qvod Ducis munus est, *egredi* & *ingredi*, populo non adeo commodè posset. (3) Revelatæ divinæ *voluntatis:* qvia sc. idem DOMINUS, qvi dixit: *Israelitas proxumè transituros Jordanẽ*, dixerat: Tu *non transiturus es Jordanem:* & adeò sibi jamjam moriendum cis Jordanem v. 2.

§. 2. Autoritas divina successori vocato notoria, potentissimũ huic fuit stereoma, unde post confirmationẽ Israelitarũ per illam præsentiam Antecessoris Dèi, propter qvam illis acclamatur v. 6. illud חזקו ואמצו i. e. *confirmamini & fortes estote!* ipsi visibili Antecessori & Duci Jhosuæ iisdem vocibus, mutato solùm numero, acclamatur illud חזק ואמץ v. 7. & tam huic, qvàm illis, illud: *Jehova non deseret te, nec derelinquet te*, v. 6. v. 8 *sc. nec Jhosuam nec populum deseret, vel derelinquet.*

§. 3. Qvi in v: 25. nominantur Levitæ, in v. 9. dicuntur *Sacerdotes Filii Levi*, ut adeo, cũ omnes qvidẽ sacerdotes Levitæ, nõ contrà, hic intelligendi sint tribu Levitæ, munere Sacerdotes: & utrobiq; dicuntur: *portantes arcam Domini*, qvod cũ initio esset munus solorũ primariorum Levitarũ, multiplicatis dein sacerdotibus, factũ qvoq; aliqvando est sacerdotale: apparet inde, qvomodo *Levita* potuerint accedere ad *arcã*, & *à latere arca* (in *capsâ*, addit Jonathan) *collocare librum legis*, s. archetypum Mosaicum. Qvomodo autem nõ potuerit egredi & ingredi, ante Israelitas, s. domi & foris, pace & bello remp. administrare, & illos, educere & reducere, cui 120. annos nato *nondum caligaverat oculus, nec vigor* virorq; recesserat? conf. c. 4, 7. Neq; ergò illud לא אוכל s. *illa impossibilitas* tã fundatur

datur in naturali deliqvio ætatis & Marasmo qvodâ seniſi, qvalem nullum Moſes eſt expertus, nec ex tali neceſſitate naturali juxta decursum cauſarum ſecundarũ, tunc moriturus: ſed in myſterio, & irrevocabili illo decreto, per qvod & Ahron & Moſes prohibebatur tranſitu Jordanis conf. Num. 20. 12. c. 27. 14. Deut. 3, 24. 25. 26. qvod proindè immediatè ſubjicitur in m. 2.

§. 4. Sanè ipſe authenticæ Decalogi tabulæ à Deo inſcriptæ (qvæ teſtimonii nomine veniunt) ex qvo ſemel ab ipſo Moſe in arcâ collocatæ Exod. 40. 20. & tempore adeo mortis Moſis jam erant intra arcam, & manſerunt deinceps intra arcam 1. Reg. 8 9. Neqve ergò id qvod hoc loco imperatur collocandum, fuerunt ipſæ tabulæ: ſed Devteronomium vel totus liber Legis, ſeu Pentateuchum Moſaicum, integrum à Moſe, non uno tempore: ſed ſucceſſivè conſcriptum & jam nunc conſumatum, conf. ſupra Exod. 17. 14. & c. 24. 4. 7. Neqve verò liber ille legis authenticus autographum Moſis, *intra arcam* (prout tabulæ Decalogicæ) ſed, prout expreſsè præcipit Moſes, *à latere arcæ*, & ſic extra arcam in ſacrario fuit collocandus, & inde in ſolemni *Scenopegiorum*, recurrente *Sabbatico*, ad prælectionem publicam *à Sacerdote* coram univerſo cœtu peragendam, depromendus conf. v. 10. 11. 12. 26. Atqve hic ille *liber legis* fuit, qvem diu neglectũ, in ipſa autem templi reſtauratione repertum, *Chilkia Sacerdos ſummus Regi Joſiæ* offerri curavit conf. 2. Reg. 22. v. 8. 10. 11.

§. 5. Notetur autem in v. 10. illud מקץ ſ. ab *extremitate*, non dicere, anni illius Sabbatici vel ſeptimi terminum ad qvem: ſed terminum â qvo, principium ſc. non finem. Probatur ex addito: *in Feſto tabernaculorum.* Scilicet lectio illa libri Legis ſolennis obligabat in Sabbatico pariter & feſto ſcenopegiorum. At hoc ſolenne non incidebat in finem: ſed principium anni Sabbatici, qvi, prout à libra incipiebat, ita in Librâ deſinebat, & adeo ante ſeqventis anni ſolenne illud Scenopegiorum. Et aliud eſt קץ שבע שנים ſ. *finis ſeptem annorum*, *aliud* קץ השנה השביעית ſ. *finis anni ſeptimi.* Septennium, inde à *principio anni ſeptimi* jam excurrere dicitur: at *ſeptimus annus*, non ubi incipit: ſed ubi deſinit. Notetur qvoqve inſtitutio Synagogarum, ad qvas admit-

tebantur, tum Israelitæ sine sexus & ætatis discrimine, tum proselyti, occasione legis, qvæ habetur c. 31. 32.

§. 2. Liber ille legis commissus est sacerdotibus depositariis: neqve verò his solis: sed & *omnibus Senioribus Israelis*, conf. v. 9. Facit id contra Papistas, omnem Jurisdictionis Ecclesiasticæ autoritatẽ, omnẽ sacrorum publicorũ curam, exclusivè solis Clericis, & secundum excellentiam, uni summo R. Pontifici vindicantes, nec alias hic Cæsaribus & Regibus, partes, nisi parendi, & vel gladio seculari exeqvendi illorum decreta, relinqventes. Qvod si in V. T. ubi Ordo Sacerdotalis, & in hoc unius summi sacerdotis autoritas longè maxima, ab ipso Deo institutus, suus in ipsâ jurisdictione Ecclesiasticâ locus relinqvendus fuit Regibus, & Judicibus, vel populi Senioribus, qvalem sanè potestatem non merè Laicam: sed Ecclesiasticam, actu ipso sibi vindicarunt sanctiores qviq; Regum, David 1. Chr. c. 13. 15. 16. 23. 24. & seq. Salomo, 2. Chr. c. 3. 4. 5. Asa c. 15. & seq. Josaphat, c. 19. v. 8. 11. Hiskias, c. 30. 31. Josias c. 34. 35. qvantò magis potestas Regum terræ in N. T. non est merè Laica: sed & Ecclesiastica? qvæ proinde Paparum Romanorum fraudibus, S. R. Imperij Principibus intercepta, & ad Episcopos Pontificios translata, per pacem religionis superiori seculo Augustæ consumatam, Episcopis Pontificiis in Ecclesias Principum A. Confessionis est suspensa, & terrarum Dominis, qvibus jure divino debebatur, reddita, ac pleniſſime per Instrumentum Pacis Osnabrugense & Monasterienſe est consolidata.

§. 7. Liber ille legis jubetur, & in linguâ qvidem toti Auditorio notâ, *audiente toto populo, Viris & feminis, parvulis, indigenis, & peregrinis, prælegi, idq; ob* eum finẽ, *audientes discant timeantq; Jehovam Deũ Israelis, & observent ac faciant verba legis* conf. Deut. 31. 12. 13. Non permittitur lectio scripturarum, ipsorum hominum arbitrio, velut res adiaphora, vel humano saltem consilio ad εὐταξίαν instituta: sed imperatur, sancitur, citra exceptionem *sexus, ætatis, ordinis*, idq; ob finẽ, qvi ad omnes pertinet, sc. *ut timeant Deum, & illum timorem Dei practicè ostendant, observando ejus præcepta*, qvæ observari non possunt, ab illis, à qvibus ignorantur, sciri autem non possũt, nisi in linguâ vernacula, certè lectori vel auditori notâ proponantur;

ponantur. Facit id contra *Papistas lectionem S. scripturæ in vernaculâ*, & propter hanc, *translationem scripturarum in vernaculas, interdicentes*, & *Laicos à lectione scripturarum arcentes.*

§. 8. Agit inprimis hic locus de *lectione scripturarum* publicâ in publico solemniq; Ecclesiæ universalis Judaicæ conventu, qvi cũ ceteroqvi in *tribus illis anniversaris festis* Panegyricis esset maximus, in ipso *anno Sabbatico*, & solenni *Scenopegiorum*, in primordiis illius Sabbatici celebrando, erat major maximo, qvo Israelitæ etiam illi, qvos per 6. annos presserat dura ex paupertate servitus, jam manumissi, & à debitis liberi, poterant alacrius comparere in sacrario Domini, & interesse ac aures animosq; accommodare publicæ Legis prælectioni. Ibi ergo, non in solâ scholâ vel solorum Doctorum Synagogâ, excluso populo: sed hoc, citra sexus, ætatis, ordinis discrimen admisso, imperatur in Sabbatico solemnissima legis Mosis in lingua Auditoribus universis notâ lectio.

§. 9. Nec minùs memorabilis ipse divinus scribendæ legis, omniumq; qvæ in Libro continentur, Imperativus est, totiens vel in solo Mose imperatus, ut in ruborem dare possit Papistas, apertum tale scriptionis mandatum, vel ex tali mandato & instituto Dei, ob prævisum traditionis oralis lubricum, negantes. Ecce enim, in hoc uno capite non saltem scriptæ à Mose, sanè non sine mandato partim interno, partim externo, Legis mentio v. 9. ejusdemq; ob usum in Ecclesia & finem omnibus Israelitis & Proselytis communem v. 10. 11. sed & Imperativum divinum: SCRIBITE *vobis* (vestro deinceps usui & bono futurum) v. 19. Ex qvo mandato scripsit *Moses canticum istud*, & docuit Filios Israelis v. 22. qvin ex mandato tali non saltem inchoavit: *sed & absolvit Moses scribere verba Legis in Libro illo usque ad finem illorum*, v. 24. & illum scriptum à se librum legis summâ fide & solicitudine sacerdotibus, velut pretiosum & incomparabile depositum commendavit. *Accipite librum hunc Legis! Ponite eum à latere arcæ fœderis Jehovæ Dei vestri, ut sit ibi loco testis* conf. v. 25. 26.

§. 10. Et cum de *mandato* tali, vel maximè κεχρόμενοι inter nos & Pontificios sit, qvoad libros N. T. non qvidem asserentibus illis Deum mandasse, ut Apostoli ceteriq; Evangelistæ non

scriberent: docentibus tamen, *falsum esse, quod Deus mandaverit Apostolis, ut scriberent*, imò audacter Bellarmino nobis insultante; *Legimus mandatum, ut prædicarent, non ut scriberent: itaq; Deus nec mandavit expressè, ut scriberent, nec ut non scriberent.* conf. l. 4. de Verbo Dei c. 3. & c. 4 ubi negat, *Apostolos cogitasse primariâ intentione de scribendo, & voluisse ex professo doctrinam suam literis consignare*, vel solus illud effrene adeo pronunciatum Papistarum confutat Imperativus, γράψον, ab ipso Filio hominis vel duodecies uni Iohanni in unâ Apocalypsi scribendâ acclamatum: conf. c. 1. 11. 9. c. 2. 1. 8. 12. 18. c. 3. 1. 7. 14. c. 14. 13. c. 19. 9. c. 21. 5.

LOCUS III.

Orthotomia Cantici Mosis morituri.

c. XXXII. adusq; v. 44.

§. 1. Fuit jam supra c. XXXI. apparatus Cantici, qvorsum pertinebat (1) *mandatũ scribendi* v. 19. *scribite vobis Canticum istud!* & illud ipsum Israelitis inculcandi, qvò post fata Mosis possent protestationis, & novissimæ Mosis perorationis Propheticæ recordari v. 19. (2) finis scriptionis, ut & *Israelitis* tunc adultis & illorum *posteris*, esset loco *testis*, sc. futura illa sive bona sive mala Israelis non fuisse extra prævisionem & prædictionem Dei, & ex θεοπνευστῶ Mosis conf. v. 20. 21. (3) citatio ad audiendum, in qvâ mentio omnium *Seniorum Israelis*, omnium *item moderatorum*, ut illis præcipuè auscultantibus, eloqveretur Moses omnia verba Cantici, & contestaretur contra eos cœlum & terram v. 28. ut tamen non soli Seniores, vel Moderatores illi; sed universus populus Orationi & elocutioni hujus Cantici interfuerint, unde in v. 30. elocutus dicitur Moses verba Cantici hujus in auribus totius congregationis, sic ut non soli tribuum principes, Judices, Moderatores: sed tota congregatio Israelis audiret verba illa Cantici, nec partem saltim illorum: sed usqve ad finem s. novissimum illud in qvo desinit, Epiphonema: *Cantate gentes, populi ejus.* c. 32. 49.

§. 2. Absolvitur autem magnificentissimum incomparabilis Mosis Canticum Hebræis שירת האזינו i. e. *Canticum, Audite!* â voce 1. dictum (de cujus compositione Poeticâ, & scriptione conf. qvæ ex Judæorum Magistris notavit Jos. de Voisin in pugione Raimundi

Raimundi p. 90, & 105) 1. *Insinuatione*, in qvâ prævia illâ (qvam c. 31. v. 28. meminerat) *cœli & terræ contra Israelitas conteſtatione*, in Emblemate *pluviæ & roris* penetrantiſſimam ſibi Oratori precatur in animos Iſraelis influentiã & efficaciam v. 1. & 2 (2) *Propoſitione* & ſubmiſſiſſimæ audientiæ ac majeſtatis divinæ agnoſcendæ poſtulatione v. 3. 3. *Confirmatione* (in qvâ comparantur tres claſſes (1) ſummorum tum ſpiritualium, tum corporalium Dei in Iſraelem *beneficiorum* à v. 4. ad v. 15. (2) Prodigioſorum Iſraelis in Deum *maleficiorum* à v. 15. ad v. 19. (3) Tremendorum Dei in Iſraelitas rebelles *ſuppliciorum* ſ. judiciorum à v. 19. ad v. 39.) 4. *Concluſione* qvæ conſtat (1) ſummariâ ſuperiorum recapitulatione, & inde majeſtatis divinæ legitimatione à v. 39. adusq; v. 43. 2. Magnificentiſſimo eodemq; Evangelico Epiphonemate v. 43.

LOCUS IV.

Exordium & propoſitio Cantici.

c. XXXII. 1. 2. 3.

§. 1. Notetur in illo 1. הא ſ. האזינו ה exclamationis in vocabulo Cœli & terræ: *Præbete aures cœli, ad id quod eloquuturus ſum! Audito, ô terra, ſermones oris mei!* Conf. Jeſ. 1, 2. Notetur 2. pulcherrima repræſentatio *ſermonis* vel *Orationis* Moſaicæ (totiusq; verbi divini) cum qvoad modum influxus, tum qvoad effectum, *in pluviâ & rore* v. 2. Qvin pro illâ notetur 3. in voto illo Prophetico Moſis v. 2. cùm in ſubjecto לקחי, formalis ſignificatio ἀποδοχῆς, tum in prædicato ſ. verbo יערף ſignificatio, *remotionis*, qvalis datur ubiq;, e. c. in ſignificatione *deſtructionis*, ſive rei inanimatæ e. c. *altarium*, conf. Hoſ. 10, 2. ſive & animatæ vel animalis, ubi obtinet ſignificatio *cervices præcidendi, decollandi* Exod. 13. 13. c. 34. 20. Deut. 21. 4. 6. Iſ. 66. 3.

§. 2. Primus ſc. effectus verbi prædicati eſt remotio obicis vel conferendæ gratiæ obſtaculorum, cùm in primis *moroſæ reluctationis & contumacis repugnantiæ*, ut ſc. Auditor non morosè reluctetur Deo per verbum operanti, nedum ut blaſphemè contradicat, tum, qvæ iſtam excipit, *naturalis reſiſtentiæ*, & adeo *nõ rejectio*, non *excuſſio* illius gratiæ, qvæ per verbũ prædicatũ omnibus vocatis offertur, qvod ab Auditore exceptum,

ptum, in actu exercito fit לקח s. λόγ@ ἀκοῆς s. sermo, qui & auditibus audiatur, & λογ@ ἀποδοχῆς s. intimè in ipsũ cor admittatur, qvomodo Lydiæ τῆ προφυσπώλει, Deus *cor* antea clausum *aperuisse* memoratur, ut intimè *reciperet* verbum à Paulo prædicatum Act. 16. 14. & sic verbum à Paulo prædicatum, à Lydia exceptum & adeo actu 2. fuit לקח. Ita pro Thessalonicensibꝰ *gratias Deo* Paulus *agit*, qvod fuerint παραλαβόντες λογον ἀκοῆς, & ἀποδεχόμενοι s. *quod sermonem auditum acceperint & exceperint* 1. Thess 2. 13. Ita sermo de JESU, *qui venerit in mundum, ut salvaret peccatores*, appellatur πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξι@ i. e. *sermo certus, & omnibus modis, ut recipiatur, dignus* 1. Tim. 1. 15. prout effectus primus pluviæ vel roris est indispositionem ipsius terræ asperæ & maledictæ removere, s. ipsam terram hactenus incultam, & inde qvasi ferream, penitusq; occlusam (Deut. 28. 23.) emollire, sic ut intus admiso rore vel pluvia, *ipsa terra, quæ imbrem sapius in se venientem, combibit*, fia terra bona, & *progeneret herbam accommodam illis, per quos excolitur, & particeps benedictionis à Domino* Hebr. 6. 7.

§. 3. Pari modo, ubi jam verbum prædicatum factum est לקח s. intimè *ab auditore* exceptum, non excussum vel *rejectum*, illud ipsum verbum, naturali suâ s. inditâ sibi à Deo efficaciâ producit fidem, fideiq; fructus, unde Apostolus de eodem *sermone* pronunciaverat, qvod acceptus, & ut Dei sermo exceptus, non saltem in Thessalonicensibus produxerit fidem: sed & in illis jam credentibus operatus fuerit, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύσι conf. sup. 1. Thess. 2. 13. Ita Jacob. c. 2. 21. suppositio verbo prædicato & audito, effectus ponit (1) remotionem πάσης ῥυπαρίας καὶ περισσείας κακίας s. *sordidi malitiæ excrementi* (2) *exceptionem illius sermonis cum lenitate* conf, qvoqve 1. Pet. 2. 1. Ita Paulus effectum *verbi prædicati* primum ponit, illam *remotionem obstaculorum* s. *destructionem munitionum, eversionem ratiocinationum, omnisq; sublimitatis, quæ sese extollit adversus cognitionẽ Dei* 2. Cor. 10. 4. 5.

§. 4. Atqve, ubi ita jam verbum prædicatum & exceptum, obstacula

obstacula illa removit, ibi (2) jam magis instar *benedicti roris* influ-
it, ibi 3. jam רשא (herbarum *complexum*, qvo velut vestimento
universus induitur campus) & עשב i. e. *germina singularia* pro-
ducit: ibi (4) in illas ipsas teneras herbas & germina, qvò lætiùs,
exitantur & excrescant, sese, copiosiùs etiam, nunc per mo-
dum שעירים, nunc רביבים s. tenuiorum & validiorum
pluviarum vel imbrium demittit, atqve ita fit, qvod in Isaiâ
(c. 55. 10.) habet dictum Domini: ut, *sicut descendit pluvia de cælo
nec illuc rursus revertitur: sed inebriat terram facitq; ut pariat ipsa &
producat semen satori, & panem comedenti: ita verbum Domini, quod
egressum fuerit ex ore Domino non revertatur eò vacuum: sed faciat id
quo delectatur Deus, & prosperetur.* De cetero, in שעירים veteres He-
bræi intellexere הגשם הדק s. *pluviam tenuem*: in רביבים autem
חמטר החזק s. imbrem vel *pluviam vehementiorem* conf. Michl
Jophi in h. l. ersi *horridioris* significatio inest radici שער.

§. 5. Thesis, eademq; ratio & *contestationis* illius in v. 1. &
voti *influxus* fecundi in v. 2. datur in v. 3. ubi illud שם יהוה אקרא
in sensu *precationis* vel *invocationis* intellectum Chaldæo, qvi red-
didit: ארי בשמא דיהוה אנא מצלי i. e. *quia invocaturus sum no-
men Domini*, vel *in nomine Domini precaturus*, prout in N. T. Serva-
tor: *Quicquid*, inqvit, *petieritis à Patre in NOMINE meo, dabit vo-
bis.* Rectiùs positum שם יהוה אקרא noster Lutherus intelle-
xit in sensu *prædicandi, celebrandi* majestatem Dei, tũ ut Israelis bene
factoris gratiosi, tum ut iisdem rebellibus Judicis irati, reddens:
Denn ich will den Nahmen des HErren preisen: pro qvo fa-
cit qvoqve membrum 2. cujus sensus: *Soli & uni Deo in Israele re-
velato submississimâ veneratione dandam majestatem* l. גדל, qvod
Chald. reddidit רבותא i. e. *excellentiam* s. *amplitudinem.*

LOCUS V.

Non, *Deus, Rupes*: sed *Israel sibi ipsi perditionis vel exitii causa est Deut. XXXII. 4. 5.*

§. 1. Thesin illam de majestate soli Deo dandâ: nec Deo;
sed hominibus ipsis imputandâ perditionis causâ, confirmaturus
Moses, præmittit generale illud & πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον stereo-
ma; *Deum esse Rupem*, talemq; esse non saltim in operibus; *quia*

opus ejus est perfectũ: sed etiã in ipsis Consiliis & decretis & horum arcanis: *quia omnes viæ ejus, sunt ipsum jus:* qvippe qvi est Deus veracitatis, & expers perversitatis: essentialiter justus & rectus. v. 4. Unde educit, in v. 5. non Deum, sed Israelem sibi ipsi esse suæ causam perversitatis.

§. 2. Seqvitur enim illud שחת לו לא, ubi subsistendum paululum, & prout eousqve sensum continuandum: ita ibi sensum pleniorem determinandum, docet proportio, Tvir in לו ad Tiphcha in לא. Reddendum adeo, sic ut subjectum prædicati שחת repetatur ex v. 4. in qvo toto, subjectũ est *verus Deus* Israelis, & de illo ipso *vero Deo* (in formâ occupantis s. interrogantis & sibi respondentis) perditionis talis causa negetur, de Israle affirmetur sc. *Num* (Deus) *perditè egerit sibi?* (ubi illud לו ex Idiotismo explicandum, ut reflectatur ad ipsum Deum, nec tamen pleonasticè: sed vel maximè emphaticè, ita ut referatur ad limitationes Calvinianorum e. c. Deum ad flagitia sanctè impellere, excitare, qvatenus illa justitiæ Dei exempla vel documenta sunt) Respondetur jam negando, per alterum לא t. e. *Nequaquam* Deus לו שחת s. *perditè egit* (qvo fine jam v. 4. occupaverat, *Deum esse fidelem, justũ & rectũ, nec dari in Deo perversitatem*) Qvomodo enim perditè ageret, qvi *fidelis, qui justus, & rectus immutabiliter est, cujus omne opus perfectum, omnes viæ sunt jus?* Porrò, legitimato jam illo: *Deum non esse perditionis Israelis causam*, immediatè subjungitur, vera illius *perditionis* causa, sc. *Filii ejus* (qvi sc. in sublimem filiorum Dei gloriam adoptati erant, futuri qvoqve hæredes, si perseverassent esse Dei filii) *sunt sibi ipsis macula: sunt generatio perversa & contorta.* Agitur autem hic non de perditione pœnali: sed criminali: ubi, prout fides Catholica defendit: Nulla mala culpæ esse à Deo, contra Florinianos: ita pariter tenet: Omnia mala pœnæ esse à Deo, contra Coluthianos.

§. 3. Lutherus expressit: Die verkehrte und böse art hat sie von ihm abe. Sie sind Schandfleck und nicht seine Kinder. Junius: *Corrupit se, vitium ipsius non est Filiorum ejus. generatio perversa & contorta.* Ita & versio Belgica: Israel heeft te gene hem verdorven: het enzyn syne Kinderen niet/de Schant vleck

plecke ie Zave &c. Chaldæus: חבל יולהון לא ליה בניא דיי פלחו לטעותא i.e. *corruperunt seipsos, nõ illũ* (Deũ sc.) *filii Idololatra.* Autor Miclal Jophi, notat, qvi pro subjecto Logico assumit vocẽ מומם reddens: *Macula illorũ non corrupit illũ* (*Deum sc.*) *sed filios ejus.* Rectè qvidẽ autor (cui nomen R. Salomo Melech) notavit ad h. l. הנכון בעיני שמלה לו שב לאל השם i.e. *Certũ est in oculis meis, quod vox particulam* לו *reflectatur ad ipsum Deum,* malè autem, vocem מומם pro subjecto habuit. Malè in voce בניו in qvâ accentus Munach est, distinxit. Malè ceteri subjectum שחת ponunt ipsum *Ismelem,* cujus in antecedente contextu mentio nulla, translatio autem ex membro 2. in 1. violenta, Malè in לו sensus plenior suppositus, in לא consequenter continuatus & rursus in בניו distinctus. Obstat (1) Tvir in לו subordinatus Regi Tipcha in לא. Obstat 2. Tiphcha in libero tali positu semper distinguens. 3. Munach semper consequenter vocem conjungens: qvin juxta Lutherum, Jun. & Trem. reqvirebatur accentus major Rege Tiphcha & adeo territorialium unus in לו, ubi est Tvir, Merca nectens in לא, ubi est Tipcha distinguens, & Tipcha in בניו ubi est Munach nectens.

LOCUS VI.

Summaria propositio collatorum à Deo trinuno in Israelem beneficiorum. c. XXXII. v. 6.

§. 1. Notetur hîc 1. sub nomine *Dei Patris Israelis,* qvi est Deus trinunus, nec excluso adeo Filio & S. Spiritu tria ponuntur prædicata, trium primariorum Dei beneficiorum expressiva sc. 1. קנך respectu *creationis,* qvod cum Patris nomine conjungitur prædicatum, & ceteroqvi generale, ad productionem creationis Gen. 14. 19. 22. & generationis, tum illius intemporalis Prov. 8, 22. tum temporalis, Gen. 4. 1. familiariter refertur. (2) עשך respectu *redemtionis.* (3) מכוננך resp. *sanctificationis.* Vox sc. prima *acquisitionis* & inde obligationis est, qvalis prima nascitur ex beneficio creationis, ex qvâ Deo velut DOMINO obligamur, unde noster Lutherus reddidit: Ist Er nicht dein HERR? Jun. autem Trem. ad *acquisitionem ex Ægypto* referunt. Vox secunda non tam *faciendi* h. l. est, qvam *magnificandi,* prout familiariter alibi, & rectè adeo

ctè adeo refertur ad *redemtionem*, qvâ nullum magnificentius datur bonum conf. Joh. 3.16.17. Ephes. 1.5.6. 11. Coloss. 1,13.14. Apoc. 1.5.6. Vox tertia cui *præparandi, apandi, stabiliendi, confirmandi* inest significatio, ad sanctificationem, & sic ἁγιάζω ad S. Spiritum, eqvè Patrem Israelis, refertur, qvomodo non solùm jam creati, jam renati, per regenerationem dicuntur, *sigillo & arrhabone Sancti Spiritus confirmati* 2. Cor. 1. 22. c. 5. 5. sed & ipse Spiritus S. ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν Ephes. 1, 13. 14. conf. Ps. 51. 14.

§. 2. Notamus occasione positus superioris in fontibus asyndeti אביך קניך (qvem Luth. noster insertâ copula expressit, dein Vater und dein HERR) 1. Prout in ipsâ sanctissimâ Oratione Dominicâ, sive vocabulum Patris, à qvo exorditur, ὑποστατικῶς accipiatur, sive ἐσωτερικῶς & κοινῶς, pro totâ SS. Trinitate, nihil inde mysterio præjudicii: ita & in l. præsenti: qvippe reducitur sic nõ minùs illud עשך והוא i. e. ILLE (vel qvi est ἀνυπόστατος, de qvo DAVID Ps. 102. 28. *Tu es* הוא s. ὁ αὐτὸς i. e. *æternus* ille & *immutabilis* Heb. 1. 11. 12. conf. qvoqve Ps. 105, 7. ibidemq; Kimchi) ad unum illum יהוה de qvo antecesserat illud: *An ipsi JHOVAH rependitis istud!* 2. Licet eidem voci קנה non obstet significatio *creandi*, non tamen id fit nisi materialiter, & relativè, ubi sc. jam supponitur illud objectum, creatum, sic ut generalior & primaria significatio sit, producendi, acqvirendi, possidendi, cui proinde insistendum, sic ut modus productionis non tam ex hoc vocabulo, qvàm objecto & contextu legitimetur: neqve ergo probandi Græci Proverb. c. 8. 22. reddentes illud קנני per ἐκτίσε με. Sed nec, qvoad ipsum locum Salomonis, qvi, etsi Orthodoxi ceteroqvi Episcopi, in Cõcilio Nicæno 1. locum illum *de Filio Dei*, Arianis objicientibus & id affirmantibus, intelligendum negarunt, & de *creatâ rationali humanâ sapientiâ*, & præexistente illius ideâ in *mente divinâ*, intellexerunt, licet propterea, non illi, qvi negaverunt: sed hi ipsi, qvi juxta Græcam versionem, pro probando Λόγῳ *Creato* & ἐπουσίῳ, *non genito*, non *Deo Patri* ὁμουσίῳ, nec *æterno*, nec *creatore principali*: sed saltem Dei *creatoris instrumento*, ante cet. ras creaturas ἐκ μὴ ὄντων produc-

cto vel

cto vel *facto*, id affirmarũt, hæretici fuerint, cũ illi Catholicè defenderint: Filiũ æternũ æterni Patris, genitum non factum, & Patri ὁμοούσιον, ac Creatorem, ἀεὶ ὄντα καὶ ὑφεστῶτα neqvaqvam autem Patris in creando ministrum & Instrumentum.

§. 3. Ostendit autem in exemplo præsenti Bellarminus l. 1. de Christo c. 18. nec sacrorum sibi fontium, nec Catholicorum Patrum curam, qvi, (etsi negare haut poterat, illorum, Basilii inprimis, Epiphanii, & Hieronymi Judicio, *recurrendum hîc esse ad fontem Hebraicum*, in qvo generalius verbum sit, qvodq; generationi propriè sic dictæ applicari possit (Gen. 4, 1.) & sic hoc loco *de generatione*, vel *possessione per generationem* intelligendum, inprimis cum eadem *sapientia* hypostatica ibidem Prov. 8. 24. agnoscat se ante omnes creaturas *genitam*, non creatam, & mendum potiùs præsumendum in Græco cod. ut *unius literæ immutatione* pro voce: ἔκτισε s. *possedit*, irrepserit illud ἔκτισε i. e. *creavit*,) velut *pulcherrimam* tamen commendavit responsionem, sc. productionem illam æternam Filii Dei viâ eminentiæ & *generationem* dici posse, & *creationem*, illud ratione communicatæ substantiæ gignentis, hoc resp. negatæ in producente mutationis, vel alterationis. Atqve *si generatio* significat *productionem in eâdem substantiâ: sed cum mutatione generantis*, filius Dei *respectu æterna illius & ineffabilis* ἀναλλοιήτως vel *emanationis* ex substantiâ Patris, neqvaqvam dici posset à *Patre genitus*, qvin sic potiùs, ob negationem illius mutationis vel alterationis in gignente, dicendus esset creatus. Atqve Nicæni illi Patres constanter contra Arianos defenderunt *genitum*, non *creatum* (γεννηθέντα & κτισθέντα, nec adeo illius naturæ respectu κτίσμα) usq; adeo ut propterea illud Prov. 8, 22. juxta Græc. transl. ὁ κύριος ἔκτισέ με, *in persona rationalis sapientiæ dictum esse* affirmarint, *in personâ Filii Dei dictum* negarint (conf. Gelas. Act. Concil. Nic. p. 116) clamantibus contrà Arianis: *Filium Dei esse, h. e Dei sapientiam, qui dixit: DOMINUS condidit me.* Qvomodo ergo per Bellarmini illam *pulcherrimam*, expositionẽ, non reducitur Arius.

§. 4. Et qvare usqve adeo abiit à Patribus, de qvibus ceteroqvi adeo ubiq; fuit clamosus? Qvia sc. non placuit illud con-

silium Patrum: *Recurrendū ad fontem Hebraicum*, & qvia, si in loco Prov. c. 8, 22. planè in mendo habeatur illud: *Creavit* me, idem periculum sustineret locus in Ecclesiastico c. 24, 8. ubi sapientia de ipsâ: *Creator*, inqvit, *creavit me*. Ne sc. hîc plagam pateretur liber Apocryphus, Papistarum judicio verè Canonicus, in ipso ὁμολογουμένως Canonico talis corruptio, proclamanda expositio *pulcherrima*, & projectis Patribus optumè dubium expediuntibus, provocandum fuit ad Consilium qvoddā anonymum, & Thomā.

§. 5. Et tamen, idem Bellarminus ad objectam autoritatem Lutheri, qvi τὸν λόγον in creatione Dei Patris INSTRUMENTUM appellarit Comm. in Genes. ad c. 1. v. 3. sine ullâ emollitione respondit: *Lutheri autoritas est nulla, quia manifestus est hæreticus, & plus habet loquacitatis, quàm solidæ doctrinæ.* Licet autem illo termino qvondam usus Arius, contra qvem fortissimè, Filium *instrumētū creationis* negavit Nicæna Synodus, tamē & ille sic affirmavit, ut assereret, *Deum proprio suo Verbo, & sapientiâ sibi intrinseca, creavisse Filium, velut instrumentum per quod crearet omnia cetera*, idemq; εἶναι ξένον, ἀλλότριον & ἀπηχοινισμένον s. *ab essentiâ patris peregrinum, separatum, alienum*, & sic non ipsum supremum *opificem*: sed saltem hujus ὄργανον, vel ἐργαλεῖον, cui contradixerunt Catholici Nicæni sc. si *Filius Dei est opifex omnium creaturarum* (tam ὁρωμένων, qvàm νοουμένων) *E. verè Deus natus.* Ergo, non Instrumentum ab ipso Patre primò creatum. Atqve illud *Verbum*, per qvod Deus omnia condiderit, increatum, æternum, & naturâ Deum, ibidem Lutherus apertè agnovit, ubi terminum illū usurpavit, qvia respectus Luthero fuit ad ordinē personarum & proprietatis, & vocabulū *Instrumenti* idem, qvod *medii* hypostatici, ita ut Pater qvi est principium sine principio, creaverit per Filium, qvi est principium de principio, & illā immensā creandi potentiāà patre habet. Neqve ergo Syncretismus inde Arianus probatur in Luthero.

§. 6. Notetur de cetero in hoc commate (1) litera ה inusitatâ magnitudine, jam veteribus Hebræis velut singularis æqvè observata, ac litera ע in v. 5. voce הַצֹּר. Notetur (2.) Chaldæus, qvi illud, qvod in fontibus est עַם נְבָל i. e. *populus stultus*, reddidit per

dit per: עמא דיקבלו אוריתא i. e. *populum qui accepit legem.* Utrum fortè pro נבל legit קבל? qvia sc. seqvitur illud: ולא חכם ut παράδοξον Mosis sit: Israelem, cum tanta majestate ab ipso Deo legislatore legem acceperit, inde tamen sapientem haut redditum, vel ἀσυμπαθέως σοφισμένον.

LOCUS VII.

Consilium antiquitatis.

c. XXXII. 7.

§. 1. In classe *beneficiorum* (qvam in hujus Cantici ἐξηγασίᾳ inde à v. 14. ad 15. primam esse, supra notatum, prout secunda à v. 15. ad 20. *maleficiorum*, tertia à v. 20. ad v. 39. *Suppliciorum*) post generalem illam assertionem: *Non Deo: sed Israeli ipsi perditionis suæ causam effectusque omnes imputandos esse* v. 5. 6. distinctè proponuntur beneficia, partim qvoad actum exercitum, *præterita*, & jam *exhibita* à v. 7. adusq; v. 13. partim paulò post futura vel exhibenda v. 13. & 14. Et hæc qvidem Israeli per ipsam deinceps constare poterant experientiam: illa autem nonnisi per *animadvertentiam historicam*, qvâ fine ablegantur ad *memoriale dierum priscorum, ad annales superiorum generationum, ad Consiliũ Patris & seniorũ* v. 7. Ut vel sic ex ipsâ lectione vel audientiâ veteris historiæ, & consideratione illorum admirandorum Dei in Israelem beneficiorum, in pudorem & prodigiosæ ingratitudinis agnitionem dentur. Abutitur hâc ablegatione Consultoris, Papismus, pro legitimandâ suâ traditionali regulâ. Ceterùm, postqvam illa omnia, qvæ Filii Israelitæ à *Patre*, & *Senioribus* reqvirere in hoc argumento poterant, & illa ipsa adeo responsa, sive *unius* Patris (prout qvidem in fontibus, & in subjecto *consulendo*, & prædicato, numerus singularis obtinet, & sic, licet plurium qvidem Seniorum, tamen *Patris indicaturi*, nonnisi in singulari numero fiat mentio) sive plurium Seniorum, in scripturis Mosaicis apertissimè continentur, sicut & Pater ille (vel ipse *Moses*) & illi Seniores, ex hypothesi, consulti, nil aliud responsuri fuissent, qvàm qvod à Mose scriptum, nihil planè ex hoc loco pro sacrario traditionum dogmaticarum scripturis contradistinctarum.

LOCUS

LOCUS IIX.

Inductio specialis Beneficiorum partim præteritorum, partim quoque futurorum.

Deut. XXXII. quoad I. à v. 8. usq; v. 12. quoad II. à v. 12. ad 15,

§. 1. Duo, eademq; mixta, Ecclesiastica partim, partim politica & terrena hîc memorantur beneficia, unũ remotius, alterũ propius. Illud est, solius Israelis ex omnibus gentibus in populum peculiarem s. *funiculum possessionis* electio, & propter hanc, in ipsâ immissione populorum & gentium, terminorum Israelis designatio v. 8. & 9. Hoc est, Israelis admiranda ex Ægypto eductio & *in horrido* deserto *circumductio* ac *informatio* v. 10. 11.

§. 2. Notetur hîc (1) Qvæ v. 8 memorantur de הנחלת הפרידת בני אדם & גוים s. *de distributione possessionum inter gentes, & disparatione filiorum Adam*, illa ad דור הפלגה s. *ad Noachidarum post diluvianam segregationem*, occasione γλωσσοσυγχύσεως Babylonicæ referre veteres Hebræos, ubi idem in fontibus, qvod hoc loco, occurrit vocabulum, sc. ex illis Noachi filiis & posteris נפרדו הגוים vel נפרדו איי הגוים *divisæ fuerunt gentes & regiones gentium per terras* conf. Gen. 10, 5. 42. Notetur 2. Iidem comparationem hîc urgent vel proportionem Arithmeticã, inter 70. animas in Ægyptum ingressas conf. Gen. 46, 27. Exod. 1. 5. & 70. nationes, s. nationum conditores, qvorum mentio Gen. 10. Notetur 3. illud יסבבנהו rectiùs habetur futurum Hiphil, qvàm infinitum Pihel. Illud enim in hâc ipsâ punctatione datur in fontibus: hoc nusquam. Futura autem in hoc cantico familiariter sensu sunt Præterita conf. v. 10. 11. Notetur 4. celebratur adeo hîc in prima illa Orbis inter gentes & populos distributione, respectus ad *Israelitas* ex illis, s. ex *familiâ unâ* Semi, per *Terachum*, nascituros, & qvidem, qvorum, ad illos relatus non nisi exiguus *numerus* fuerit conf. Gen. 34, 30.

§. 3. Notetur 5. Græci in v. 8. per insignem aphæresin nomini ישראל tres literas priores amputarunt, ut sic *Filii Ismel* dicerentur *Filii El* i. e. *Dei*, qvod porrò intellectum de *Angelis*, & inde

disputatum

disputatum de Angelis nationalibus s. de עי שרים המנהיגים ומשפיעים עליהם s. LXX. *Archangelis, totidem nationum Principibus & harum per influxum conservatoribus.* Notetur 6. In v. 9. materialiter qvidem idem significatur per חלק יהוה in membro 1. qvod per חבל נחלה in m. 2. etsi hoc ἐμφαλικώτερον. In distributione terræ Canaan præmittebatur accurata terræ mensuratio per funes non materiales: sed mentales & Geographicos qvi sunt חבלים vel prout h. l. חבל, sic mensuratâ terra, *jaciebantur sortes* s. גורלות per qvas jactas, non sine moderamine speciali cœlesti, unicuiq; tribui suum dabatur חלק s. *sua portio hæreditaria* conf. Jhos. 13, 7. c. 18, 3 4. 5. 6. Ad illam respectus h. l. & in ipsâ memoratâ *portione Israelis*, & ipso Israele, ex omnibus populis, peculio Dei vel חבל נחלתו s. *funiculo possessionis*: sed & in sublimiori mysterio Ps. 16. 5. 6.

§. 4. Notetur 7. beneficium illud propius Exodicum s. ad Exodum propiorem habens respectum, illustratur ex *Ornithologiâ* & in *emblemate aquilæ* ejusdemq; (1) *pullos suos ipsumve sic nidum exsiuntis.* (2) *Pullis suis plumescentibus in nido incubantis.* 3. *Eosdem ad evolandum provocantis.* (4) *Eosdem, ne infernè ledantur, super explicatas latè alas admittentis, & altè exportantis*, qvæ omnia verum & ardentem amorem ac φιλοστοργίαν *æterni Patris* erga Israelitas, & *homines omnes, adoptione in numerum* Filiorum *Dei receptos*, pulcherrimè adumbrantia, qvoad ipsos Israelitas ex collatione locorum Exod. 14. 8. 19. 20. 22. c. 19. 4. egregiè illustrantur: conf. qvoqve Matth. 23, 37.

§. 5. Seqvuntur inde à v. 12. ad 15. beneficia *futura*, eademq; pariter partim spiritualia in v. 12. partim politica & terrena in v. 13. 14. Ad illa pertinet Israelis à gentibus & Diis gentium, omniq; sic Idololatria segregatio, & per illum, velut populum solitarium, ab Idololatriâ gentium & Diis alienigenis segregatum, Ecclesiæ veræ in terrâ promissa instauratio v. 12. Qværitur 1. qvorsum illud ברד? Resp. Jun. & Luth. ad subjectum referunt s. ipsum יהוה qvi dicatur *solus duxisse Israelem*, der HErr allein leitet ihn. Ita & Abenesra, qvi exponit per חשם לברו i. e. *Dominus solus, non Deus alienigena*, &, qvoad sensum, allegat locum

Exod. 13. 21. Num. 9, 10. 13. ut sensus sit, *totam illam admirabilem eâ-strorum Israelis circumductionem in deserto, factam ex præstituto solius Jehovæ in nube Antecessoris, non Dei alienigenæ.* At rectiùs ad prædicatum s. ipsum ductionis illius *objectum* refertur, sc. ad Israelem jam mox introducendum, cujus hîc describitur, pura unius veri Dei Latria & fiducialis in uno illo vero Deo πεποίθησις, sic ut negetur omnis Idolorū & Idololatrarum in illo populo terram promissam ingressuro mistura. Facit pro illo 1. accentuatio sc. positus Tiphcha non in voce ברד : sed יהוה. Facit 2. locus parallelus in *benedictione* Mosis c. 33. 28 ubi Jun. *Habitabit Israel securè solus.* Facit 3. *parallelus, in benedictione Bileami* Num. 23. 9. (13) *En populus qui solus habitat, & aliis gentibus seipsum non annumerat.* Benè utrobiq; noster Luth. ibi, Israel wird sicher alleine wohnen: hîc Sihe das Volck wird besönders wohnen/ und unter die Heiden nicht gerechnet. Facit 4. vox ברד, qvæ nusquàm in scripturis reperitur de Deo, familiarissimè autem, imo semper de *hominibus*, vel horum *cœtu* s. *populo.* Nec obstat Ps. 4. 9. Nam præterqvam qvod ibi est non ברד : sed לבדד, hæc ipsa vox à prædicato per accentum Regem distinguitur & cum יהוה in subjecto conjungitur. Contrà in loco præsenti ברד à subjecto s. יהוה distinguitur, & cum prædicato nectitur. Facit 5. complementum conf. Jhos. 22. 19. (22) 20. 21. 22. 25. (28) c. 23. 12. c. 24. 14. 16. 18. 19. 20. 22. 23. 24. Facit 6. autoritas Targumistarum & Commentatorum Hebræorum veterum. Chaldæus qvippe, ne qvis dubitaret referendum ad Israelitas, affixum qvoqve plurale addidit, reddens vocem ברד per בלחודיהון i. e. *soles illos.* Ita & Raschi qvi reddidit: יהודיך ברד ובטח נהגם i. e. *Dominus illos solos & securos duxit.* Ita Miclal Jophi qvi ברד non vult h. l. esse תאר s. subjectum : sed שם היחידות explicandum per בטח i. e. fidenter, securè, qvippe populus securè secum habitans & fidenter, non solicitus est de fœdere sociali aliarum gentium, qvarum adjutorio non indiget. Sed & R. Abenesra retractaverit, dum mox addidit: יתכן לחוות ברד על ישראל i. e. *Convenientius est vocem* ברד *referre ad ipsum Israelem.*

§ 6. Qvæ-

§. 6. Qværitur 2. An beneficium hoc exprimatur, velut præteritum, an velut futurum? Aff. 2. probatur ex collatione v. 12. cum 10. & significatione נחה : sed & comparatione hujus ducturæ & illius v. 10. circumducturæ, nec minùs ex collatione v. 13. ut adeo, verba futuri temporis Grammatici in v. 12. & 13. supponant pro tempore futuro resp. ipsius complementi. Chaldæus qvoqve velut beneficium demum futurum usqve adeo intellexit, ut etiam ad seculum futurum resurrectionis retulerit, sic reddens tmema 12. יהוה בלחודיהון עתיד לאשריותהון בעלמא עתיד לאתחדתא i. e. *Dominus solos illos faciet inhabitare seculum illud futurum, quo omnia innovabuntur*, ut per solos illos intelligantur Israelitæ *verbi Dei cultores*, in contradistinctione טעותא סולחן ſ. *cultus Idolorum*, vel Idololatrarum ab alterâ vitâ excludendorum: conf. cum sententiâ illâ & formulâ Chaldæi, Apocalypsis in qvâ mentio *novæ Jerusalem* c. 3. 12. c. 21. *novi cantici* c. 2. 17. c. 3. 12. 14. 3. *cœli novi* & terræ novæ c. 21. 1. & tandem de seculo illo futuro universale auditur epiphonema Filii hominis: *Ecce ego omnia nova facio!* c. 21. 5. & de exclusione Idololatrarum Apoc. 21. 8. c. 22. 15.

§. 6. Qværitur 3. qvorsum illud affixum in עמו : utrũ ad *Israelẽ*, an ad *Deum?* Pro posteriori facit Chaldæus, ceterùm ex hypothesi relationis ad seculum futurum, in qvo nullus idololatra sit futurus ſ. *cum Deo* regnaturus. Ita qvoqve Lutherus & Junius: & citat qvidem R. Abenesra in primâ expositione, sic reddens: אין עכו"ם השו"ת שותף i. e. *verè Deo nullus alius assimilatur*: ceterùm corrigit mox & reddit illud עמו per עם ישראל i. e. *cum Israel*, & confert v. 16. & 11. ut ex utroq; loco collato talis detur ingratitudinis & apostasiæ exprobatio: Licet Deus Israelem solum (nulli genti idololatricæ immistum, qvin ab idolorum cultu purgatum, illiusq; sceleris purum) introducturus sit, adeo ut tunc dici potuerit: *Non est Idolum in Israel*, futurum tamen, ut ipsi deinceps prolabantur in abominabilem idololatriam, & *per Idola vanissima Deum ad Zelotypiam sint commoturi*: conf. Jud. 2, 7. 10. 11. Omninò pro posteriori pronunciandum, ex hypothesi jam supra legitimatâ ad qvæst. 1, Et אל נכר non apud Deum: sed Israelem qværendus erat.

§. 7. Ad beneficia futura *politica* & *terrena* pertinent, qvæ sequntur sc. (1) Eminentissimæ, omnibusq; ceteris orbis terrarum regionibus antecellentis terræ Canaan actualis assignatio, s. Israelitarum in illam Patribus promissam glorioſa immissio v. 13. *Facie eum insidere* (Buxt. in concord. *equitare*) *super excelsa terra*, juxta Luth. Er wird ihn höher lassen fahren auff Erden: In *excelsis* illis non tam cogitandū de excellentiâ terrestri, vel Geographicâ ratione situs: qvàm ecclesiastica & politicâ, qvatenus sc. in illis excelsis, debuit esse sedes veræ Ecclesiæ, patria & schola docentis Messiæ, & duratura adusq; Messiam celeberrima politia. (2) Omnium bonorum corporalium & rerum, ad vitam non solùm sive utilium & necessariarum: sed & delicatarum, abundantissima suppeditatio, qvarum congeriem post mentionem generalem תנובות שדי s. *redituum germinantium agri* κ' μεθ' ὅσον subjicit v. 13. & toto v. 14. Ubi Convictorii communis Israelitici tum qvoad *escu, lenia*, tum qvoad *potulenta* plena datur descriptio sc. (1) דבש s. *mel* (2) שמן s. *oleum*, & qvidem utrumq; *ê petra* & *rupe adamantinâ* (qvod simplicissimè κ' ῥητὸν intelligendum, pro ratione decantatæ ubiq; terræ promissæ, velut *fluentis lacte & melle*, sic ut in saxis etiam & sterilibus Palæstinæ locis, hæ res optumæ, suavissimæ & saluberrimæ magnâ copiâ sint proventuræ, cum vel nunc qvoqve in locis aqvilonaribus e. c. Russiæ, Livoniæ, Poloniæ solitudinibus, ipsæ arbores magnâ ubertate fundant mella, nec oleæ saltem petrosis & sterilibus locis feliciter proveniant: sed & alibi in Germaniâ ex durissimis silicibus generosum nascatur vinum) 3. *butyrum ex armento*. 4. *Lacê grege*. 5. *Agni pinguissimi*. 6. *Arietes adipati, in Basthan* pascuosissimâ regione *enutriti*. 7. *Hirci*. 8. *Opimum & crassum triticum*. 9. *Sanguis uvarum* (Luth: Traubenbluth) Notetur autem in versione Germ. illud עם חלב כליות, qvod in fontibus ad proximè sequens חטה s. *triticum* refertur, à vocabulo tritici avulsum, ad antecedens vocabulum עתודים s. *hircos* esse relatum, ac si esset עתודים עם חלב כליות Böcke mit fetten Nieren. Contra in fontibus, *adeps renum*, vel *renes adipati*, referendi sunt non antecedenter ad *hircos*: sed consequenter ad *triticum*. Probatur (1) ex accentuatione sc. Sakeph-

kat

kat. in עהורום, Tipcha in חלב & Munach in כליות. 2. Ex punctatione vocis כליות in statu non *absoluto*: sed *regiminis*, ut adeo כליות חטה per evidentem accentuationem nectentem, & regiminis punctationem disjungere non liceat.

LOCUS IX,

Classis maleficiorum

c. XXXII. à v. 15. ad 20.

§. 1. Ita ergo Israel possessionis Domini funiculus, ab ipso Deo in populũ selectus, eruditus, custoditus, circumductus, instar pullorum super aqvilinas alas, introductus, verè fuit יְשֻׁרוּן a rectitudine, in qvâ & ad qvam vocatus est, sic dictus & hîc & c. 33, 5. 26. Ceterûm num talis perseveravit? Neqvaqvam: sed *saginatus recalcitravit*, qvod emphatico idiotismo, mutatæ patheticè Orationis ex personâ 3. in 2. repræsentat Moses, & triplicato qvidem juxta ipsos indurationis gradu, vocabulo, sic præsentes tunc Israelitas attonuit: sc. 1. *Impinguatus es.* 2. *Incrassatus es.* 3. *Adipe penitùs opertus es.* Tertium hoc, qvod non nisi semel occurrit in scripturis, per collationẽ radicũ כשה & כסה explicant Hebræi de illo indurationis gradu, qvo cor hominis undiqvaq; velut adipe qvodam crasso septum, & clausum est, sic ut nil intelligere vel ipse nil salubre admittere possit. Emphasis illa graduum, & mutatæ personæ in versione Germanicâ neglecta, ex fontibus est efferenda, & sic illud πάθος Oratoris, una cum gradibus indurationis explicandum.

§. 2. Cetera hujus classis prodigiosã describunt futurã Israelis apostasiã, & in hâc peccatũ Israelis, tũ abstractivè respectu termini à qvo, qvi est *Deus*, tũ concretivè, respectu termini ad qvem, qvi sunt *Dii ignoti*, nec minùs tum respectu actus tum resp. gradus, in qvo utroq; exaggeratur prodigiosa Israelis stupiditas, & ingratitudo. Scilicet, in termino à qvo objectũ memoratur, *Deus qui magnificaverat Israelem*, idemq; *rupes salutis hujus* fuerat, v. 15. imò *rupes qvam genuerat Deus*, qvam *formaverat*, actus autem & gradus apostasiæ, illum Deum *deserere, vilipendere, (turpitudine afficere) omnem ejus memoriã excutere* conf. v. 15. 18. & In termino ad qvem, objectum falsum cultus ponuntur, *Dii extranei abominationis, vel planè abominabiles*

nabiles v. 16. *qui non solùm non sunt verus Deus:* qvippe *Dii ignoti, majoribus Israelis ignoti, nec formidati:* sed &, qvibus, qvicunq; cultus, etsi defertur, ipsis Dæmonibus defertur, adeo ut Israelitæ illis *sacrificantes,* reverâ, licet tale qvid non intendant, sacrificent ipsis Dæmonibus v. 17. conf. 1. Cor. 10. 19. 20. Et tamẽ his Diis novis ac per illos, ipsis Dæmonibus Israelitæ sacrificarunt, s. cultum religiosum (sive Latriæ sive Duliæ veniat nomine, soli Deo debitum) exhibuerunt, atqve sic ipsum Deum ad Zelum commoverunt, vel provocarunt. v. 17. Ita ergô Israelitæ, etsi non intendentes cultum Dæmonum, facti sunt Dæmoniolatræ, qvomodo etiam Israelitæ, etsi in vitulo aureo intendebant verum Deum colere, judicio S. Spiritus fuerunt Idololatræ conf. Exod. 32. 1. 4. 5. 8. 25. Benè noster Lutherus: Sie haben den Feldteufeln geopfert/ etsi illud: und nicht ihren GOTT/ non convenit consilio fontiũ, non saltem qvod ante nomen *Dei* non detur particula ל, qvalis ante שׁדים: nec ו ante לא: sed qvod obstet accentuatio, positus sc. Rvia majoris in voce 1. Paschta minoris in voce 2. Et adeo reddendum: *sacrificarunt:* (qvibus autem vel cui? num fortè vero Deo? neqvaqvam: sed) *Dæmonibus, qui nõ sunt Deus,* ut adeo in toto hoc versu non describatur objectum cultus verum, s. cui ex officio, fuerit sacrificandum: sed qvibus ipso facto sacrificatum, sc. *Dii gentium, Idola,* &, qvia revera non existit idolum, *ipsis Dæmonibus.*

§. 3. Porrò illud in v. 19. à nostro Luthero expressum: Da es der HERR sahe/ ward er zörnig/ über seine Söhne und Töchter/ in fontibus est distinctũ sc. suppositâ *visione illâ Dei,* prædicatur de Deo (1) illud וַיִּנְאַץ in Kal. (2.) כָּעַס & hâc qvidẽ voce notatur *indignatio,* nõ qvâ indignaturi erant Israelitæ: sed qvâ, ad indignationem, Deum provocaturi, illâ autem voce in Pihel qvidem notatur *irritatio,* in Kal tamẽ spernendi vel contemnendi obtinet significatio, ut adeo notetur Deus, initio *Zelatus* ob *apostasiam Filiorum & filiarum,* inde missâ illâ Synanogâ adulterâ, *contemtu* illam ultus, tali sc. *contemtu,* qvi formaliter exprimitur v. 20. sc. qvia *illi sunt generatio perversitatibus planè dedita, filii, in quibus non est fides,* proinde *abscondam faciem meam ab illis, permittam illos suo exitio, & illis rejectis vocabo gentes,* conf. jam h. l. v. 21. Rom. 10.

19. 20.

19. 20. Conseqventer autem v. 22. *per ignem in ira Dei accensum, exarsurum usque ad infernum infimum* conf. 1. Thess. 2. 16. 17. Scil. vocatio illa gentium, licet voluntate Dei antecedente, intendat Judæorum respectu, τὸ ζηλῶσαι ἐν καλῷ Galat. 4. 17. 18. s. *Zelum* illum *pœnitentialem* Apoc. 3, 19. & τὸ παραζηλῶσαι intentum ab Apostolo conf. Rom. 11. 11. 14. voluntate tamen conseqvente, justo judicio permittit ζῆλον πικρὸν, qvo & sibi ipsis præcludebant & gentibus invidebant portam cœli conf. Act. 5, 17. c. 13. 45. Atqve inde ignis ille, & anathema terræ â Malachiâ c. ult. v, ult. prædictum, â Domino JESU lacrymis testibus intimatum, à Romanis illatum. Plenius ex illâ hypothesi Chaldæus expressit v. 19. וגלי קדם יהוה ותקף רוגזיה מתרגיז קדמתי בנין ובנן i. e. *simul illud revelatum est coram Domino, invaluit indignatio ejus, eò quod ad indignationem commoverant illum Filii & Filiæ.* Sic utriq; vocabulo satisfactum foret.

LOCUS X.

Classis suppliciorum. c. XXXII. à v. 20. ad v. 26.

§. 1. Illa vel spiritualia, & mediata, mediantibus pœnis immediatis, corporalibus sc. s. temporalibus, ex hypothesi finalis impœnitentiæ infligenda v. 20. 21. 22. vel immediata corporalia, sc. intentione resipiscentiæ illis novissimis, præmittenda (unde in his optativus ille divinus tempestivæ Israelis sapientiæ, & maturæ inductivorum tam terribilium pœnarum unà cum causis harum, intelligentiæ conf. v. 29. adusq; v. 34.) Et hæc qvidem post summariam indictionē v. 23. partim specificè exprimuntur, sic ut ad 4. judiciorum Dei, inter terrena vel temporalia, atrocissimorum vel pessimorum (conf. Ezech. 15. 13. 15. 17. 19. 21.) cunctare vocentur sc. 1. qvoad famem (conf. Ez. 15. 13.) erunt מוּ רעב i. e. *Absumti fame:* (2) qvoad *pestem*, erunt לחמי רשף וקטב מרירי, juxta literam, *exesti anthracæ & lute amarissima.* Notatur *febris ardentissima*, & vel illa qvæ vulgò *pestis* vel *luis epidemia* venit nomine, sic ut illâ correpti mox exanimentur, undè Luth. reddidit, verzehret von hitzigen Fieber und jähem Todt, conf. Ezech. 15. 19. (3) Qvoad *Malas bestias* (conf. Ezech. 15. 15.) *dentes bestiarum immittam*, imò serpentes terrestres veneno insinuato necaturos conf. v. 24. (4) Qvoad

Qvoad *gladium*, foris, &(5.) terrorem Panicũ, intus, adoleſcentulos & virgines, ſenes & lactentes orbaturum conf. v. 25. & Ezech. 15. 17.

§. 2. Prout autem ſupra c. XXIIX. inde à v. 16. adusq; fin. cap. ita hîc locus qvidam communis Theologicus eſt, de horrendâ irâ Dei & pœnis adverſùs peccatum, qvorum valor & gravitas non diſcitur ex lumine naturali rationis: ſed ſupernaturali revelationis, cùm in exemplis pœnarũ longè plurimis, ſc. orbis ante diluviani, Sodomitarum &c. tum exemplo exemplorum ipſius θεανθρώπε patientis, & pro genere humano debitas pœnas perſolventis ac ſupremi illius judicii conf. 2. Theſſ. 1. 8 9. Heb. 10. 27. 29. propter qvem *ignem* pœnalem damnatorum, & illum πανολέθριον, (cui, prout mundus antediluvianus *aquæ*: ita præſens, non modò terra: ſed & elementa, ipſiq; *cœli*, nec adeo aereum ſaltem & elementare: ſed & elementis & elementari contradiſtinctum *cœlum æthereum*, *repoſiti adſervantur*, idq; *in diem damnationis & exitij impiorum hominum*, ut ſicut olim aqva: ita tunc *igni* de impiis ſupplicium ſumatur conf. 2. Pet. 3. 6. 7. 10.) ira illa Dei Iudicis freqventer in *igne* repræſentatur ſ. figuratur qvomodo ira Dei dicitur effuſa, ut *ignis* Nachum 1. 6. *Zelus accenſus velut ignis* Pſ. 79. 5. Deus qvippe noſter eſt πῦρ καταναλίσκον Hebr. 12. 29. Reſpectus ubiq; ad ſupremum illum *ignem* myſticus conf. Iſaiæ 66. 15. 16. & ultimatum impiorum ſupplicium, in qvo etſi non Phyſicus vel Elementaris, verus tamen obtinebit *ignis*, ſ. τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, in qvẽ die noviſſimo immittentur *maledicti*, conf. Matth. 25. 41. ipſo Filio hominis ἐν πυρὶ φλογὸς ulturo rebelles 2. Theſſ. 2, 8. & exerturo ibi *Zelum ignis abſumturi impios* Hebr. 10. 26. Qvin hunc locum v. 22. de illo ipſo *igne* noviſſimi diei, & judicii, potiùs, qvàm metaphoricè de corporalibus & temporalibus pœnis intelligendum, vel ipſa oſtendit mentio שְׁאוֹל תַּחְתִּיּוֹת ſ. *inferni infimi*, qvo *gravioris ſimarum poſt hanc vitam pœnarum regionem aut ſtatum* deſignari magnus eſt conſenſus Hebræorum: ſed & talis hîc deſcribitur *ignis*, qvi iræ Dei contradiſtinctus, vel huius effectus eſt, & cuius *flamma* non *ſuperſtructurum* ſaltẽ: ſed & *ipſam terram, & penetralia terræ ac fundamenta montium peruſturus vel abſumturus eſt.*

DECAS XI.

LOCUS I.

Supplicii temporalis apotelesma, ejusdem & symbolum: אפיהם. *c. XXXII. 26.*

§. 1.

SUbjicitur his in v. 16. Illud אמאיהם, à Deo intentum. Vulgatus reddidit: Dixi, *Ubinam sunt?* Seqvitur noster Lutherus: Ich wil sagen/ wo sind sie? ac si essent 3. voces אף אי הם. Contrà, in fontibus vox est, cujus nulla pars habenda, ut significans separatim, & radix פאה, cui *angulus* inest significatio, ut sit sensus: *ex omnibus angulis profligaboees*, Ich wil sie aus allen Winckeln des Landes herauß werffen und in alle Winckel/ unter allen Heiden/ zerstrewen. Conferatur Hoseæ 9. 17. ubi Propheta supplicium illud Judæorum hoc Epiphonemate absolvit: *Rejiciet eos Deus meus, quandoquidem non obediverunt illi, & erunt vagabundi inter gentes*, Conf. Matth. 23. 38. 39 Joh. 8. 21. Rom. 9. 3. c. 10. 16. & alibi.

LOCUS II.

Inductivum supplicii, c. XXXII. à v. 27. ad 32.

§. 1. Supplicium ipsum, ut hypotheticè indictum describitur v. 26. sc. exterminium Israelis. Inductivum talis supplicii geminum, unum, cùm *privativè*, sc. veræ *intelligentiæ & sapientiæ* (post tantàm etiam extraordinariæ revelationis gratiam) defectus, qvia sc. per affectatam illam ἀγνωσίαν & Atheismum, *nulla est in illis intelligentia*, qvà qvid inter Deum Israelis & Deos gentium, Israelem & alios populos, qvoad præcellentias spirituales in primis, cultum veri Dei & Deastrorum gentilium, intersit, discernere possint, qvam intelligentiam proinde admirabili voto Deus ipse Israelitis optat, & exemplo illustrat v. 28. 29. 30. tum *positivè*, qvia sc. Israelitæ, *sunt gens periens consiliis*, consilio celesti oppositis v. 28. Alterum est, prodigiosa impietas & hypocrisis Deo detestabilis qvâ, etsi vitâ turpissimi, undiqvaq; flagitiosissimi, viderit tamen vo-

lunt sancti, & pulcherrimi, qvod utrumq; emblemate *vitis*, & *uvarum Sodomiticarum* repræsentatur conf. v. 32. 33.

LOCUS III.

Inductivum ejusdem supplicii suspendendi c. 32. 27.

§. 1. Obstaculum autem suspensivum executionis illius supplicii v. 26. denuntiati, idemq; nobile exemplum *scientiæ Dei* (inter illam, simplicis intelligentiæ, & visionis scientiam) *mediæ* (qvam vocant) exprimitur in v. 27. sc. *prævisio* eventus hypothetici, qvi est כעס אויב sc. Paralogismus inimicorum, eorundemq; מנכרים s. aliter planè & impiè interpretaturorum illam προαλήθειαν, nec ipsi Deo operanti: sed *suæ manui, vel virtuti* illã imputaturorum (dicturorum sc. *manus nostra fuit excelsa, non autem Jehova operatus est omnia hæc*) & per illa, ipsum Deum *irritaturorum* v. 27. Inde ergo suspensum illud προαλήθειας decretum, qvoad actum exercitum conf. v. 26.

§. 2. Notetur hîc 1. in v. 27. illud לולי in ipso statim versus limine Rviatum, qvod Rvia ibi retinaculum vocis, & ipsius longanimitatis Dei, & per hanc, suspensionis illius intimati supplicii h. l. signum est. 2. Illud אגור, Chaldæus & alii Hebræorum non habent velut deductum à radice גור in significatione מגור s. *timoris formidinis*: sed à radice אגר in significatione *collectionis, accumulationis*, ut sit non futurum à radice גור: sed paul s. præteritum ab אגר i. e. *comportavit* & idem qvod מקובץ, ut sit sensus. *Nisi irritatio hostis accumulam foret* vel *nimia*. Hâc ratione tenere qvoqve licebat radicem גור in significatione congregandi, ut sensus sit: nisi hâc ratione aggregaturus essem irritationẽ hostis. Faceret pro illo, qvod ceteroqvi ἀνθρωποπαθείας hîc exemplum dandum, & qvod גור in significatione *metuendi* nusquam de Deo dictum reperiatur in scripturis. Notetur illud ינכרו oppositum notat *veræ agnitionis, & intelligentiæ*, sc. ἀγνωσίαν affectatã, & interpretationẽ alienam, vel contrariam, ut plurimùm ex arrogantiâ vel fastu profectam, unde Vulgatus expressit per *superbiendi* vocabulum, conf. qvoqve vers. Germanica, cujus mox exemplum subjicitur, sc. dictum hypotheticum hostis: *Manus nostra fuit excelsa; nequaquam*

autem Jehova operatus est omnia illa. Notetur 3. Vulgatus totum illud dictum expressit in formâ unius axiomatis, ac si esset: Unsere hohe Hand (oder macht) nicht aber der HERR hat solches alles gethan. Et videbatur facere pro illo positus, non רמה ידינו; sed ידינו רמה Obstat autem præter accentuationem distinguentem tonus qvoqve sc. רמה non Milra; sed Milel: nec adeo participium: sed præteritum femininum.

LOCUS IV.

Votum Dei pro Israele resipiscente. v. 29, 30.

§. 1. Notetur hîc 1. Admirabile Dei ὁ φιλανθρωπότατος votum v. 29. cujus usus in Theologiâ AntiCalvinianâ, ubi agitur de voluntate universali salvandi in Deo, & prædestinatione juxtâ prævisum ordinem mediorum, conf. parallelum votum divinum supra c. 5. 35. ibidemq; notata. Notetur 2. in v. 30. ἀνάθεσις hypotheticum, sc. si Israelitæ *saperent, & ista intelligerent, unus* Israelitarum *fugaturus esset mille hostes*, & *duo Ismelita myriada.* Nunc contra, *unus hostis persequitur mille Israelitas*, & *duo hostes Israelitarum myriadem.* Unde illud: *Quia rupes eorum* (Jehova) *dedidit* (tradidit) *eos*, pro qvâ causâ legitimandâ provocat ad ipsâ hostium experientiam, & *testimonium* v. 31. *Inimici nostri sunt Iudices*, qvantum intersit inter (Deum verum) *rupē nostram*, & commentitios Deos ac *rupes gentium* vel hostium. Inimici sc. deponentes pro producente, cujus inimici sunt, testes sunt omni exceptione majores.

LOCUS V.

Israelitæ, *vitis*, & *uva* Sodomitica.

c. XXXII. v. 32. 33.

§. 1. In emblemate illo Sodomitico notetur subordinatio *vitis, uvæ*, s. botri *vini.* Qvalis *vitis*, tales *uvæ*, qvales *uvæ* vel botri, tale *vinum.* Illæ sc. venenosæ, amarissimæ, inde ergo *vinum* qvoqve *venenum*, idemq; *savissimum*, qvale *draconum* & *Aspidum*, ubi in *Vite*, Mens & cor ipsum depravatissimum & corruptissimum, in *uvis* s. *botris*, interiores cogitationes & affectus, in Vino, externæ actiones, injuriæ, flagitia ac scelera, dicta factaq; unà cum interioribus illis fructibus corruptissimis ex corde prodeuntia, designantur, & qvoad primum qvidem comparantur cum *vitibus So-*

doma & Gomorra (tragico: sed convenientissmo, cùm ipsius generis humani lapsus emblemate, tum h. l. Israelitarum, ipsis Sodomitis, etiam corruptiorum & incorrigibiliorum s. longè magis συλλογιζαχήλως, conf. Gen. 13, 10. Deut. 29. 23. unde positum h. l. comparativè expressit Junius & Tr. sc. *præ vite Sodoma est vitis eorum* s. *ipsâ vite Sodoma longè corruptior*, pro qvo & sequentia faciunt, qvæ de uvis & vino prædicantur & locus parallelus Ezech. 16. 48. 49. conf. Matth. 11. 21. 22.) De fructibus illis Tacitus lib. 5. histor. *Cuncta, sponte edita, aut manu sata, sive herbâ tenus aut flore, seu solitam in speciem adolevere, atra & inania velut in cinerem vanescunt, & halitu lacus infecta terrâ corrupto superfuso Spiritu, fetus segetum & autumni putrescunt, solo cœloq; juxta gravi.* Josephus qvoqve l. 4. de bello Jud, c. 5. *Fructus*, inqvit, *Sodoma, colore quidem sunt edulibus similes, carpentium verò manibus in fumum dissolvuntur & cinerem.*

§. 2. Qvoad 2. seu uvas & *botros*, comparantur felli & amaritudinibus v. 32. h. e. amarissimo felli. Illæ sc. cogitationes, consilia, affectus interiores vitiosissimi, illæq; flammæ odiorum, libidinum, illa diffidentia, illa carnalis securitas & superbia, ceteraq; affectuũ vitiosissimorum, habent *instar amarissimi fellis*, sunt gravissima peccata, Deum exacerbantia, & ad amarissimas pœnas inducendas, provocantia. Ita sc. cum ceteroqvi post lapsum, cor humanum sit עקב מכל ואנש הוא s. *fraudulentum super omnia, & mortiferũ*, soli Deo penetrabile Jerem. 17. 10. peculiariter qvoq; in exemplo præsenti Sodomitico & Israelitico ostenditur illa *radix* proferens *cicutam aut absinthium* conf. supra c. 29. 18. & Hebr. 12, 15. prout h. l. vitis Sodomitica uvas *fellis venenosas*, *botros amaros*. Qvoad 3. s. ipsum vinum ex uvis felle amarioribus expressum, ipsa dicta factaq; externa (injurias, flagitia, scelera velut manifesta & prodigiosè corruptissima carnis opera) *Draconũ & Aspidum venenũ saviss imũ* superare dicuntur, sic ut alter alteri non saltè lupus: sed & *Draco & Aspis* sit Ps. 140, 4. conf. qvoqve Rom. 3. 13. 14. Scilicet, prout Aspides sive illæ breviores dictæ *Chelidonia*, sive longiores *Orgyiæ*, morsu venenoso, præsentissimam mortem adferunt, etsi qvædam citiùs, qvædam prout *Priades* & Aspides *collo exporrecto* venenum

Ita venenum expuentes & vibrantes in hominum faciem, tardiùs necant, de qvibus conferatur David Chytræus comm. in h. l. qvi & notat, qvod *venenum in ore contineant, inclusum tunicula, quâ dentes maris* duo, *femellæ* 4. *contegantur*: sed & ex Plinio: *nullum ictus aspidum remedium esse præterquam si confestim partes icta amputentur*, & Athenæo, *pomi citrini esum morsibus illarũ remederi, exemplis duorum maleficorum probante, quibus necandis cum Alexandriæ aspides admotæ essent, alter qui pomum citrinum gustavemt, incolumis evaserit.* Videatur ibidem *plenior aspidum descriptio* optimis versibus expressa in *Nicandri Theriacis*. Notetur qvoqve h. l. gradatio: magis enim venenati *aspides*, qvàm *Draconες*, & magis illi, qvàm hi, morsu nocent, etsi Draconum qvoqve plura genera, & alia ratio *Epidauricorum, Macedonicorum, alia Libycorum, Ambicorum, Phrygiorum, Indicorum*, immaniori longè corpore vel tricenum cubitorum longitudinem æqvantium, qvibus sævioribus Draconibus passim in Apocalypsi Diabolum comparat Johannes conf. c. 12. 3 4. ad v. 7. c. 13. 2. 4. 11. c. 16. 13. c. 20. 2. Ita hîc cor in *vite Sodomiticâ*, prout supra in *radice venenatâ*, cogitationes vitiosæ in *botrù* & *uvis venenosis*, opera externa corruptissima in *veneno draconũ & Aspidũ*, pathetico planè corruptionis & miseriæ humanæ schemate repræsentatur.

LOCUS VI.

c. XXXII. 34. 35. 36 37. 38.

Thesauri Dei. Plagæ divinæ.

§. 1. Totum illud Israeli denuntiatum supplicium recondítum jam memoratur in thesauris iræ divinæ, vel ibidem obsignatum, usqve ad diem *ultionis & retributionis* s. ultricis illius ἐκδικήσεως divinæ conf. Rom. 2. 4. 2. Thess. 1. 6. 7. 9. Rom. 12. 19. ubi & allegatur qvod h. l. habetur v. 35. *Mea est ultio & retributio.* Atqve illa dies exitii & calamitatis impiorum denunciatur, ut propinqva conf. ibid. sic tamen, ut cum judicaverit Deus populum. propter servos suos, non defutura sit *pœnitentia*, qvia sc. *videbit* ad incitas jam redactum populum, qvod explicatur v. 36.

§. 2. In v. 36 pulchrè Lutherus: Der HERR wird sehen/ daß ihre Macht dahin ist sc. nomine יד *potentia* designatur, (prout & in N. T. Joh. 10. 29. ubi eadem manus Filii & Patris, sic:

ut proptereâ nemo possit rapere oves e manu Filii, qvia nemo illas rapere potest e manu Patris: qvia Patris & Filii una manus est, s. prout eadem essentia, ita & eadem potentia) unde cui *vires & potentia* deficit, illi phrasi hebræa dicitur אזלה ידו s. *abiisse manus.*

§. 3. Porrò ibidem mentio fit defectus עצור ועזוב, juxta literam: *Conclusi & relicti*, qvas voces explicat Ludov. de Dieu, primam qvidem de conjugato, s. δεδεμένῳ τῇ γυναικὶ, qvi vinculo matrimonii, uxori, liberis adstrictus cõcluditur qvasi, accoercetur intra familiam, alteram de cœlibe, nec uxori nec liberis adstricto: sed suæ potestati relicto, ut sensus sit, usqve adeo abiisse potentiam, ut nec conjugatus, nec cœlebs superfit conf. autem 1. Reg. 14, 10. 2. Reg. 14. 26. Additur, juxta Junium qvidem, sarcasmus gravissimus oppositus Idololatriæ Judæorum & gentium. conf. v. 38. 39.

LOCUS VII.

Conclusio Cantici.

c. XXXII. à v. 39. adusq; v. 44.

§. 1. Constat hæc 1. summariâ ex superioribus illatione v. 39. per qvam reducitur ad thesin v. 3. *Dandam esse majestatem uni Deo Israelis*, qvod cum hactenus per inductionem, cùm à parte Israelis maleficiorum, tum à parte Dei summorum beneficiorum, & tremendorum suppliciorum, specialiter legitimasset, nunc ex illis summariâ conclusione, idqve pathetică ad populum Apostropha infert: *Agnoscite, vel videte nunc, me illum unum verum Deum esse, nec ullum alium Deũ esse mecum! Me s. posse occidere, & vitæ restituere, frangere & sanare, nec esse, qui ê meâ manu possit eripere.* Conferatur 1. Sam. 2, 6, 7. Atqve huic δυνάμει Dei velut immobili anchoræ innititur fides sanctorum, & illa inprimis, qvâ credimus futuram resurrectionem carnis & vitam æternam, ipsamq; corporum nostrorum glorificationem, vel μεταμόρφωσιν conf. 1. Pet. 1. 5. Ephes. 1, 19. Marci 12, 24. Qvin argumentum inde pro verâ Deitate & ὁμοουσίᾳ Christi, cujus, qvia, & Patris, una manus, una potentia est, inde qvod hîc de uno vero Deo, præter qvem non est alius, prædicatur, alibi Christus ipse de suâ hypostasi pronunciat,

Nemo

Nemo rapi, vel nemo rapere potest (oves meas) è manu mea. Joh. 10. 28. 29. 30.

LOCUS IIX.

Juramentum Dei. c. XXXII. 40. 41. 42.

§. 1. Constat illa 2. magnificentissimâ comminatioñe, eâdemq; in formâ inexplicabilis juramenti, in qvo cum ceteroqvi obtineat ceremonia *elatæ sursum manus*, qvâ signetur, per ipsum Deum altissimum *creatorem & possessorem cœli & terræ* jurari, prout exemplo præivit Abrahamus Gen. 14. 21. 22. proinde Deus juraturus: *Attollo*, inqvit, *ad cœlos manum meum*, & prout ibi conceptis verbis juratur *per Deum viventem* (juramenta enim per creaturas, qvicqvid sit de horum obligatione, ubi juratum jam est, simpliciter improbantur Servatori conf. Matth. 5. 34. 35. 36. c. 23. 18. 20. 21.) ita hîc Deus, qvi ipse unus & solus summus ac independens, *jurare* non potest per superiorem, jurat conceptis verbis per *vitam* independentem essentialem *æternam: Vivo ego in seculum!* So wahr ich ewiglich lebe. conf. Heb. c. 6. 13. 16. Gen. 22. 16. ubi Angelus jurans per semetipsum, ostendit illo ipso charactere, se personam verè divinam, & Deum viventem in secula; conf. Amos c. 6. 8. c. 8. 7. Summa juramenti comminatorii est: Deum redditurum ultionem hostibus suis, & his ipsis nihil eorum qvæ commiserint impunitum relicturum: sed omnia perseverè ulturum, qvæ ultio figurato sermone sub Bellatoris terribilis schemate repræsentatur: qvorsum pertinet mentio *coruscantis* s. *fulgurantis gladii sanguinem fusuri, carnem absumturi, sagittarum in hostes intimè & sic immittendarum, ut inebrientur sanguine confossorum*, qvin *ultionum* cùm de ipsis in commune inimicis, tum de *ipso capite* sumendarum, ut inde à *capite ultiones* sumantur de inimicis s. hostibus conf. v. 41. 43.

LOCUS IX.

Epiphonema Jubilæum.

c. XXXII. v. 43.

§. 1. Constat 3. Epiphonemate Evangelico, in qvo totum desinit Canticum v. 43. cujus thesis illa: הרנינו גוים עמו ubi illud: הרנינו, qvia in Hiphil, & ceteroqvi canendi, vel cantandi significatio

catio in Kal. f. רנן obtinet, causaliter reddidit Aqvila, unâ voce: ἐυφημήσατε, *facite cantare*, ut sic ipsæ *gentes* non saltim excitentur ad glorificandum pro misericordiâ Deum: sed & εἰς τὸ παραζηλώσαι Judæos, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι conf. Rom. c. 11. 11. 31, c. 15. 9. & sensus sit, Vos *gentes* non saltem ipsæ *cantate*, *glorificate*: sed & ut populus Dei s. Judæi vos æmulati & sic unà nobiscū canant, & glorificent Deum, exemplo, facitè. Neq; verò repugnat suppositio vocis transitiva, cum ita clarissimè supponat Job. 29. 13. ubi Jobus de seipso, qvod fuerit מרנין לב אלמנה i. e. *ad cantum excitans*, prqvocans, mœstum *cor Viduæ*. Nec obstat allegatio Apostolica, qvia hâc ratione jam *cantant gentes & populus Dei* s. Judæi: illâ enim fine, hi ab illis *ad cantandum* excitantur & provocantur, ut & Judæi & gentes Deum glorificent, conf. qvoqve complementum Act. 13. 48. qvemodo & conversio gentium, gaudium fuit sanctorum Judæorum conf. Act. 11. c. 18. Qvin Vulgatus reddens: *Laudate gentes populũ ejus*, sive pari modo emolliendus, ut sit: Vos gentes laudate & vestro exemplo populo Dei laudis materiam vel occasionem date, sive rejiciendus fuerit, etsi ita communiter reddunt Rabbini, ut aliis gentibus imperetur officium Judæos, velut populum Dei selectum *laudandi*.

§. 4. Chaldæus paraphrasta expressit: שבחו עממיא עמיה qvod pari modo de *laude suæ gentis*, ob perseverantiam vel constantiam in cultu veri Dei inter tot persecutiones & opprobria seculi ac instantissimam ultionem perseveram hostium laudandæ ab aliis gentibus, & proclamandæ velut gentis beatæ explicant Rabbini, prout & illud הרנינו per חסריו i. e. *publicè ad instar præconum* (כרוזא) *proclamate* (conf. Dan. 3. 4. c. 5. 29.) beatitudinem & gloriam Judæorum velut populi Dei selecti. Ceterùm ex qvo fonte & velamine illa procedant, in propatulo est. Qvo circa Junius reddidit: *Cantate populus ejus!* Danda hâc ratione ellipsis copulæ, vel citrà illam, illud הרנינו repetendum fuerit, ut sit: *Cantate gentes!* Cantate *populus ejus*, ut sic concilietur cum allegatione Apostolicâ Rom. 15, 10. *Cantate gentes cũ populo ejus!* At noster Lutherus, posthabitâ illâ distinctione *gentium* & *populi Dei* transtulit:

transtulit: Jauchzet alle die ihr sein Volck seyd/ut ita הרנינו extendatur ad *omnes gentes & nationes*, vel harum electos, qvi sint *Dei populus*, sine discrimine Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν s. *Judæorum & gentium* conf. Rom. 1, 16. Galat. 3, 28. qvibus ex æqvo acclametur illud הרנינו i. e. *Cantate!* Allegatur in Germanicâ velut parallelus locus ex 2. Maccab. 7. 6. Sed præterqvã qvod ibi in eadem versione provocatur ad locum Ps. 90, 13. velut parallelum, nihil ibi hujus allegatur epiphonematis. Ita sanè hîc reddendum, ut salva maneat allegatio Apostolica Rom. 15, 10. Jauchzet ihr Heyden mit seinen Volck/ & jubilæus ille ex æqvo imperetur credentibus ex universitate gentium, qvàm Judæorum, qvos olim Deus appellavit עמו i. e. *Populus meus.* conf. Mich. c. 6. 13. Jes. 3. 4.

LOCUS X.

Epicrisis amplior in illud Epiphonema.

§. 1. At Græci, Lutherus, Interpp. illud עמו legerunt per עמי & inde reddiderunt per μετ' αὐτοῦ, ut tamen non desint, qvi illud עמו habuerint, ac si esset עם עמו i. e. *cum populo suo*, qvâ de re, Drus. in fragment. ad Deuter. Ceterùm vetus jam Græcorum Interpp. lectio singularis in h. l. qvæ sic habet: εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ i. e. *Exultate cœli cum ipso, & adorent eum omnes Angeli Dei!* qvam usq; adeo pro verâ & genuinâ hujus loci lectione habuerunt veteres & orthodoxi Patres (conf. Epiphan. cont. Arian. & in Anchorato) ut qvæ in Apostolo ad Hebræos c. 1. 6. pro excellentiâ Filii citantur ex charactere *adorationis*, non tam ex illo Psalm. 97, 7. qvàm ex textu Mosis & hoc ipso Mosis epiphonemate allegata habuerint. Ceterùm prius illud, qvod habetur in illâ Græcâ, nec in *Mose* extat, nec in *Apostolo* Heb. 1, 7. Nullibi mentio *cœlorum:* sed ibi *gentium*, hîc *Angelorum.* Posterius extat qvidem in Apostolo: sed non in Mose vel Mosis authentico Hebræo, neqve ergo inde illud citari potuit ab Apostolo: rectiùs autem ex Psalmo supra allegato.

§. 2. Ratio cantici illius imperati exprimitur *ultio sanguinis servorum Dei in hostibus*, de qvâ *ultione* proxime egerat in juramento v. 41. 42. *expiatio terræ populi sui*, vel, prout Vulgatus &

Lutherus expressérunt, *Propitius erit terræ populi sui*, er wird gnädig; seyn dem Lande seines Volckes/ ut affixum in ארמתו referatur ad עמו eo modo qvo aliqvando *nomen principale* immediatè exprimitur post *affixũ*, conf. infra notata ad c. 34. 10. Præstat tamen simpliciter reddere: *expiabit terram suam*, (expiabit inqvam) *populum suum*. Ut posterius sit prioris exegeticum.

§. 3. Proximè subseqventia perorationem Cantici Mosaïcam, in qvâ tamen Jhosua qvoq; Mosi oratori apud populum linguam accommodavit v. 44. 45. subjiciuntur sc. 1. vehementissima Israelis, ad observantiam superioris concionis Mosis præstandam, eandemq; literis sedulò inculcandam paræneseis s. adhortatio, argumento à dignitate & usu illius verbi, qvod non est דבר ריק s. non inane verbum: sed vita Israelis v. 46. 47. (2) Novissima imminentissimæ mortis indictio, unà cum specialissimâ designatione & loci v. 49. & causæ v. 50. & conditionis indultæ, sc. ad terram illam eminus videndum: sed non intrandum v. 51. Ipsa formalis indictio mortis exprimitur v. 50. per monosyllabum Rvia Rege distinctum sc. מֻת i. e. MORERE! Occurrit idem Imperativus haut alibi præter hunc locum, qvàm Jobi 2. 9. ubi uxor Hiobi tantarum calamitatum impatiens exprobrat marito, qvod ad singulas plagas ipse Deo *benediceret* (intonando illud intercalare carmẽ: *Dominus dedit, Dominus abstulit! Sit nomen DOMINI benedictum!* conf. c. 1. 21.) & interea ipse interiret. Inde illud ἐιρωνικῶς objectũ: *Benedic Deo*, ומת & *morere*. Locus mortis Mosi designatur sc. vertex editior in *montanis* Moabiticis *Abarimis*, cui monti nomẽ NEBO, qvẽ proinde montẽ editã *ascendere* jubetur per imperativum primum: *Ascende* v. 49. 50. De *Abarimis* illis, à qvibus, velut penultimâ statione, Israelitæ moverunt in *campestria Moabitica* Jerichunti opposita conferatur Num. 33. 48. 49, conf. hujus mandati complementum cap. 34. v. 1. 2. & seqq.

DECAS XII.

LOCUS I.

Benedictionis Mosis novissimæ orthotomia. c. XXXIII.

§. 1.

BEnedictio novissima, in qvâ Moses, & universam qvæ antecessit in Deuteronomio, concionem, & acta publica omnia absol-

vit ac obsignat, constat (1) exordiolo magnifico, & pathetico φιλανθρωπίας Dei encomio adusq; v. 5. 2. testamento & voto Prophetico distincto, juxta tribus, & has sive ortas ex uxoribus primariis, qvorsum pertinet tribus *Ruben*, v. 6. *Jhuda* v. 7. *Levi* à v. 8. ad 12. *Benjamin* v. 12. *Joseph* à v. 13. ad 18. *Sebulon* v. 18. 19. sive ex secundariis, per alternationem sc. ex Zilpâ Leæ, *Gâd*, v. 20. 21. ex Bilhâ, Rachelis, *Dan*, v. 22. Naphthali, v. 23. ex Zilpâ Leæ Ascher v. 24. 25. qvibus classibus subjungitur magnificum epiphonema à v. 26. ad f. cap.

LOCUS II.

Apparatus Legislatoris advenientis.

c. XXXIII. à 2. ad v. 5.

§. 1. In v. 2. notentur qvinq; nomina, maximè propria, qvibus omnis ferè continetur actorum deserti historia sc. 1. *Deus venisse dicitur ê Sinai*, (qvorsum pertinet historia inde à c. 19. Exodi adusq; caput 20. Numerorum) 2. *ortus ex Seir*, qvorsum historia itinerarii Israelis per fines Edomæorum c. 20. 3. *Gloriosè apparuisse à montanis Paran* (sc. inde adusq; limites terræ promissæ) 4. *Venisse ex myriadibus sanctitatis*. Luth. Er ist kommen mit viel tausend Engeln. 5. *à dextrâ Dei fuisse ignem edictalem*, s. ex ardente igne, Legem in Sinai, ac inde edicta populo promulgasse, qvorum omnium amplissimus datur Commentarius in Exodo, Levitico, Numeris, & in qvinto libro, δευτέρωσις.

§. 2. Supposità illâ majestate Dei præsentis, celebratur ejus φιλανθρωπία cum generaliter *respectu omnium populorum & in his sanctorum* v. 3. qvem pulchrè Lutherus, nec qvisqvam Interpretum rectiùs transtulit. Notetur saltim (1) illud אף assevertativum, Rege Itiv distinctum. *Verè diligit populos!* Notetur 2. pathetica apostrophe: *Omnes sancti ejus, sunt in manu tua* (ô Deus)! unde nemo illos potest rapere. 3. Illud תכה, qvod hîc datur in Pyhal, significatiouem habet *discumbendi*, vel ad *discibitum congregandi*, eo modo, qvo in contubernio discumbitur in orbē, unde תכא *mensa* Hebræis. Exemplum insigne in contubernio Christi paschali, qvando Servator in magno illo cœnaculo Hierosolymitano ad cœnam Agni paschalis recubuit s. ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα

ἀπόκειται σὺν αὐτῷ Luc. 22, 14. ubi & factum, qvod immediatè hoc loco subjicitur: *Levabunt* (vel unusqvisq; illorum sanctorum ad pedes tuos procumbentium levabit, accipiet) *de verbis tuis*, (conf. Joh. 13. 14. 15. 16. 17.) Celebratur eadem 2. specialiter respectu Ecclesiæ Israelis, & qvidem (1) respectu Legis s. universæ doctrinæ à Mose cum Ecclesiâ communicatæ v. 4. (2) Respectu Mosis velut Ducis, imò ad ministratione & autoritate, etsi non adeo titulo vulgari, pompave seculari, Regis, qvi describitur v. 5.

LOCUS III.

Benedictio Ruben.

c. XXXIII, 6.

§. 1. Chaldæus votum illud VITÆ (*Vivat Ruben & non moriatur*!) ad futurum seculum retulit, reddens: *Vivat Ruben in vitâ æternâ, & non moriatur morte secundâ:* ubi qvoad formulam *non moriendi* morte secundâ conferatur Johannes Apocal. c. 2. 11. c. 20. 6. 14. c. 21. 8. Joh. c. 8. 51. 52. Ut sic ab ipso fine inchoaverit Moses s. ab illo articulo, qvi inter Symbolicos ultimus est: *Credo resurrectionem carnis, & vitam futuri seculi.* Non agnovere sanè illi Paraphrastæ veteres in V. T. benedictionibus & promissionibus, sola, qvæ ad præsens seculum exirent beneficia: sed & spiritualia longo ordine cetera promissa, & vitam æternam qvod facit contra Socinianos.

§. 2. Membrum secundum Vulgatus reddidit: *Et sit* (Ruben) *parvus numero*! Ita Lutherus und sein Pöbel sey gering. Sed qvid hic benedictionis, nisi fortè beneficii loco habendum, qvod non tota tribus fuerit interitura. Sed nec sic, sive insigne, sive peculiare aliqvid pro Rubene. Igitur Junius & Tremell. negativam repetunt de membro 1 in membrum 2 *Et non sit hominibus ejus numerus.* Qvod qvidem in membris Synonymis fieri dubium nullum est conf. Ps. 9. 19. 38 1. Eccles. c. 9. 1. Hoc loco tamen ut id fiat opus haut est. Reddere licet pro ratione positus distributivè: *Et sit unusquisq; hominum ejus, numerus* i. e. excrescat in numeros s. in numerosam familiam, cum h. l. alius positus sit, qvàm Genes. 34. 30.

LOCUS

LOCUS IV.

Benedictio Jhudæ.

c. XXXIII, 7.

§. 1. Ipsi tribui Jhuda in hoc Testamento Moses Spiritu Prophetico vaticinatur & precatur 1. *εὐδοκίαν & in precibus exaudientiam divinam*, in vocibus: *Exaudi*, ô יהוה, *vocem Jhudæ* 2. expeditionem in hostes glorioſam ſ. victorioſam: qvia ſc. tribus Jhuda primaria, ſicut illius Anteceſſor exercitus aliarum tribuum duceret & reduceret, proinde precatur Moſes, ut Deus Jhudam in bella procedentem, cum victoriâ ad *populum ſuum reducat*: unde ſecundum: Et ad populum ſuum, reduc eum. Benè illud Chaldæus παρὰ φραζει: *Exaudi, ô Deus precationẽ Jhuda, ubi ille procedet ad prælium,* לְמֵימְרַהּ תְּתֵיבְנֵיהּ כְּשְׁלָם & *incolumem* (*in pace*) *fac illum* (ex bello) *redire ad populum ſuum*. Lutherus noſter ad illam dignitatem Jhuda reſpiciens reddidit: **Mache ihn zu einen Regenten in ſeinen Volck.** Precatur propheticè 3. potentiam robuſtam, in vocibus יָדָיו רָב לוֹ, ubi vocem רָב à radice רִיב & ſic in ſenſu contendendi expreſſit Raſchi explicans illud: יָדָיו יָרִיבוּ רִיבוֹ יִנָּקְמוּ נִקְמָתוֹ i. e. Manus *ejus contendant* vel *propugnent cauſam ejus*, & *vindictam illi præſtent*, unde Vulgatus reddit: *Manus ejus pugnabunt pro eo.* Præſtat tamen expoſitio Abeneſræ ſic explicantis וְסַפִּיקוּ לוֹ יָדָיו וְאֵין לוֹ צוֹרֵךְ לְמִי שֶׁיְּעַזֵּר אוֹתוֹ כִּי אִם עֶזְרַת הַשֵּׁם לְבַדּוֹ i. e. *Manus ejus* (*vires bellicæ*) *ſufficiant ei, ſic ut alio adjutorio in bellis opus haut habeat, præterquam ſolius Dei*, Convenit Junius reddens: *Manibus ejus ſatis ſit ei.* Optumè noſter Lutherus: **Laß ſeine Macht groß werden.** Precatur 4. aſſiſtentiam divinam, in vocibus: Tu, ô JEHOVAH, *auxilium ejus ſis ab hoſtibus*, **ſey ô HERR! ſeine Hülffe wieder ſeine Feinde / vel von ſeinen Feinden.** Exemplum nobile, ipſius Jhuda pro felici ſucceſſu bellico, Deum invocantis, & Dei exaudientis, videatur in hiſtoriâ Aſæ 2. Chron. 14. 9. 11. 12. & Jhoſaphati 2. Chron. c. 20. 2. 5. 6. 10. 22. & ſeq.

§. 2. At ubi in hâc benedictione Moſis morituri tribus Si-

meon? Respondent Hebræi, illam contineri in benedictione tribus Jhuda על שכחלקו ארץ ישראל נטל שמעון מחוך גורלושל יהודה i. e. *quando per sortem distributio facta est terræ Israelis, sors Simeonis incidit in sortem Jhudæ s. diffusa per sortem Jhudæ* conf. Jhos. 19. 1. id qve indicatum volunt ipsâ primâ voce in benedictione Jhudæ, qvæ est שמע, unde est nomen Simeonis, ad qvod in illâ respectus. Ita hîc Raschi ad illam vocem: כאן רמז ברכה לשמעון i. e. hîc *simul respicitur ad benedictionem Simeonis.*

LOCUS V.

Benedictio Levi. Vir חסיד tentatus in *Massa* c. XXXIII. 8. 9. 10.

§. 2. In benedictione Levi primarium illud, qvod sic legitur in v. 8 תמיך ואוריך לאיש חסידך qvod à nostro Luth. exprimitur: **Dein Recht und dein Liecht bleiben bey deinen heiligen Mann/** ita ut per *Thummim & Vrim*, velut sanctissima in pectorali Pontificali, & Ornamenta, & Sacerdotii summi insignia, metonymicè, ipsum notetur Sacerdotium, vel synecdochicè totum sacerdotale ministerium, cui adeo faustam perennitatem precando hîc benedixerit Moses Ita & Iun. & Trem. Ceterùm qvis ille איש חסידך? Qvis ille, *penes quem manent semper Vrim, Thummim?* Pro Messia, *sacerdote εἰς τὸ διηνεκὲς s. in perpetuum*, imò *εἰς τὸν αἰῶνα*, in *æternum*, & habente *ἀπαραβατον ἱερωσύνην*, s. *Sacerdotiũ, quod nunquã mutatur, pertranſit vel interit* conf. Hebr. 7. 3, 21. 24. facit 1. cùm illa ipsa infiniti & eminentissimi sacerdotii, cujus umbra saltẽ fuit in Sacerdotio V. T. descriptio. Facit 2. ipsa *Viri illius* חסיד, velut supremi Pontificatus Ahronis & successorium Moderatoris & Depositarii, usqve dum sublatâ Umbrâ, perficeretur & consumaretur illius mysterium, ratio, qvin & 3. ipsum sanctius nomen חסיד, qvod alibi qvoqꝫ, & cũ hoc ipso affixo חסידך sibi ipsi Messias Orator vindicat Ps. 16, 10. velut, ut homo, per gratiã sanctificationis & unionis ὅσιον πνεῦμα Act. 2. 27. Luc. 1, 35. & eminentissimè solius Dei & Messiæ θεανθρώπου est, conf. Jer. 3. 12. Ps. 145. 17. Sed &, 4. ipsa illius Viri חסיד *benigni* vel *sancti* determinatio in prædicato, ejusdemqꝫ non tam in Ahrone, qvàm Messiâ, legitimatio. Talis

sc. de-

sc. designatur h. l. איש חסיד *i. Vir benignus*, qvi ab Israelitis, qvorum pars Levitæ, fuit *tentatus* in *Massa, & cum quo illi contenderint ad aquas Meriba.* At de singulari aliqvâ Ahronis tentatione, vel Israelitarũ cum *Ahrone* contentione imò & murmuratione, in hihistoriâ, ad qvã, vel per ipsa nomina propria, loco illi imposita, sc. *Massa* & *Meriba*, (Exod. 17, 7.) princeps hîc respectus, altum silentium. Potuit qvidem illa murmurantium Oratio: *Date nobis aquam, uti bibamus*, etiam dirigi ad Ahronem, ceterùm non cum *Ahrone*: sed *cum Mose contendisse populus* dicitur v. 2. non, *contra* Ahronẽ: sed *Mosen, tunc murmurasse*, nõ in illâ murmuratione *Ahroni*: sed *Mosi* oblocutus esse: *Quare fecisti, ut ascenderemus ex Ægypto!* v. 3. Non Ahron: sed Moses, sibi à murmurantibus metuisse, & pro Consilio vel auxilio, Deum inclamavisse dicitur v. 4. *inclamavit Moses Deum dicendo: Quid faciam populo huic? parum abest, quin me sint lapidaturi.* Non Ahroni: sed Mosi revelatum admirandum illud educendarum copiosè ê rupe aqvarum remedium: non Ahron: sed Moses, jussus, & *rupem percussit* & sic *aquas eduxit* conf. v. 5. & 6. ut Ahron, æqvè ac ceteri seniores, non patrator: sed spectator saltem miraculi fuerit. Qvod si ergo ille איש חסיד velut objectum *tentationis* & *contentionis* Israelitarum, inter mortales ex tribu Levi, dandus, pro Mose potiùs, qvam Ahrone in illâ historiâ pronunciandum foret.

§. 2. Sed & in alterâ Num. 20. à v. 1. ad 14. nil peculiare pro *Ahrone*, qvin primariò, ex illâ hypothesi, pro *Mose*. Præterqvam enim qvod ex illa *murmuratione* non appropriatum *loco* nomen, sive *Massa* sive *Meriba*, prout in illâ Exod. 17. 7. qvin *illæ aquæ contentionis*, ab illis in *Massâ* & *Meribâ* distinguantur ipso proprio loci nomine (conf. Num. 27. 14.) ad qvæ tamen nomina princeps in hâc Mosis morituri benedictione respectus, mentio sanè in penultima hâc murmuratione, major, *Ahronis*, qvàm suprà (Exod. 17.) ubi ferè sola, *Mosis*. *Cur*, inqviunt, *Ecclesiam DOMINI in desertum hoc adduxisti?* v. 4. *Quare nos ex Ægypto ascendere fecisti?* *quare nos in locum hunc malum adduxisti?* v. 5. Qvin ab Israele rebelle *Ahron* æqvè ac Mose simul *metuisse* sibi memoratur, & propterea ad *portam tentorii conventus sese supplices ibi coram Deo recepisse*

pisse v. 6. Uterq; etiam *& Moses & Ahron* ex mandato Dominico de *congregando cœtum Ismelis versus petram, & hanc ipsam non percutiendo: sed alloquendo* v. 8. *congregavisse Ecclesiam adversùs illam petram* leguntur v. 10. Si tamen peculiare ex hâc murmuratione aliqvid, pro Mose omnia, & sub illâ ipsâ qvidem, qvæ, in hâc benedictione Mosis, memoratur voce *contendendi*: neqve enim ad *aquas illas contentionis* posteriores, legitur *populus contendisse cũ Ahrone*: sed cum *Mose*, conf. Num. 20. 3. *Contendit populus cum Mose*, & ubiq; Moses primarius, etiam ubi cum Ahrone conjungitur (v. 2. 6. 8. 10. 12.) multò minùs, hîc aliqvid pro *Ahrone* peculiare, ubi prout de solo Mose memoratur: *Contendit populus cum Mose* v. 3. ita & soli Mosi imperatum: *accipe virgam illam sc. illam Ahronis virgam, in* sacrario collocatã *in conspectu DOMINI* conf. v. 8 9. qvin, si qvid ibi ex æqvo & pari autoritate commune Ahroni cùm Mose, in communi Mosis & Ahronis ad illam rupem percussam *delicto*, id potiùs qværendum fuerit, qvàm in objectivo illo *tentationis* & contentionis Israelis experimento. Ibi enim ubiq; ferè copulantur, sive ipsis nominibus allegentur, sive in communi delicto, sed, sic, ut non tam sint, tentationis & contentionis objectum, qvàm subjectum: sc. *Non credidistis mihi, non sanctificastis me coram Ismele, rebellastis contra os meum, prævaricati estis contra me, in medio filiorum Ismelis*. Neqve id in loco cui nomen *Massa & Meriba*: sed *Kades*. conf. Num. 20. 12. 13. 14. c. 27. 14. Deut. 32. 50. 51. Sed &, si qvid datur in his commune, nil tamẽ pro Ahrone peculiare, ad *Ahronem*, Deut. 33. 8. intelligendum, exclusivè, respectu *Mosis*, nedum, ut qvid inde peculiare pro *Ahrone*.

§. 3. Qvàm contrà, plurima faciunt pro θεαυθρώπῳ hîc intelligendo, inprimis, postqvam clarissima N. T. lux præfulget, de CHRISTO PETRA TENTATO ab Israelitis in deserto; conf. 1. Cor. 10. 4. 9. De *Ahrone* sanè *tentato* ab Israelitis, vel per *contentionem* ab his provocato in historiâ *Exodicâ*, totiusq; Pentateuchi silentium. *Murmurationis* qvidem Israelitarum mentio *& contentionis*: sed contra *Mosen*, non *Ahronẽ* in locis Exod. 17. 2. 3. Num. 20. 3. & si qvid in formulâ *rebellium* plurale Grammaticum, qvod videbatur non ad solum Mosen; sed ad Ahronem qvoqve attinere,

attinere Num. 20. 4 nihil tamen inde peculiare vel primarium pro *Ahrone*, qvod tamen omnino legitimandum fuerit, si ille איש חסיד vel *Vir benignus in Massâ & Meribâ* tentatus, ac *contentione* Israelitarum *provocatus*, Ahron, excluso Mose, intelligendus, velut à Mose hîc intentus fuerit. Frustrà obiiciuntur loca Exod. 16. 2. 3. Num. 14. 2. c. 16. 11. c. 20. 2. Cum qvæstio sit de *tentatione* & *contentione vel* de *murmuratione* nõ nisi *relatè* ad loca Exod. 17. 7. Num. 20. 2. 3.

§. 4. Qvin ipse Moses, præcipuum murmurantibus in deserto σημεῖον ἀνθλεγόμενον, qvàm declinat illius *murmurationis* & *contentionis* esse vel censeri objectum; qvi altiùs Israelitas attollendo, negavit, se vel Ahronem, illis *murmurationibus* feriri: sed ipsum יהוה Exod. 16. 9. & in contentione illâ, qvæ loco nomen reliqvit *Massa* & *Meriba*, Israelitas secum contendere, cum illa contentio sit conjuncta cum *tentatione ipsius Dei? Quid*, inqvit, *contendendo tentatis Jehovam?* & illi ipsi loco nomen utrumq; impositum, non qvod ibi *contendissent* cum Mose, nedum, cum Ahrone: sed qvod *tentavissent ipsum Jehovam dicendo: Estne* יהוה inter *nos, annon?* Exod. 17, 7. sed & in posteriore murmurationis historiâ, *Israelitæ* memorantur, *contendisse contra Jehovam*, Num. 20, 13. ubi idem vocabulum *contendendi*, qvod reperitur h. l. Devt. c. 33. 8. Ubiq; adeò & *tentatio* Israelitarum (qvæ hoc loco pro objecto habet illũ איש חסיד) in historiâ, subjectũ tale absolutũ & ultimatũ habet ipsũ יהוה vel אלהים עליון conf. Ps. 78. 56. Ps. 95. 8. 9. unde cum in hoc loco memoretur ille איש חסיד tentatus & contentione Israelitarum, provocatus, in loco autem Isaiæ c. 63. 10. ipse sanctus Spiritus, qvid aliud inferendum, qvàm & hunc איש חסיד s. *Virum benignum* Sacerdotii Ahronici, & illorum *Urim Thummim* depositarium ac consumatorem, & *S. Spiritum* esse verum naturâ Deum, & illum adeo איש חסיד θεάνθρωπον? sed & qvomodo Ahron asserturus & servaturus erat Urim Thumim, jã dudum tunc mortuus? Qvod si ad posteros Ahronis referas, qvomodo illis competet character illius Viri חסיד *qui tentatus memoratur in Massa & contentione provocatus in Meriba?* Et qvomodo ad *Levitas* peculiariter hîc refertur illa *tentatio* & *contentio*, in ordine ad Ahronem, de qvâ nihil in toto Mose, qvi non tam Levitis, qvàm aliis

Israelitis illas *tentationes* & *contentiones* imputat? Hactenus ergo concludendum pro MESSIA.

§. 5. Eqvidem, unum illud vel maximè illi exegesi obstare videtur, qvod hâc ratione Messias respectu tribus Levi non tam esset ὁ χαριτῶν, s. talis, qvi in tribum Levi gratiâ influeret, vel hanc illi *conferret*, qvàm ὁ κεχαριτωμένος s. talis, qvi â tribu Levi collatam gratiam *acciperet*, qvod contra axioma Servatoris, ex cujus *plenitudine accipimus omnes* καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος Joh. 1.16. qvi q; virtutē cruenti sui meriti, ipse χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς εἰς αἰῶνας Hebr. 13,8. & 1. Pet. 1.19.20. in illis ipsis jā tunc exeruit sacrificiis Leviticis, extra qvem influxum, in illis nonnisi τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς agnovit Apostolus Hebr. 7. 18.

§. 6. Positus sanè חסיד in affixionis statu, ita semper habet, ut respectu illius, cujus חסיד dicitur, se habeat activè, respectu illiꝰ qvi חסיד dicitur, passivè, sic ut ille ad qvem refertur affixum, sit ὁ χαριτῶν s. *gratiam conferens*, vel benignitate afficiens, ipse autem, qvi ejus, חסיד dicitur, sit ὁ κεχαριτωμένος s. *gratiam ab illo*, ad qvem relatio est in affixo, *accipiens*. Nihil attinet per exemplorum inductionem illud legitimare, cum nullum detur contrarium in universo Mosis & Prophetarum codice, præter id qvod in præsens foret κεχαριτόμενον. Neqve verò vel dubitare, salvâ fide, licet, qvin MESSIAS secundùm humanitatem tàm verè dici possit κεχαριτωμένος s. *gratiâ affectus*, qvàm ἠγαπημένος s. *dilectus*, in qvo Deus pater ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς s. *gratiâ vel benignitate nos affecit*, Ephes. 1. 6. cum & respectu conceptionis & incarnationis s. personalis unionis, unctionis, immensæq; ad qvam sublimata humanitas est, divinæ Filiationis, & illius ὑπερυψώσεως, reverà sit, κεχαριτωμένος, cui Deus ἐχαρίσατο nomen super omne nomen; conf. Luc. 1. 28. 35. 42. Joh. 3. 34. Phil. 2, 9. qvi & propterea à Davide appellatur חסיד יהוה s. *gratiosus Domini* s. talis qvem gratiâ proseqvitur DOMINUS Ps. 16. 10. Ceterùm hoc ipsum vel maximè in contrarium urgetur, & vel ipse parallelus positus. Scilicet, sicut in loco Davidico, ubi Messias ipse Orator, vox חסידך respectu

respectu Messiæ resolvenda passivè: respectu Dei Patris (ad qvem refertur affixum personæ 2.) activè, ut sensus sit: *Non permittes illum, quem tu benignitate prosequeris, experiri corruptionem*, non autem: *Non permittes illum, qui te gratiâ, benignitate vel beneficio prosequitur, experiri corruptionem:* sicut alibi Ps. 89. 20. in positu pariter parallelo חסידך, non est ille, qvi in eum cujus est חסיר, gratiam confert: sed qvi ab illo accipit, vel gratiâ afficitur: ita qvoqve hoc loco consequens חסידך respectu ipsius *Viri* qvi dicitur חסיר resolvendum passivè: respectu tribus Levi, cujus est חסיר, activè, ut ita ille Vir חסיר non in tribum Levi, *misericordiam, benignitatem, beneficium, gratiam* contulerit: sed ab illâ tribu Levi *gratiam* acceperit, vel *benignitatem expertus* fuerit, qvod cum non conveniat in Messiam, videbatur potiùs pronunciandum pro Ahrone, unde & Junius ad Ahronem retulit, & reddidit: *Thumim tui & Urim tui penes Virum tuum quem tu beneficio prosequeris.* Ceterùm, si propterea in איש חסיר non intelligendus fuerit Messias, nec Ahron intelligendus fuerit, cum ex historiâ Mosaica nulla adeo appareant argumenta gratiæ Levitarum in Ahronem: sed Ahronis potiùs in ceteros Levitas conf. Lev. 9, 22. c. 16, 6. 11. 14. 15. Num. 4. 15. 18. c. 8, 19. c. 14. 2. 5. 10. c. 16, 1. 3. 16. 18. 19. 22. 41. 42. (juxta Jun. c. 17. 6. 7.) 45. 46. 47. (c. 17. 10. 11, 12.) c. 17. 10. c. 20, 6. 8.

§. 7. Eqvidem, expediundo insigniori illi dubio compendium foret, si totum illud, qvod in personâ 2. pronunciatum in v. 8. m. 1. תמיך ואוריך לאיש חסידך accipiatur velut dictū in relatione ad ipsum Deum hoc sensu: *Thumim & Urim tui, ô Deus, penes Virum, quem benignitate prosequeris.* Sic enim חסידך esset qvidē κατ' ἐξοχήν: sed respectu Dei, velut κατ' ἐξοχήν, & planè hîc parallelum in ipsâ forma esset illi חסידך in Ps. 16. 20. ut vel sic, *Vir quem intimiore benignitate prosequitur Deus*, potiùs conveniat Messiæ, qvàm Ahroni, qvippe qvi nusquam appellatur specialiter חסיר יהוה prout Christus Ps. 16, 10. etsi alicubi יהוה קדוש *cui invidisse* memorantur *Israelitæ*, ipsum autem *Deum fortem tentavisse* Ps. 106. 14. 16. Ps. 78. 56. Et sanè pro tali relatione hujus dicti non ad tribum Levi: sed *ipsum Deum*, faciunt magnæ autori-

tates. Ità Chald. Onk. reddens: תומיא ואוריא אלבשתא לגבר דאשתכח חסיר קדמך: *Tu* (ô Deus!) *Thumim & Urim induisti Virũ* (Ahronem sc.) *qui inventus est sanctus corã te*, ut hîc à Mose id summariè repetatur, qvod habetur Exod. 28. à v. 15. ad 31. Lev. 8. 8. Ita Raschi ad h. l. כלפי שכינה הוה מדבר i. e. *alloquitur hic Moses ipsam divinitatem vel Deum præsentem.* Ita R. Abenesra illud ללוי אמר explicat per בעבור לוי אמר לשם i. e. *Moses in causâ Levi* (vel propter Levi) *allocutus est Deum*, ut illud אמר ללוי habeat prout Gen. 20. 13. illud *Abrahami ad Saram:* אמרי לי *dic mihi*, i. e. *dic de me:* qvomodo & Junius h. l. *De Levi autem dixit:* prout in ceteris benedictionum classibus v. 12. 18. 20. 22. 23. 24.

§. 8. Ceterùm obstat (1) forma sermonis in classe Levi, non prout in his, in personâ 3. sed secundâ, sine expresso nomine Dei, prout v. 7. in classe Jhuda. Obstat 2. Apostrophe votiva ad ipsum יהוה in classe Levi, demum datur v. 11. sub expresso nomine יהוה, ut adeo antecedentia in v. 8 ad ipsam tribum Levi referenda. Obstat vel maximè 3. qvod si ad Deum referenda qvæ habentur in v. 8. membro 1. ad eundem Deum referenda qvoqve sint qvæ habentur in membro 2. Et sic ipse Deus, cujus sunt *Urim Thumim, diceretur* illum איש חסידו s. *Virum quem benignitate prosequatur* (sive per hunc intelligatur *Ahron*, sive *Christus ipse*) *tentasse in Massa, & cum eo contendisse in Meriba:* qvod cum in Messiâ legitimari non possit, eqvidem pro illâ sententiâ, qvicqvid illi accedere videbatur argumenti in explicatione membri 1. s. illius positus: איש חסידך, planè evanescit in explicatione membri 2. Tale enim prædicatum, *tentationis & contentionis divinæ*, repugnat mysterio, & hypothesi intelligendi hîc Messiæ, qvi non à Deo: sed Israele ibi tentâtus: cum qvo non Deus ibi contendit: sed populus, prout jam supra legitimatum.

§. 9. Sed nec qvicqvam inde pro *Ahrone.* Eqvidem constanter Rabbini Chaldæum secuti ad tentationem Dei activam, Ahronis passivam illud referunt, qvi tentatus à Deo manserit שלים s. *integer, perfectus*, qvi *probatus à Deo, repertus fuerit* מהימן s. *fidelis.* Ita Chaldæus: nec aliter Rab. Salomo sc. qvi Ahron

non fuerit unus ex *murmurantibus*: sed & Abenesra sic in h. l commentatus: תמיד יהיו תמיד לאהרון ולזרעו שהוא היה חסיד ולא נמצא בו דופי חוץ מדבר מריבה שכבר הענשת עליו: i. e. Thumim Urim, vel munus Sacerdotale, maneat penes posteros Ahronis, qvippe qvi fuit pius, *nec inventum in eo delictum est, prater illud ad aquas contentionis Num. 20. quod jam dudum ultus est in eo*, unde excusat Abenesra Ahronem in illo crimine μοχθηρίας vel μιχθηρίας Act. 6. 41. velut qvi לכבוד השם עשהו ſ. *intentione Deum verum colendi & glorificandi illum fecerit.* Aliena illa omnia. Mentio qvidem in historia Israelitica, Dei *tentantis populum* ſ. hujus fidem & obedientiam explorantis, ut *publicè constaret, quid in hujus corde lateret* conf. Exod. 15. 25 Deut. 8. 2. 3. 14. 16. (conferantur ibidem notata) At in totâ illâ historiâ nulla mentio *tentati* singulariter *Ahronis*, nedum in *Massâ* & *Meriba* Exod. 17. Num. 20. Mentio qvidem alibi *Dei contendentis* (sub hâcipsâ radice ריב) sive in pœnam, Pſ. 35, 1. sive in illius cum qvo contendit, pœnitentiam vel gratiam conf. Pſ. 51. 22. Jer. 2, 9. Ceterùm nusquam in totâ illâ Exodi & deserti historia Deus legitur contendisse cum populo, nedum cum Ahrone: sed ubiq; illud ipsum qvod hoc loco prædicatur voce תריבהו prædicatur de populo, subjectivè, de Deo & Mose objectivè conf. Exod. 17. 2. Num. 20. 3. 13. ut adeo non solùm ex hypothesi illâ ipsius Dei: sed & priore illâ Israelis *tentantis* & *contendentis* nihil hîc pro Ahrone, qvi nec à Deo, nec ab Israele tentatus, vel in contentionis talis periculum vocatus ullibi memoratur. Sed & qvæ de Ahrone sive absolutè, à Chaldæo, sive excepto uno illo casu (communi Mosi & Ahroni ad *aquas contentionis* Num. 20. 12. 13.) undiqvaq; *integro*, & omnis delicti puro, ac ab omni tunc Idololatri à absolvendo, ponuntur à Rabbino, expresso sancti Spiritus judicio confutantur. Vid. de illo Num. 20. 12. 24. c. 27. 14. De hoc autem Exod. 32, 21. 24. 25.

§. 10. Rectè adeo noster Lutherus ad ipsum populum Levi, qvicqvid seqvitur, retulit: **dein Recht und dein Liecht bleibe bey deinen heiligen Mann/ denn du versucht hast zu Massa/ da ihr hadert am Hadderwasser.** Ambiguè autem Junius, sic ut in

reliqverit, utrũ ad Deũ sermo hîc dirigatur, an ad populũ? Et utrũ illa tentatio & contentio fuerit populi, an ipsius Dei in Ahrone? qvin propterea, verbũ *tentandi*, permutatũ est verbo *probandi*, ut sub hoc molliore vocabulo, totum illud ad Deum ipsum *tentantem* i. e. *probantem* Ahronis obedientiam & fidem referre posset: nec alio fine, prius nomen *Massa* hîc habitum illis Interpretibus Junio & Tremellio est, non velut nomen loci *proprium*: sed *appellativum*, & posterius non relatum ad historiam Exod. 17. sed Num. 20. Qvare autem prius illud? *quia* (prout ingenuè fatentur in notis ad h. l.) *in historiâ Exod. 17. nihil de singulari aliqvâ probatione Ahronis*, proinde *simplicius visum* est *appellativè accipere*, non prout *vulgò redditur*: in MASSA, *ut alludatur historiam* Exod. 17, 7. Atqve ad illam historiam Exod. 17. hîc respectum dari principalem, cum ex utroq; *Massa* & *Meriba* nomine, & cum loco illo Exodico collatione, tum ex ipsâ *aquarum* mentione, tam evidens, qvàm, qvod maximè. Qvare autem non ad illam historiam hîc respectus? Resp. Junius: *Quia ibi nihil occurrit de tentato* vel *probato* Ahrone, de qvo tamen agitur in Devt. c. 33. 8. At hoc ipsum est κεῖνόμενον, an hîc agatur de *Ahrone?* & adeo petitur principium. Invertendum potiùs: si in *illis tentationibus*, in qvibus mentio Topica, *Massa* & *Meriba*, nihil pro *Ahrone*. E. nec hoc loco, & adeo Ahron non fuerit ille חסיד Sed ex confessione Junii verum prius. E. & posterius.

§. 11. Declinavisse Junium in interpretamentum superius Chaldæi & Abenesræ, atqve sic de *Deo tentante & contendente* cum Ahrone intellexisse, præter interpretationem illius חסידך per: *Virum, quem tu beneficio prosequeris*, qvi sit Ahron, *penes quem depositum sacerdotale munus, continuandum in posteris*, (qvomodo Abenesra scripserat: Vrim Tumim tribui illi Viro חסיד, Ahroni sc. *quia perpetuò futurum erat sacerdotium penes Ahronem & semen ejus*) præter emollitionem vocabuli, *tentandi in Massa*, per voces *probandi probatione*, ut sic ad Deũ referri posset ipsa allegatio loci Devt. 32. 51. ostendit velut in qvo agitur de expostulatione ipsius Dei cum Mose, in peccato huic qvondam communi cum *Ahrone*: sed & qvicqvid

hic habet

Hîc habet Junius, exscripsit ex Abenesra, qvi, qvia videbat in historiâ *Massa & Meriba*, sustineri illam tentationem *Aharonis*, & cum hoc *contentionem*, non adeo posse, maluit illas voces *appellativè* accipere & in Hebræo fonte & Chaldæo interprete, qvomodo ad vocem מסה addidit Abenesra: שם כמן בנסיון s. *id esse nomen appellativũ, & idem quod* נסיון i. e. *tentatio* s. *probatio*, unde Jun. reddidit: *quem probasti probatione*, ut sic non peculiaris hîc respectus dandus fuerit ad historiam *Massa & Meriba* Exod. c. XVII. sed promiscuè ad qvamcunq; aliam tentationis historiam, ex qvâ colligendum vel inqvirendum sit exemplum tentati peculiariter Aharonis, qvod sanè si in *Massâ & Meribâ* non datur, non aliud facilè datur, & si daretur, hoc tamen in loco non aliud intelligeretur.

§. 12. Qvod si adeo ad Deum non referre licet prædicata *tentandi & contendendi* in m. 2. nec ad Deum hîc in litera referre licet affixa personæ 2. membri 1. in חסידך ואוריך in : sed referenda hæc fuerint ad ipsum nomen *Levi* s. tribum Levi, eo modo, qvo sensum sponte fluentem noster Lutherus expressit: **Zu Levi sprach Er/ dein Recht und dein Licht bleibe bey deinem heiligen Mañ/ deñ du versucht hast zu Massa/** sic ut Apostrophe votiva ad Deũ demum detur in v. 11. **HERR segne sein (des Levi) Vermögen.** Licet autem in historia illa, qvæ loco nomen dedit Massa & Meriba, Exod. 17, 7. & altera illâ ad *aquas contentionis* Num. 20. non distincta detur mentio Levitarum: tamen neqvaqvam hi excluduntur, in nominibus generalibus *populi* fitientis, cum Mose, imo contra ipsum Jehovam contendentis c. 17, 2. 3. 4. 5. 6. 7. c. 20. 3. cœtus & congregationis c. 20. 4. 5. filiorum Israelis v. 13. qvin in posteriore saltem illâ tentatione, nec Moses, nec Aharon excluduntur planè ex classe *tentantium* illum איש חסיך s. *illam spiritualem & concomitantem Petram Christum* (1. Cor. 10, 3.) qvorsum pertinet illa incredulitatis vox: *An ex hâc petrâ proferemus vobis aquam*? c. 20. 10. & factum ipsum, dum jussi alloqvi *petram*, propter præsentem Christum Petram, ipsos Israelitas alloqvuntur, Petram autẽ neglecto mysterio, bis irato animo percutit Moses, sic ut nec Moses nec Aharon *crederet, nec sanctificaret*: sed

tentaret

tentaret potiùs hunc איש חסידו s. *Messiam Petram* (conf. Num. 20. 12.) præsentem tunc imo insistentem illi materiali & immobili Petræ, & ex hâc aqvas producentem conf. Exod. 17. 6. Num. 20. 8.

§. 13. Pro dubio superiori expediundo notandum adeo, aliam hic esse suppositionem vocis חסידך in ordine ad tribum *Levi*, cui ipse Messias, utut ab illis tentatus, tamen est חסיד, qvàm in aliis locis, ubi sive Messias, sive Samuel appellatur חסידך in relatione ad *Deum*, e. c Ps. 16. 10. Ps. 89. 20. ubi vel ex ipsâ necessitate materiæ resolvendum *passivè*, prout respectu Dei, *activè*, neq; saltem in singularibus illis exemplis: sed & communibus *omnium sanctorum*, sive Deus ipse illos appellat חסידי Ps. 50. 5. sive per Apostrophen ad Deum in personâ 2. dicantur חסידיך 2. Chron. 6. 41. Ps. 52. 11. 79. 2. 132. 9. 145. 10. sive in personâ 3. dicantur חסידין 1. Sam. 2. 9. Ps. 30. 5. 31. 24. 37. 28. 85. 9. 97. 10. 116. 15. 148. 14. 149. 9. Prov. 2 8. Thren. 3. 32. Neqve enim à Christo secundum humanitatem חסיד Dei, influxus datur gratiæ in divinitatem: sed contra (proratione communicationis majestatis irreciprocæ) ex divinitate in humanitatem, secundum qvam est gloriâ & honore coronatus, & nomine super omne nomen ex gratiâ donatus, omniaq; pedibus ejus suppositа. Neqve sancti in Deum: sed Deus in sanctos influit חסד s. gratiam, benignitatem, misericordiam, beneficentiam, per qvem in fluxum fiunt sancti, & qvæ gloria omnium sanctorum est, κεχαριτωμένοι ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Ceterùm alia hoc loco datur relatio affixi in חסידך, sic ut positus magis conferendus cum unico illo Ps. 132. 16. ubi *benigni Sionis* s. חסידיה vocantur, qvos in Sione Deus singulari gratiâ complectitur, vel ita habendus, prout qvando Deus dicitur sanctus Israelis conf. Ps. 71. 22. 2. Chron. 19. 22. vel qvod optimum ut חסידך sit idem qvod חסיד לך s. *qui te benignitate prosequitur* Ps. 4, 4. & adeo prout ceteroqvi in relatione ad Deum supponit passivè, ita hîc, in ordine ad Levi, activè.

LOCUS VI.

Character verorum sacerdotum & Doctorum.

Deut. XXXIII. 9. 10.

§. 1. Ita ergo vel in ipsâ *benedictione* Levi & Sacerdotii V. T. Mosis

T. Moses Propheta est de alio, eodemq; *infinito Sacerdote, secundũ ordinẽ Melchisedech, exorituro* sc. ex *tribu Iuda, cui tribui nihil de Sacerdotio locutum est Moses* Hebr 7,14.15. Porrò characterẽ verorũ Levitarũ & Sacerdotũ describit partim negative, sc *in cultu Dei* sincerè & ἀπροσκλίνως peragendo, *non respicere Patrem vel matrem, non Fratres, non Filios*, sic ut horum respectu in partibus officii remissiùs agant & affectu carnali abrepti, Zelum pro gloriâ Domini minorem ostendant conf. Exod. 32. 26. 27. 28. 29. Levit. 10. 2. 3. 19. conf. Mal. c. 2. 2. 3. Et verus adeo Levita est talis האמר s. *qui dicit de Patre suo & matre suâ, non respicio eum, qui fratres suos non agnoscit, qui Filios suos non recognoscit*: partim autem *positivè* sic, ut ἀλληλογικῶς nectatur cum charactere illo negativo, qvia sc. *observant sermonem Dei, custodiunt fedus Dei* v. 9. *Docent judicia & Legem Dei ipsum Israelem, apponunt suffitum in holocausta, vel igne prorsus consumenda ad altare Dei* v. 10.

§. 2. Ceterùm, qvis ille האמר s. *dicens?* Junius ad illum איש חסיך, & sic ad Ahronem refert, ita ut sensus detur continuatus profluens ex v. 8. in 9. *Thumim & Vrim tui sunt penes Virum tuum quem beneficio prosequeris, penes Virum* inqvam, *dicentem. de Patre suo & de matre suâ: non respicio eum.* Obstat autem tali continuationi & terminationi sensus per versum 8. fluentis adusq; Atnach v. 9. accentuatio non ferens sensum sic per Regem Silluc continuari, & in seqventi Atnach plenè terminari. Obstat qvoqve membri 1. ad 2. & territoriorum in utroq; membro inter se relatio, prædicatorum comparatio, ipseq; nexus causalis sc. Qvicunq; sincerè custodiunt fedus Dei, illi in officio sacro non feruntur carnalibus respectibus Patris vel matris, Fratrum vel filiorum, Atq; veri Levitæ &c. E.

§. 3. Qvomodo autem affixa in m. 2. v. 9. & toto versuto. ad Deum referuntur, cũ non præcesserit hactenus expressum nomen Dei s. יהוה in classe sc. Levi: Resp. (1) sufficit, qvod antecesserit in classe Iuda v. 7. (2) Præcessit mentio איש חסיך s. *Viri benigni* tentati & contentione Israelitarum in deserto provocati v. 8. At ille *Vir* idem de qvo alibi Sach. 6. 12. *Ecce Vir, cujus nomen est Zemach!* verus Deus, & futurus tunc θεάνθρωπος. (3) Ubi tale affixum,

sine præcedente principali nomine ponitur, ipsum principale ex naturâ prædicatorum subintelligitur. (4) Seqvitur immediatè in v. 11. ברך יהוה חילו ô HERR segne sein Vermögen.

§. 4. Sed & ex ipsâ oppositione talis respectus vel recognitionis Parentum, Fratrum, Filiorum, & observantiæ ac custodiæ sermonis ac federis Dei, plenariæq; administrationis muneris Doctoralis ac Sacerdotalis in v. 9. 10. clarissimè constat, non simpliciter *omnem respectum*, hic prohiberi ad *Parentes, Fratres & liberos:* sed saltim secundùm qvid, respectum comparativum *superlativum & prælativum*, qvo sc. Parentes, & liberi præferuntur dilectioni & cultui Dei & personis ac rebus humanis studiosiùs inhæretur qvàm cultui Dei, *recognitionem* item *obstativam, diminutivam* tabulæ primæ, cum negligentiâ vel remissiore observantiâ sermonis & custodiâ federis divini conjunctam: qvo respectu Servator characterem verorum discipulorum expressit, *odisse patrem & matrem, uxorem & liberos, fratres & sorores, imo animam ipsam* Luc. 14. 26. i. e. (prout explicat ὁ Σωτὴρ Matth. 10. 37.) *non amare parentes, & liberos supra* Christum: sed *omnes illos postponere dilectioni Christi*, ejusdemq; gloriæ, in commissâ officii sanctioris parte propagandæ. Constabit inde, frustra esse Arminianos & Socinianos, qvi illud mandatum Christi Luc. 14. 26. habent velut novum qvoddam & singulare præceptum Evangelicum in V. T. à Mose non reqvisitum, vel expressum, à Christo Legislatore in N. T. superadditum. Contrà, illud ipsum continetur in summario tabulæ 1. Deut. 6, 5. & pulcherrimo hîc in veris Levitis commendatur exemplo.

§. 5. Sed & constabit inde, Paralogismum à dicto secundum qvid committi à Papistis, & fallaciam dictionis, qvando ex h. l. argumentantur pro cœlibatu Sacerdotum: sc. Veris sacerdotibus (qvales tamen in N. T. omnes Christiani sunt) non respiciendum est ad parentes, ad Fratres, ad liberos, tali respectu, ut Deo in dilectione præferantur, ut his potiùs, qvàm Dei gloriæ militetur, vel in illorū gratiam de cultu Dei, de Zelo pro gloriâ Dei, de observantiâ federis Dei, aliqvid remittatur. E. absolutè & simpliciter non est respiciendum ad Parentes, & consequenter, nec ad

uxores,

uxores. Par foret Paralegismus: Non est diligendus proximus supra Deum (qvin illâ comparatione, prout loqvitur Moses, *nesciendus*, non agnoscendus, vel prout Servator, *odio habendus*) E. planè non est diligendus. Sive ergo in hoc loco, contineatur verorum Sacerdotum encomium, sive officium, sive utrumq;, nihil inde pro cœlibatu Sacerdotum. Qvin ex mente Pontificiorum hîc respectus foret ad Mosen & Ahronem. At uterq; illorum conjugatus, sobolem genuit & adeo aliqvando ad uxorem & liberos respexit & hos agnovit. A nescientiâ ergò illâ parentũ & liberorum modificatâ comparativè, juxta proportionem objectivam tabulæ secundæ ad primam, ad abdicationem vitæ politicæ & conjugalis non V. C. Ita Henochus & cum Deo ambulavit, & tamen uxorem habuit, hanc agnovit, liberos genuit. Qvin si propterea non ducenda vel habenda uxor, qvia veri Levitæ ad propinqvos non respiciunt. E. nec habendus Pater & Mater, nec fratres: nec liberi, qvia *veri Sacerdotes dicunt de patre & matre: Non respicio eum.* Et sic de *fratribus, de liberis.* Qvin in loco præsenti nulla fit mentio *uxoris*: sed *patris, matris, fratrum, filiorum.* Et tamen si habent veri Sacerdotes Filios, habent qvoqve vel habuerunt uxores & agnoverunt qvoqve uxores: prout sanè Sacerdotes V. T. ad qvos hîc primarius respectus, imò *illi ipsi qui dixerunt Patri & matri sua: non respicio vos*, fuerunt coniugati, genuerunt. A posthabitione adeo hypotheticâ Matrimonii, respectu ipsius cultus divini s. gloriæ Dei s. à negatione respectus primarii ad Parentes, Fratres, liberos vel uxorem qvoqve, ad omnimodam abdicationem non V.C. Qvod si propterea Episcopus vel presbyter in N. T. non debet habere uxorem. E. nec Parentes, nec Fratres nec liberos. Si autem potest habere *Parentes, Fratres, liberos*, dummodo primariâ animi destinatione in id incumbat, ut Deum, sincerè colat, & alios in cultu Dei retineat. E. & potest habere uxorem, dummodo hujus dilectionem dilectioni & cultui Dei postponat, & si ab illo avocet, æqvè hanc, ac Parentes, Fratres, liberos *non respiciat*, vel *recognoscat*, qvod Servatori est, μισεῖν τὴν γυναῖκα, adeo necessarium, ut qvi non μισεῖ, non possit esse discipulus

pulus Christi Luc. 14. 26. Et tamen acclamat Apostolus Viris, non absolutè illud: μισεῖτε i. e. *odio habete:* sed ἀγαπᾶτε i. e. *diligite uxores vestras!* item, illud: *Nemo unquam propriam carnem ἐμίσησεν* s. *odio habuit.* Ephes. 5. 25. 29. *A negatione* sc. gradus s. prælaturæ dilectionis, ad *negationem actus dilectionis* vel à *nescientiâ & odio* secundum qvid, comparativè sc. resp. *superioris & primarii dilectionis objecti*, ubiq; & vel maximè in contradictorio, si ab illo qvo Deus vocat, vel qvod Deus mandat, Parentes, Fratres, liberi & vel ipsa *uxor* (propter qvàm ceteroqvi Vir derelinqvere tenetur Patrem & matrem, & uxori ad hærere, velut uni secum carni) aliò vocent, vel inclinent, ad nescientiam & odium *simpliciter vel absolutè non* V. C. Potest *observantia sermonis Dei* & *custodia fœderis* (v. 9.) potest officium *Doctoriale* & *Sacerdotale* (v. 10.) sibi constare, cum subordinato respectu prout ad *Patrem, Matrem, Fratrem, Filium*; ita qvoqve ad *uxorem*, nec enim talem subordinatum: sed, in contradictorio inprimis, etsi clanculario & mentali, prælatum respectum, & Moses in veteri & Servator in N. Testamento proscribit, velut characteri *veri Sacerdotis & Discipuli* repugnantem, ubi adeo respicere vel recognoscere Parentes, Fratres, prohibetur, & odisse illos s. postponere, imperatur: illum autem subordinatum respectū velut non magis pietati repugnantem, qvàm tabula 2. primæ, non saltem non interdicit, neqve in medio relinqvit: sed etiam, uterq; expresse præscribit, vel præcipit, jubens *proximum diligere sicut diligit quis seipsum*, & *Virum mulieri* προσκολλᾶσθαι Gen. 2, 24. Lev. 19. 18. Matth. 19 5. Marci 12. 31. ubi adeo *respicere* imperatur, odisse vel non respicere, velut grande crimen, prohibetur. Conf. supra & 1. Tim. 5. 6. 18.

LOCUS VII.

Benedictio Binjamin.

c. XXXIII. 12.

§. 1. Per ידיד יהוה s. *dilectum Domini*, ipsum Binjaminem intellexit Junius, habito respectu ad personam Binjaminis, qvi prout natus fuerit præcipuè dilectus Patri Jacobo (à qvo dolorosum nomen *Benoni* permutatum in blandius *Benjamini* conf. Gen. 35. 18.)

35. 18.) ita tribus ejus, præcipuè dilecta Deo. Et prout ille olim adhæsit Patri Jacobo (Gen. 42. 4. 13. 38. c. 44. 22. 31.) ita tribus Deo. Durum tamen illud עליו prius referri ad Deum, ut reddatur: *Binjamin dilectus Dei habitabit securè cum Deo*, posterius autem imo ejusdem personæ 3. affixa seqventia referri ad Binjaminem, & contrà, prædicati primi subjectum esse Benjaminem, duotum posteriorum ipsum Deum. Qvantò simpliciùs & consilio fontium consonantiùs illud ידיד יהוה statuitur subjectum tum prædicatorum seqventium & adeò æqvè primi (qvod à Junio affirmatur) qvàm secundi & tertii (qvod à Junio negatur) ut eadem relatio sit affixi primi in prædicato primo, qvàm secundi in secundo & tertii in tertio, & sic idem, qvi est subjectum שכן in prædicato secundo & tertio subjectum qvoqve sit in prædicato שכן primo, qvod vel ipsa ejusdem prædicati ratio, & qvod nuspiam talis σκήνωσις prædicetur de Israele vel Binjamine apud Deum: sed de Deo apud Israelé in sacrario sc. qvod in sorte Binjaminis deinceps futurum, satis evincit, conf. Exod. 24. 16. c. 40. 34. 35. Num. 5. 3. c. 9. 22. 1. Reg. 8. 12. At ille יהוה, qvod utrinq; conceditur. E. & hic, & adeo ille ידיד יהוה Filius est Deo Patri & Spiritui S. ὁμοούσιος idemq?, tunc futurus, θεάνθρωπος qvi in classe Levi appellatus איש חסיד, & paulò post in classe Josephi שכני סנה s. habitans *rubum* conf. Exod. 3. 1. 2. ipse sc. Christus velut ὑπερχῶς Jedidia s. Dilectus Domini ὁ ἠγαπημένος, vel ὁ ἀγαπητός, hic intelligendus fuerit. Qvomodo & Salomo, ab ipso Deo per Nathanem appellatus memoratur Jedidia i. e. *dilectus Domini* propter hunc ידיד יהוה s. *Jedidiam Jehovam* conf. 2. Sam. 12. 24. 25. sc. *Ob illum ineffabilis dilectionis Filium dilectus Deo.*

§. 2. Et pulchrè appositeq; mysterio illa שכינה σκήνωσις divina in *sorte Binjaminis* s. metropoli Hierosolymitanâ adscribitur illi personæ, de qvâ incarnatâ in N. T. prædicatur illud: ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Joh. 1. 14. Pulchrè Chaldæus illud: *Inter humeros Binjaminis habitabit* (sanè non ipse *Binjamin*: sed ille *dilectus Jehova*, qvi proinde h. l. alius Binjamin & sublimioris *dextræ Filius*) reddi-

dit: בארעיה תשרי שכנתא i. e. in terrâ ejus habitabit *Schechina* ſ. prout Hieroſolymitanus expreſſit: בתחומיה תשרי יקר שכנתיה דיהוה i. e. *in termino Binjaminis caſtra habebit glorioſa præſentia Dei*, vel ipſe Meſſias, qvi illis *nominibus* familiariter deſignatur in ſcholis Targumiſtarum, imò & utriusq; Inſtrumenti libris conf. Exod. 24. 16. c. 25. 8. c. 40. 34. 35. Joh. 1. 14 Apoc. 21. 3 Luc. 2. 32. Notetur qvoqve Vulgatus, qvi prædicatum חפף expreſſit: *Quaſi in thalamo morabitur*, qvia ſc. חפה thalamus nuptialis eſt Hebræis. conf. Pſ. 19, 6. Conf. c, 3 7. 9. 11. & de ſitu Hieroſolymorum in ſorte tribus Jhuda & Benjamin Joſ. 15. 63. c. 18. 22. Jud. 1. 8. Unde, qvod qvaſi duplex eſſet civitas, illi nomen formæ dualis ſc. *Jeruſchalaim.*

§. 3. Qvin facit pro ſuperiori ipſe poſitus עליו poſt verbum שכן, qvi locum vel terminum potiùs deſignat inhabitationis conf. Pſ. 10. 12. qvàm ipſam inhabitationis cauſam: imo in hoc argumento ſemper refertur ad ipſum ſacrarium ſ. tabernaculum & adeo ad Binjaminem, in cujus ſorte fuit ſacrarium, non ad Deum. conf. Exod. 40. 35. Num. 9. 22. 1. Reg. 8. 4. 5. 6. 11. conf. qvoqve Pſ. 16. 9. ut adeo licet commune illud ſit, & de toto Iſraele pronunciatum ישכון ישראל בטח Devt. 33. 28. peculiare tamen illud in Binjaminis ſorte futurum eſſet, qvod ידיד יהוה habitaturus ſuper illam eſſet לבטח, velut cauſa fiducialis illius inhabitationis Iſraeli, qvippe ſuum in Binjaminis ſorte adornaturus qs. *thalamum* totius Iſraelis *protectoriũ* & *inter humeros ejus habitaturus*, ut adeo בין כתפיו idem, qvod ante dixerat עליו. Et ſic univerſum illud prædicatur de Filio שעשועים ſ. *ineffabilium delitiarum Dei* Prov. 8. 30. cujus typus Salomo dictus ידידיה ſ. Dilectus Domini 2. Sam. 12. 24. conf. Epheſ. 1. 6. Eſt ſc. is in qvo Deus Pater ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ſ. *gratia nos affecit*, ille, de qvo ad Jordanem ac in monte ſancto audita vox Patris ê cœlo: Hic eſt Filius meus ὁ ἀγαπητὸς ſ. ſingulariter dilectus! notantibus id 3. Evangeliſtis Matt. 3. 17. Marc. 1. 11. Luc. 3. 22. conf. qvoqve Matt. 12. 18. c. 17, 5.

LOCUS IIX.

Benedictio Joſephi. c. XXXIII. à v. 13. ad 18.

§. 1. Hujus commemorat 1. *benedictionem terreſtrem* v. 13. In fontibus

tibus non est מִבְּרָכָה *de benedictione*, prout reddit Vulgatus: sed מְבֹרֶכֶת *benedicta* Domino est terra ejus. Lutherus noster reddit: Sein Land liget im Segen des HERRN: Vovetur autem & prædicitur illi terra benedicta per מגד, qvam vocem Vulgatus h. l. per *poma* expressit. At generalior vox est conf. Cant. 4. 3. 6. c. 7. 14. & notat laudatissima delicatissima *pretiosissima quæq;* (Lutherus edle Früchte) *cœli, roris, abyssi*, vel aqvarum infernè terram fermentantium v. 13. *Solis, Lunæ*, vel harum vigore, nascentium terræ proventuum v. 14 *montium & collium* v. 15. *terræ & plenitudinis ejus*, imo ipsius *rubi*, ex *beneplacito inhabitantis* sc. *rubum*, qvod noster Lutherus, die Gnade des/ der in dem Busch wohnete/ collatis locis Exod. 3. 3. Act. 7. 30. Qvæ omnia pari formulâ optat, nec minùs prædicit *ventum super caput Josephi*, velut *segregati & coronati inter fratres* v. 16. qvàm suprà Jacobus moriturus in benedictione præsentis tunc Josephi conf. Gen. 49. 26. Sensus: Terram Ephraim sub temperatissimo & optimo cœlo sitam, delicatis ac fœcundis pluviis de cœlo fusis, & rore, & fontibus ex abysso s. mari exeuntibus & è profundo terræ scaturientibus irrigatum, & accedente calore Solis & Lunæ influentis delicatissimos fructus in ipsis montium & collium, qvi inde à creatione fuerunt, eacuminibus generatum, qvin & in terrâ arabili fruges magnâ ubertate & copiâ procreatum iri, ut adeo Ephraim vel ex ipsa terrâ benedicta, verè mensuram nominis qvod à fertilitate & copiâ est, sit impleturus.

§. 2. Commemorat 2. *Benedictionẽ politicã*, qvâ gloriam ei & fustam majestatem tribuit, *in emblemate primogeniti bovis ejus*, seine Herligkeit ist wie seines erstgebohrnen Ochsen/ & qvoad cornua vel horum robur *Monocerotis* vel *Rhinocerotis*, qvi unum in fronte cornu, idemq; tam acutum & robustum gerit, ut illo Elephantũ, cui natura inimicus est, ferire & interimere possit. Porrò *duo cornua* explicat per duas tribus: *Illa*, inqvit, *sunt myriades Ephraim, & Chiliades Manasse*, v. 14. Lutherus noster utrobiq;, millenarii numerum retinuit, daß sind die tausend Ephraim/ und die tausend

Manasse/

Manasse. At in fontibus ibi exprimuntur רבבות s. *myriades* vel aliqvot 10000. hic אלפי s. *chiliades*, 1000. ut sic pulchrè legitimetur vaticinium Jacobæum, qvo ad præsentem Josephum: *Novi, mi fili! novi, Manassem esse primogenitum, qui etiam magnus & pater populi futurus est: sed frater ejus Ephraim, etsi natu minor major erit isto, & semen ejus magna multitudo gentium.* Gen. 48. 19. Rectè qvoqve Hieros. ad excellentiam & gloriam Regiam Ephraimi refert, qvæ habentur v. 17.

LOCUS IX.

Benedictio Zebulonis c. XXXIII. 18.

§. 1. Prout Isaschari tentoria, & terram, intra qvam ipse suâ sorte contentus, placidè actur9 sit, ita Zebuloni *egressus* gratulatur, eosdemq; non tam negotiationi & lucris terrenis, qvàm cœlestibus animarum sacros. Qvia enim *maritima Zebulonis regio*, cùm ad mare Gennesareth s. Tiberiadis, tum uno latere versus Zidonem excurrens conf. Gen. 49. 13 excursionibus & navigationibus qvoqve illis id inprimis acturus erat, ut hac occasione populos etiam exteros & remotiories tribus ad Montem sacrum s. Moria in qvo templum futurum & cultum veri Dei, ipsius Messiæ revelandi advocaret, & hi confluentes non sine thesauris arenæ vel maris *sacrificia justitiæ Deo Israelis offerrent* conf. v. 18. 19. & notata in Genes. ad c. 49. 13. conf. qvoqve Matth. 4. 13. 15. Marc. 3. 7. 8. Pulchrè Chald. *montem* illũ explicat per: טור בית מקדשא i. e. *montem domus sanctuarii*, ad qvem & ad Ecclesiam adeo veri Dei, alios cum Israelitas, tum exteros sint advocaturi. Complementum vel in ipsis Apostolis, conf. Matth. 4. 13. 15.

LOCUS X.

Benedictio Gad. Deut. XXXIII. v. 20. 21.

§. 1. Post δοξολογίαν, qvâ benedictum proclamat, non ipsum Gad (prout noster Lutherus reddidit: Gesegnet sey Gad der Raummacher.) sed Deum dilatantem Gad s. sic amplã commodamq; satis sortem Gaditis assignantem, *Leonis*, illi, ex habitatione vel loco suo irruentis, ac brachium & verticem rapientis, emblema accommodat v. 20. ãc Zelum in illis bellis Domini peculiariter commendat v. 21. de qvo conf. Dec. seq. l. 1.

DECAS XIII.

LOCUS I.

GAD protectus in portione Legislatoris c. XXXIII. 20.

§. 1.

SEqvitur versu 20. *quod licet in ipsis primordiis* (Deo per Mosen moderante) *de certa sorte* cis Jordanē sibi jam *prospexerit* (conf. Num. 32. 1. 2. 25. 26. 33. & seq.) qvia sc. ibi, *in portione Legislatoris* (s. sibi à Deo, internuncio Mose Legislatore Num. 21. 18. assignandâ & confirmandâ) *protectum & securum*, se fore præviderit, non tamen castris Israelis immittendis in terram trans Jordanem sese subtraxerit, qvin potiùs æqvè ac *alii primores populi ipse quoque ad illa bella Domini processerit, & justitiam Domini ac judicia ejus, aquè ac cetera trans Jordanem immittendæ tribus, perfecerit.* v. 21.

§. 2. Paulo aliter noster Lutherus in v. 21. reddens: **Und Er sahe/ daß ihm ein Haupt gegeben war/ ein Lehrer der verborgen ist/ welcher kam mit den Obersten des Volcks. In** fontibus non est ראש: sed ראשית, nec vocabulum *dandi*, vel capitis dati, qvin voces חלקת שם כי sic planè prætereuntur. **Et** voces מחקק & ספון accentu regio distinguuntur, ut reddere non **liceat ein verborgener Lehrer.** Vulgatus qvoqve longiùs abiit: Et vidit principatum suum, qvod in parte suâ doctor esset repositus, qvi fuit cum principibus populi. In fontibus voces חלקת מחקק nectuntur, מחקק autem & ספון distinguuntur & illud ספון non referendum ad Mosen vel Legislatorem: sed ipsum Gad. Terra cis Jordanem fuit חלקת מחקק s. *portio Legislatoris vel ab hoc peculiariter assignata ipsi Gad.* Et tamen hic, nonnisi perfectis illis bellis Domini, in illam portionem sibi hæreditariam rediit. conf. Num. 32. 8. 17. 21. 27. Jhos. 1. 12. 14 15. c. 22. 4 5 6. 7.

§. 3. Chaldæus, prius qvidem illud non malè: ואתקבל בקדמיתא דילוה i. e. *Et accepit in principio partem vel sortem suam* (cis Jordanem, in terrâ Sichon Emorrhæi, & Og Regis Baschan Num. 32. 1. 2. & seq.) at cetera versus aliter, qvàm ex consilio fontium sensus fluit, sc. propterea illam sibi sortem elegisse, qvod in illâ Moses esset sepeliendus: ארי תמן באחסנתיה

משה ספרא רבא דישראל קבור i. e. *quod ibi in sorte suâ Mosis magnus Doctor Israelis esset sepeliendus.* Ita qvoqve Hierosolymitanus Targumista. In חמא משרויא ארי תמן אתר מזמן לבית קברה ותמן משרה נביא ספרהון דישראל קבור i. e. *respexit de principio, quod ibi locus esset adornando tumulo Mosis qui, magnus Propheta & Doctor Israelis ibi esset sepeliendus*, ut adeo pariter nectant voces מחקק ספון, & explicent de Mose, Legislatore vel Doctore ibi *sepulto*. Atqve obstat 1. qvod in fontibus voces מחקק & ספון accentu Regio distinguantur & illud ספון non ad מחקק s. Legislatorem vel Doctorem: sed ad ipsum Gad in *illâ portione* à *Legislatore* Mose sibi assignandâ tectum, vel protegendum (in illo inprimis intervallo inter primam illam terræ cis Jordanem assignationem & terræ trans Jordanem, in qvo Gaditæ accincti, relictis uxoribus, liberis ceterisq; imbellibus & pecoribus domi, ipsi armati ceteras tribus antecedebant, & cum hisbella Domini perficiebant conf. Jhos. 1. 14. 15. c. 4. 12, 13.) sit referendum. Obstat 2. campestria Moab, in qvibus mortuut Moses, non tam in tribu Gad, qvàm Ruben sita fuerunt c. 34. 1. 2. Obstat 3. locus specialis tumuli Mosis apocryphus c. 34. 6. ut frustra hic de אבנין טבין ומרגלין מקובעין s. ex gemmis & margaritis fabricando conditorio Mosis commentetur Hierosolymitanus. Sed & illud ויתא i. e. *Et venit* in m. 2. v. 21, non prout Vulgatus de Mose: sed ipsâ tribu Gad explicandum, prout cetera, qvæ de Gad עאל ונפק בעלמא הדין ובעלמא אתי s. *ingrediente & egrediente in hoc & futuro seculo intellexit* Hierosolymitanus. Notetur autem hîc exemplum ἐμφατικῆς parentheticæ, in vocibus חלקת מחקק qvæ sunt exegeticæ illius שם, ut adeo verbum seqvens sc. ספון egrediatur ad illud שם antecedens, qvalem ἐμφατικὴν παρένθεσιν unus vel alter certus aecentus apud Hebræos non præstat: sed ex positu vocum & accentuum conjuncto id colligendũ conf. Obad 1. 5. Sed & notetur hîc nobile exemplum usus accentuationis, qvam qvi contemnunt rem ignotam contemnunt, & judicio R. Isaac Levitæ, in interpretatione scripturarum V. T. similes eorum sunt, qvi eqvo generoso vehuntur sine fræno.

LOCUS II.

Benedictio Dan. c. XXXIII. v. 22.

1. Ipsi Dan generositas catuli Leonis adscribitur, &c. illo ve-

lut Leunculo prædicatur illud: יזנק מן חבשן i.e. *saltabit è Baschan*, Erat s. Baschan ad orientale latus Jordanis sita pascuosissima regio, adeo ut qvicqvid sive in juvencis, sive in ovibus vel arietibus pingue vel obesum, illud hoc ipso nomine Baschan describatur conf. supra c. 32. 14. Ps. 22 3. Sed & eadem *Leonum* nutrix esse potuit, qvorsum hîc in litera respectus, in qvâ Dan Leunculo comparatur *exilienti è Baschan.* Ceterùm illa *exsiliendi* significatio probabiliter potius ex subjecto modificato colligitur qvàm ceteroqvi solide probatur: Illud enim Hebræus exprimeret potius per דלג ut sit מן הבשן ירלג prout Es. 35. 6. Cumq; verbum זנק non nisi hoc loco detur in scripturâ & in hâc sit ἅπαξ λεγόμενον, freqventer autem occurrat in linguâ Hebræâ, in significatione *fluendi vel effluendi*, nec illi repugnet, qvin potiùs maximè conveniat mentio Baschan, *pascuorũ & pecorũ* potiùs, qvàm *Leonũ*, nomine celeberrimæ regionis, præferendus hîc Lutherq & Vulgatus fuerit, reddens: *Dan, Catulus Leonis, fluet largiter de Basan.* Dan ein junger Löw wird fliessẽ von Basan. Facit qvoq; pro Luthero Chaldæus reddens: וארעוהי שהירת מן מנחליא דנגרין מתנן i. e. *Terra ejus irrigua erit ex torrentibus defluentibus ex Matnan* vel *terrâ humidâ*: sed & Hierosolymitanus qvi sic παρεφρασε: ארעיה תחוי שתירא מן בתניא i.e. *terra ejus fluet* (abundabit copiâ) *ex Botneâ s. Baschan*, qvæ Chaldæo בותני Hierosolymit. בתניא dicitur. Concludimus; adeò hîc pro versione Germanica pronunciando.

LOCUS III.

Benedictio Naphtali. c. XXXIII. 13.

§. 1.

TRia in hoc testamento Mosis prædicantur de Naphtali (1) εὐδοκία cœlestis in vocibus: שבע רצון i. e. *Satur erit beneplacito, vel favore divino* i. e. *Deus ei ex animo favebit.* 2. *Benedictio divina:* qvippe *erit plenus benedictione Dei*, Deus sc. ex illâ ipsâ εὐδοκίᾳ & favore, etiã benedicet ipsi tribui, ut nulla talium benedictionum desit, qvalis jam supra memorata c. c. v. 13. 14. 15. vel Gen. 49. 25. 3. Terminorum amplitudo: sc. *versus mare & meridiem* (ei obtinget) *hereditaria possessio*, ut sit יְרָשָׁה idem qvod יְרֵשָׁה prout Num. 24. 18. vel si Imperativus: *ad occidentem & meri-*

diem sortem possidetò! qvâ ratione superiora qvoqve duo licebat sic exprimere: Satur esto beneplacito, plenus benedictione DOMINI! Primum illud non de רצון Dei: sed hominum, s. illorum qvæ desiderantur hominibus, intellexerunt Græci reddentes: Naphtali πλησμονὴ δεκτῶν, ut notetur omnium qvæ vulgò appetuntur mortalibus, abundantia. Vulg. reddit: Naphtali *abundantiâ perfruetur*: Ita & Luth. Naphtali wird gnug haben/ was er begehret. Atqve primarium appetibile vero Israelitæ erat רצון s. favor & εὐδοκία cœlestis, qvam facilè seqvitur abundantia qvoqve temporalium bonorum juxta illud Servatoris Matth. 6, 33. conf. Ps. 112. 2. 3. 4. Unde suppositò jam illo רצון s. beneplacito divino, immediatè h. l. seqvitur: *Plenus erit benedictione DOMINI*.

§. 2. Tertium illud noster Lutherus expressit: gegen Abend und Mittag wird sein Besitz seyn/ sc. mare mediterraneum, qvod erat ים מים s. mare ex mari, ex Oceano sc. Atlantico per fretum Gaditanum influens inter Africam, Asiam & Europam, terræ Canaan Occidentale erat, appellatum Mare Philistinorum conf. Exod. 23. 31. unde respectu terræ Canaan ים pro *plagâ occidentali*, pro qvâ suppositione hoc loco facit contra distinctio. דרום s. *plagæ meridionalis*. At aliter Junius reddens per *mare*, qvomodo & Vulgatus. Inde dubium de qvo mari id intelligendum? Glossa ordinaria *de mari Tyrrheno* Vulgatum explicat. Ceterùm qvia hoc mare nimis longè dissitum à sorte tribus Naphtali, Junius explicat de *mare Tiberiadis* s. *Genezareth*. Ita & Chaldæus reddens: מערבים גינוור i. e. *occidentalẽ partem maris Genezareth & meridionalẽ obtinebit*. Ceterùm sors Naphtali nec attigit mare mediterraneũ, nec mare vel lacum Tiberiadis, ab utroq; illo disjuncta maximè, & ab illo qvidẽ sorte tribus Ascher, qvæ excurrebat ad mediterraneum mare Jos. 19. 28. 29. Qvin *Samachoniten*, primũ, qvem Jordanes medium secat, & penetrat, lacum potius attingebat sors Naphtali, qvàm illum Tiberiadis, ut adeo, si vox ים per *mare* hoc loco reddenda, non Tiberiadis ille inter Samachonitem & Asphaltitem medius: sed ille ipse primus Samachonites sc. intelligendus fuerit. Omnium optumè noster Lutherus, pro qvo pronunciandum conf. qvoqve Josuæ 19, 32, ad 40.

LO-

LOCUS IV.

Benedictio Aſer. c. XXXIII. 24.

§. 1. Qvatuor in claſſe Aſer, prædicantur bona ventura 1. *Filiorum virtute* præſtantium, multitudo, unde illud: *Benedictus à filiis, erit Aſcher* 2. familiaris cum *Fratribus* aliis tribubus conſuetudo, qvippe qvibus erit רצוי ſ. in *delitiis, gratus, acceptus.* 3. *Frugum & metallorum* (*ferri & æris*) abundantiſſima plenitudo, qvippe, *tinget in oleo pedē ſuū*, h.e uberrimos ac pinguiſſimos agros, ac plurimis oleis conſitos poſſidebit: ſed &: *Ferrū & æs ſub calceo tuo*, i. e. Sors tua erit plena *fodinis ferri & æris*, ita ut illa pedibus calces, vel *incedas ſuper fodinas ferri & æris.* 4. Robuſta & prolixa valetudo, in vocibus: וכימיך דבאך i. e. Et *ſicut dies tui* (ita &) *robur tuum*, ſic ut in ipsâ ſenectute ceteroqvi lauguidâ experiaris floridum animi & corporis vigorem, & robur juvenile vel virile. De voce דבא rectè notatum ab Abeneſra: אין לורע i. e. non eſt ei ſocius, in ſcripturâ ſc. in qvâ nonniſi hoc loco occurrit, & adeo eſt ἅπαξ λεγόμενον. Datur tamen in linguâ Hebræâ, in qvâ freqvens. דבא in ſignificatione apportandi, affluere faciendi, ſicut hoc loco affluxus humidi radicalis & τὸ θερμὸν ἐμφύτυ duraturi inq; ſuo vigore perennaturi, nec Maraſmo ſenili abſumendi notetur. Contrarium vid. 1. Reg. 1.

§. 2. Chaldæus qvidem vocem דבאך pari modo expreſſit per תקפך i. e. robur tuum: Ceterùm vocem כימיך i. e. *ſicut dies tui* intellexit de *diebus* vel *annis juvenilibus*, reddens: וכיומי עולמותא תקפך i. e. *Et ſicut diebus adoleſcentiæ, erit robur tuum.* Plus ultra Hieroſolymitanus Targumiſta ſic expreſſit: כיומי עולימתהון כד יומי סבותהון i. e. *ſicut dies adoleſcentiæ illorum, ſic etiam erunt dies ſenectutis illorum.* Facit utraq; illa autoritas antiqvorum Targumiſtarum vehementer pro noſtro Luthero qvi reddidit. Dein Alter ſey wie deine Jugend: qvomodo & Vulgatus: *ſicut dies juventutis tuæ: ita & ſenectus tua.* Qvin unus Kimchi vocem דבאך exponit per זקנותך i. e. *Senectus tua*, qvomodo & Pſ. 90. 10. ætas 80. Annorum notatur voce גבורות.

§. 3. Ita & Raſchi πλεονάζει: כימים שהם טובים לך ושהם ימי תחלתך ימי בעוריך כן יהיו ימי זקנותך שהם ראוים

ומתמטטים זבים : i. e. *sicut dies meliores & priores, sc. adolescentiæ tuæ, sic sunt tibi dies senectutis, qui ceteroqui sunt morbidi* (languidi) *defluxionibus & vacillationibus obnoxii*, qvæ tot ac tantæ autoritates Hebræorum & Chaldæorum faciunt pro Luthero, partim qvoad solam vocem כימיך, partim qvoad alteram qvoqve רבאך, Licet autem sensus materialiter idem, s. *Quamdiu durabunt dies tui, durabit quoque robur tuum: & sicut adolescentia tua, sic vivida & florida erit, senectus tua*, ita ut per ימיך i. e. *dies tui* intelligantur *dies juveniles*, qvi secundum excellentiam sic dicantur: prout contra, *dies & anni*, seniles, appellantur *mali*, morosi, difficiles, qvibus *dicitur: non est mihi in illis delectatio!* Eccles. 12. 3. conf. qvoqve Ps. 92. 15. præterqvam tamen qvod sic generale *dierum* nomen ad solos adolescentiæ dies restringitur, in voce רבא *senectutis* significatio non solidè satis supponitur.

§. 4. Innititur illa expositio metathesi literarum, sive ut רבאך sit pro זבא à radice זוב, qvia sc. *dies senectutis sint* זבים s. *variis defluxionibus obnoxii*, sive ut רבאך sit pro ראבך à rad. ראב unde ראבון in significatione *mœroris* vel *doloris*, qvia sc. senectus ipsa morbus est vel variis doloribus obnoxia: qvæ utraq; hypothesis falsa est. Multò magis autem aliena est illorum qvi reddunt: כל ימיך ההיית ארצך זבת השמן i. e. *omnibus diebus tuis erit terra tua fluens pinguedine.* Supponitur pariter permutato literæ ר & ז & radix זוב: nec minùs illa apud Raschium ex Jalkut & Vaiicra Rabba: *Quamdiu durabunt dies tui* (qvibus perseverabis in vero veri Dei cultu, & εὐδοκία divina סבאך כלת ארצות רובאות כסף לארצך i. e. *Omnes terræ erunt apportantes argentum in terram tuam, eò qvod benedicta sit fructibus, & omnes terræ sustententur ex eâ.* Rectè qvidem supponitur radix רבא in significatione apportandi, asserendi: sed malè applicatur. Rectius autor Miclal Jophi illud רבאך explicat per תהיה חזק i. e. robustus eris, & in voce ימיך complectitur tam *seniles* qvàm *juveniles* annos, unde jam sensus parallelus: *Tam robustus eris in senectute, qvàm in juventute.*

§. 5. At paulò aliter Junius voces וכימיך רבאך transtu-

lit sc

it. sc. *Quamdiu durabunt dies tui, sermones de te habeantur*, i. e. *laus soli tui commendet nomen tuum in perpetuum.* Suppositum pariter vocem דבאך non esse à radice דבא: sed דבב in significatione *loquendi*, prout semel reperitur illud verbum Cant. 7. 9. ubi de vino generoso prædicatur illud דבב שפתי ישנים s. *quod loquatur labia dormientiũ*, juxta Lutherum der Rede von fernigem/ prout v. 13. reddidit: Ich habe dir beide heurigen und fernige behalten: Ceterùm in v. 13. est יְשֵׁנִים in v. 9. יְשֵׁנִים: illud significat *veteres* & vetera: hoc, *dormientes*: longiùs autem exorbitatum à Vulgato, qvi vocem מְיֻשָּׁרִים i. e. *rectissimè*, ibidem habuit ac si esset à radice שתה & reddidit: *ad potandum*, porrò יְשֵׁנִים legit ac si esset. וְשִׁנַּיִם & *dentes*, שפתי pro שפתים, & verbum דבב in significatione *ruminandi* reddens: *Vinum dignum dilecto meo ad potandum, labiisq; & dentibus ejus ad ruminandum.)* Ceterùm obstat 1. radix non דבב: sed דבא. 2. דבב pro *murmure*, qvale est dormientium vel ebriorum, qvalè etiam *arsorum* qvibus inde nomen דב, & in derivato דבה semper in malam partem, pro sermone συλλυπλικῷ sc. qvo *infamia* alteri additur, vel ejus famæ detrahitur. 3. Rectè Abenesra, qvem ceteroqvi illi Interpp. Junius & Tremellius seqvi solent: *sunt*, inqvit, *qui dicunt quod in voce* דבאך *litera* א *sit pro secundâ geminatâ sc.* ב, *ut prout* בואו est pro בוזו Is. 18. 2. 7. Num. 31. 32. *Ita sit* דבאך *pro* דבבך *à radice* דבב. *Sed*, inqvit, זה הטעם בלי טעם i. e. *Hæc sententia* vel, *hæc ratio, est absque sapore* i. e. insipida, insulsa. Rectiùs Abenesra explicat illud תוקף יהיה לך כל ימיך וכימיך דבאך per i. e. *Robur tibi erit omnibus diebus vitæ tuæ.*

LOCUS V.

Conclusio generalis. c. XXXIII. à v. 24. ad finem.

§. 1.

PRout benedictionibus distinctis singularum tribuum, Magnificum Moses Orator jamjam moriturus præmisit idemq; generale, s. ad universum Israelem spectans exordium à v. 1. adusq; v. 6, ita absolutis illis subjecit conclusionem generalem, ad universum Israelem & omnes tribus directam v. 26. 27. 29. & magnificentissimo

tissimo tali penitusq; animis impresso sigillo, ac epiphonemate obsignat, prout hunc sermonem novissimum, ita universum, qvo hactenus per XL. annos functus erat, Ducis, Prophetæ, & extraordinarii Numinis delegati, ministerium, eodemq; sermone valedictorio absoluto, nil plura moratus, ascendit ex campestribus Moabitieis in montem *Nebo* & moritur. Rectè adeo ad v. 24. notatur à Rabbino Abenesra : שב לברך הכלל i. e. *Redit nunc ad benedictionem generalem s. cunctarum tribuum.* Describitur autem in hâc conclusione 1. Dei adjuloris & Protectoris gloriosa majestas v. 26. 27. 2. incomparabilis Israelis præ aliis nationibus vel populis felicitas v. 28. 29.

§ 2. Illa à magnifico procedit Epiphonemate vel axiomate illo אין כאל ישרון i. e. *O Jeschurum!* (qvod Israelis à statu reparationis vel gratiæ s. vocationis cœlestis, expressivum simul officii, nomen esse, jam supra notatum est ad c. 32. 15.) *planè non est, sicut Deus fortis.* Vulgatus expressit : *Non est Deus, alius, ut Deus rectissimi :* secutus hîc Vulgatum Lutherus Es ist kein GOTT/ als der GOTT des Gerechten. Ita & Hierosolomytanus interpres : אין כורת אלהא דישראל i. e. *non est sicut Deus Israelis.* Omnino autem Jeschürun h. l. est in casu vocandi, nec אל in statu regiminis, sic ut conjungatur cũ ישרון & hoc sumatur in casu generandi. Obstat huic (1) punctatio כ ante אל non per Schva : Sed Kametz ut sit non כְּאֵל : sed כָּאֵל. Obstat 2. accentuatio & positus Tiphcha non in voce 1, sed 2. & adeo 3. evidentissima, qvæ est in fontibus, vocis כאל à voce ישרון distinctio, non illius cum hâc conjunctio. Rectè adeo in h. l. Raschi sic explicans : דע לך ישרון שאין כאל בכל אלהי העמים i. e. *Scito ô Israel, quod non sit sicut Deus, inter omnes Deos gentium.*

§. 2. De illo אל s. *Deo forti* prædicatur 1. qvod sit רכב שמים itẽ רכב שחקים s. *instar equitantis insidens cœlis, & supremis nubibus, idq; in adjutoriũ Israelis*, s. ut exerturus sit majestatem in liberando vel servando Israele, velut *adjutor* Israelis, idqve בגאותו *in excellentiâ suâ*, qvam *ex ipso cœlo & supremis nubibus* testatus est Israeli.

Chaldæus

Chaldæus expressit: שכנתיה i. e. *gloriosa præsentia ejus in cælo fuit in auxilium tuum & majestas ejus, in cælis cælorum.* Notetur autem in fontibus non esse וגאותו: sed וכגאותו, ut adeo plus dicatur, qvam: seine Herligkeit ist in den Wolken. (2) Qvod ille ipse אל s. *Deus fortis*, vel אלהי קדם s. *Deus* antiqvus, vel *sempiternus* supernè *Ismeli securum* sit *habitaculum* (sic ut in illo velut latibulo & umbrâ omnipotentis securus considere, & indesinenter pernoctare possit conf. Ps. 90. 1. & 91. 1. 2.) & *infernè*, *brachia sempiterna* s. robur sempiternum, & adeo supra & infra præsentem & protectorem habeat Deum. Vulgatus, subjectum s. אלהי קדם omisit, Lutherus noster: Daß ist die Wohnung GOttes von Anfang und unter den Armen ewiglich. Reqvireretur positus מעונה אלהים מקדם, & accentus conjunctivus in voce 1. distinctivus in 2. Nunc contrà, vox 1. est in *formâ absolutâ* & habet accentum *distinctivum*, vox 2. est in formâ *regiminis*, & habet accentum *conjunctivum*. Ita in territorio 2. זרעת עולם s. *brachia seculi* nectuntur per Munach, vox מתחת autem distinguitur per Tiphcha: ut adeo juxta literâ sit, die Armen der Ewigkeit/ s. *brachia sempiterna* (qvibus sc. Deus *exerit robur* conf. Luc. 1. 51.) cum juxta Lutherum nostrum reqvireretur positus, conjunctivi (Merca) in מתחת, distinctivi (Tiphcha) in זרעת, ut legatur in conjunctione מתחת זרעת & sit: Unter den Armen/ wie ein Hünlein unter den Flügeln der Henne. conf. Vers. Germ. Prædicatur de illo Deo sempiterno 3. qvod sit *expulsurus hostes â facie Ismaelis*, & in illorum residuis exscindendis, Israelitis velut instrumentis usurus s. *his dicturus* השמר i. e. *perde!* conf. Exod. 23. 27. 28. 29. 30.

§. 3. De *Ismaele* autē, præter acclamatū illud, non passivū (prout Vulg. *conterere*, Luth. sey vertilget) sed activū (ex Hiphil) והשמיד. e. *Perde!* prædicatur 1. fiducialis illius à gentibus segregati in terrâ benedictâ habitatio. *Inhabitabis* sc. בטח *securè*, & propterea בדד *solus*, alienigenarum auxilio haut indigus, *fontē Jacob in terrâ frumenti & musti* conf. supra notata ad c. 32. 12. qvin & *cœli ejus stillabunt rorem*, ut adeo nec ros desit, nec fontes & fluvii benedicti, v. 28. Voces autem illæ יעקוב עין i. e. *fons Jakob*, ad antecedens in formâ

pertinent, non ad proximè seqvens, prout evidenter constat ex accentuatione. De cetero qvomodo inter excellentias terræ Canaan allegetur illud qvoq;, qvod sit ארץ עינות ותהמות s. *terra fontium, & voraginum in collibus & vallibus procedentium* conf. Deut. 8. 7. ibidemq; notata: qvin & ampliſſima ſingularium *fontium* inſcripturis mentio e. c. Geneſ. 16. 7. c. 24: 16. 28. 29. 42. Num. 34. 11. 1. Sam. 29. 1. 1. Reg. 1. 9. Sed & in N. T. peculiariter nominatur: *Fons Jacobi*, ad qvem Jeſus *ex itinere fatigatus*, ſederit, & occaſione illius fontis, de *fonte ſaliente in vitam æternam* cum Samaritanâ locutus, huic clariſſimè ſeſe revelaverit: *Ego, qui loquor tecum, ſum ille Meſſias venturus, qui dicitur Chriſtus* conf. Joh. 4. 6. 14. 25. 26.

§. 4. Alterum qvod de *Iſraele* prædicatur eſt incomparabilis illius eademq; merè gratuita, præ aliis populis dignatio, eademq; pathetico & concluſivo totius Orationis ſupremæ Moſis Epiphonemate expreſſa in v. ult. Proclamatur præ omnibus aliis populis *beatus Iſrael*, qvod ſit (1) *populus ſervatus per* יהוה, qvi ſit *ei clypeus auxiliaris, & cujus gladius ſit excellentia Iſraelis*: qvo ſcuto, vel auxiliari clypeo deſtituti *hoſtes mendaces deprehendentur* (i. e. contra te inſurrecturi, & ingentes ſibi vires arrogaturi, vel etiam contra te virtute fiduciaq; roboris ſui bellici freti, & ſuperbè glorioſi, ipſo eventu falſi, & mendaces deprehendentur tibi, conf. Jud. 7. 20. 22. 25. c. 8. 12. c. 10. 9. 13. 32. 33. 2. Reg. 18. 8 17. 23. 24. c. 19. 11. 12. 13. 35. Rectè noſter Lutherus: Deinen Feinden wirds (wieder dich) feilen. Minùs rectè Vulgatus: *negabunt te*. In fontibus non activum: ſed paſſivum verbum eſt. (2) Qvod ſuper *excelſa gentium Iſrael ſit inceſſurus, ſ. illa pedibus calcaturus* v. 29. De במות conf. ſupra c. 32. 13. Chaldæus, per excelſa gentium, vel populorum, Reges gentium ceteroqvi formidandos intellexit, reddens: Calcabis פריקי צוארי מלכיהון *Cervices Regum ipſorum*. Complementum vide Joſ. 10. 24. 25. 26.

LOCUS VI.

Hiſtoria mortis & ſepulturæ Moſis: ex c. XXXIV.

§. 1. In hac deſcribitur 1. imminentiſſimæ mortis *apparatus* & in illo *locus* Nebo v. 1. ad v. 5. 2. Ipſa Moſis mors ſ. *obitus*, una cum deſcriptione ſummariâ ætatis & ſtatus Moſis morientis & ipſius

Dei

Dei Mosen sepelientis v. 5. 6. 7. 3. Israelis ob Mosen mortuum *planctus*, & fidelis ad Jhosuam successorem respectus v. 8. 9. 4. *Parentatio*, s. solennis dictus Mosi defuncto *panegyricus* v. 10. 11. 12.

§. 2. Tandem igitur ex indictione divinâ ternâ parallelâ, sc. primâ Num. 27. 12. 13. secundâ Deut. 3, 26. 27. tertiâ & novissimâ Deut. 32. 49. *ascende montem illum Abarimorum, montem NEBO, & inde terram Canaan prospice & deinde morere! Ascendit Moses ê campestribus Moab* (ad orientalem Jordanis in mare mortuum influentis ripam, ê regione Jericho, in qvibus campis Moabiticis, 42. & ultima cis Jordauem castrorum Israelis metatio vel mansio) in montem NEBO, Abarimorum, qvi longo tractu ad montana Gilead usqve à Moabitide procurrunt, & Moabitas ab Ammonitis separant, jugorum editiorem verticem, qvi in fontibus appellatur ראש הפסגה ubi פסגה appellativè per *collem* expressit Junius, Lutherus noster pro nomine proprio habuit reddens, **auff die Spitze des Gebirges Pißga.** Facit pro Junio nominis proprii expressa mentio per נבו & articulus ante פסגה, per qvem reflectitur illud פסגה ad נבו, velut appellativum ad proprium conf. qvoqve Deut. c. 3. 27. 4 v. ult. (juxta Jun. c. 5. 6.)

§. 3. Ille vertex הפסגה s. collis Nebuntini fuisse dicitur ex adverso sitæ in oppositâ trans Jordanem regione, Jerichuntis, celeberrimi & in historiâ Josuæ ac Regum in V. & Evangelistarum in N. T. castelli, conf. de illâ Jhosuæ c. 2. & c. 6. 29. 1. Reg. 16. v. ult. 2. Reg. 2 5. Matth. 20. 29. Luc. 10, 30. c. 18. 35. Et illi qvidem Jericho à *Lunâ* nomen, ut vel sic Selene, vel Selenopolis & inde Lunæburga appellari potuerit, à qvâ tamen & vico & metropoli in Germaniâ celebri totiq; Provinciæ nomẽ vix fuerit: sed à *Lünis*, potiùs, populis nõ *Wandalis*: sed *Venedis* (Henetis, Winitis, Wendis) in varias iterum gentes, sub variis nominibus ejusdẽ nationis distinctis, qvas inter (prout habetur in annalibus Carolinis antiqvis, etsi *anonymi Saxonis*) celeberrimi Lüni, contra qvos moviisse olim dicitur Karolus Magnus vid. id. l. 4. p. 66.

§. 3. Ascendit adeo Moses illum verticem eminentissimum *Nebo*, ubi ipse יהוה familiariore etiam modo præsens, ipsi Mosi *ostendisse*, ipsisq; oculis videndam exhibuisse memoratur initio *universam illam terram Gileaditicam*, (in orienti sc. ripâ ad fon-

tes usqve Jordanis ascendendo) usqve ad Dan, & adeo ab oriente, cis Jordanem, ad occidentem trans Jordanem. Rectè noster Luth. Er zeiget ihn das gantze Land Gilead biß gen Dan. Minùs rectè Junius: *ostendit ei totam terram, à Gileade usque Dan.* Obstat proportio Tvir distinctivi minoris in הארץ & Tiphcha majoris in הגלעד. Porrò *à septentrione* versus *meridiem*, à sorte Naphtali per interjacentem sortem Ephraim & Manasse, ad usqve sortem Jhuda, universamq; adeo terram illam adusq; ים האחרון s. *mare illud* Cananææ ultimum, vel *posterum*, mediterraneum sc. Occidentale Cananææ (conf. supra c. 11. 24. Jhos. c. 1. 4. c. 13. 4.) in illo ipso vertice Nebumtino videndâ, Mosis nondù caligantibus oculis & menti ostendit Deus v. 2. sed & subjectù propiorem meridionalem tractum, planitiemq; Jericho urbis palmiferæ, ad Zoar usqve v. 3 nec id, ut, velut mutus Magister, vel Geographus in tabellâ saltim, velut in areolâ horti, repræsentaret: sed & ut explicationē vocalem Mosi audibilem adderet & irretractabile decretū Mosis ibi morituri, & nec Jordanem transituri, nec adeo Israelem in hæreditatem promissam introducturi novissimè repeteret sc. Hæc est *terra illa, quam juravi, Abrahamo* (Gen. 22. 16. 17.) *Isaaco* (Gen. 26, 3. 4.) *Jacobo* (c. 28. 13: 14.) *Ostendo tibi eam videndam oculis tuis: sed in illam non es transiturus* v. 4. qvod sc. relinqvendum erat Jesu filio Nun non sine mysterio ad Jesum Salvatorem mundi. conf. Hebr. 4. 8. 14. De ipsâ visione Rabbini: חבה נתן כח בעיניו לראות כלה מראשה עד סופה i. e. *Deus dedit oculis Mosis potentiam contemplandi totam terram jus, ab initio adusq; finem.* Idqve בסכיות אחת i. e. *uno intuitu.*

LOCUS VII.

Mors Mosis & conditio morientis. c. XXXIV. 5 7.

§. 1. Ibi ergo in terrâ Moabitarum in monte Nebo, MOSES SERVUS DOMINI EST MORTUUS, secundùm os (*verbum*) DOMINI v. 5. Sanè non ex defectu humidi vel calidi innati, nec ex Marasmo senili Moses mortuus, sic ut, etsi jam 120. annos nato non potuerit ampliùs mortalis vita profluere, qvippe, cujus oculus, prout oculus Heli, non caligare cœperat, nedum planè caligabat (vid. v. 7. conf. 1. Sam. c. 3. 2. c. 4. 15.) & cui humidum radicale nondù cū vigore recesserat, sicut in tantâ senectute viridi-

tatem

tatem adhuc experiretur, & planè illud jã supra c. 33. v. 25. in classe Ascher prædictũ: כימיך דבאך (conf. ibidem notata) Neqve adeo mors Mosis, pari modo, qvoad causas secundas habuit, prout mors Antecessorum Patriarcharum conf. Gen. 25. 8. c. 27. 1. c. 48. 10. sed etsi ex peculiari decreto profluxit illa dierum Mosis prolongatio (cum ceteroqvî jam ipsius ætate 70. vel 80. annis circumscriberetur ordinariè summa ætatis mortalis Ps. 90. 10.) ex peculiari & irretractabili decreto, conf. Num. 20. 12. 24. Deut. 3. 25 26. 27. profluxit qvoqve ex scientiâ mediâ & visionis, illa ætatis determinatio, extra qvod si fuisset, nec cis Jordanem, nec ante oculum caligantem moriturus: sed & transiturus, & immissioni Israelitarum in terram Canaan supervicturus fortè fuisset.

§. 2. Atqve hoc est, qvod dicitur: *Moses mortuus est, juxta os* (verbum) *Domini* s. irrevocabile illud decretum, ter vel qvater ipsi Mosi intimatum conf. Num. 20 15. 24. c. 27. 14. Deut. 3. 25. 26. 27. c. 32. 49. 10. ut adeo insignis Paralogismus à dicto secundùm qvid, circulus, ac ἀνδυκείμενον ἐν περιειμένῳ sit, sive sic argumentari: *Moses non mortuus est ex naturali virium deliquio vel senili Marasmo.* E. *planè mortuus non est* (cum vel ipsi Medicorum principes Hippocrates & Galenus, in qvibusdam mortibus nullam adeo agnoscant causam elementarem vel materialem: sed unicè τὸ θεῖον) sive: *Moses mortuus est juxta os vel verbum Domini.* E. *revera mortuus non est:* sed *sine morte translatus*, & *verbum illud, mortis sententiam non intulit: sed impedivit*, prout infert Ambrosius lib. 1. de Cain & Abel p. 116. Nec sententiæ illæ qvorundam veterum de Mose non ἐκδυσαμένῳ: sed ἐπενδυσαμένῳ s. non *exuto* per solutionem corporis & animæ: sed salvâ utriusq; unione *superinduto* beatâ immortalitâte (conf. 2. Cor. 5. 4.) patrocinatur translatio Græca reddens: *Moses mortuus est, per verbum Domini.*

§. 3. Ita enim clarissimè agnoscitur *Moses mortuus*. Et illud *per Verbũ Domini* ex fonte explicandũ sc. *secundùm verbũ Domini* (qvi totiens hãc mortẽ indixerat, & novissimè cap. 32. 50. per illud מת i. e. *Morere!*) planè prout Simeon, sanè illâ morte temporali (qvæ absolvitur solutione animæ à corpore) verè defunctus, nunc, inqvit, *in pace dimittis servum tuum Domine*, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, i. e. prout

hoc loco habetur עַל פִּיךָ secundùm *os tuum*, vel *verbum tuum* qvo sc. *divinitus à Spiritu S. nunciatum ipsi* Simeoni *erat, illum non visurum mortem priùs quam vidisset Christum* Domini conf. Luc. 2, 26 29. Græci adeo illi non negant Mosen verè mortuum, qvia expressè habent: ἐτελεύτησεν ἐκεῖ Μωυσῆς. Qvid clarius toties & in ipsâ literâ insinuatur, qvàm Mosen verè mortuum? Ita h. l. v. 5, *Mortuus est Moses.* Ita v. 7. *Moses natus erat 120. annos, quàm moreretur.* Ita Jhosuæ 1. 1. 2. Deus ipse Jhosuam memoratur allocutus, *post mortem Mosis*, & tali qvidem verborum principio: *Moses servus meus est mortuus.* Qvin cui bono locus mortis toties, & causa mortis acceleratæ utriq; & Ahroni & Mosi, ante transitum Jordanis, omniaq; circumstantiarum, tum jam supra c. c. Num. 20. 24. c. 27. 14. Deut. 32. 49. 51. tum in ultimo hoc capite, tam accuratè descripta? Concludimus adeo: qvàm verè Ahron, tam verè Moses mortuus est.

§. 4. Neqve aliter Josephus l. 4 antiq. ἐτελεύτησε s. *mortuus*, inqvit, *est Moses in neomeniâ Adar:* qvin addit, *propterea Mosis mortē descriptam, ne propter virtutum & dignationis excellentiam haberetur animâ & corpore* σὺν τῷ θείῳ *translatus.* Illud autem apertè erroneum, qvod Ambrosius literam Græcæ versionis, & ex hâc Latinæ translationis, opponit clarissimæ literæ fontis Mosaici. *Moses*, inqvit, *est mortuus PER verbum Domini, non juxta verbum DOMINI.* E. *translatus magis, quàm derelictus.* Atqve expressè in textu fontano habetur: *Moses est mortuus juxta verbum DOMINI.* Neqve enim illud עַל פִּי i. e. *juxta os*, aliter h. l. accipiendum, qvàm alibi in Mose c. c. Num. 9 20 *Juxta os Domini castra metabantur, & juxta os Domini proficiscebantur.*

§. 5. Non desunt qvidem ex Hebræis, qvi voces illas עַל פִּי יְהוָה s. *juxta os Domini* explicant de *osculo Dei*, s. qvo Deus in monte Mosen dignatus fuerit. Ceterùm illi ipsi non negant, Mosen verè mortuum, qvin inter genera mortium, illud qvoqve non nisi sanctis peculiare, placidissimæ, svavissimæ & beatissimæ mortis genus numerant qvod נְשִׁיקָה s. *Osculū* appellant, qvia sc. Deus sanctos jamjā morituros osculo dignetur, qvod qvidem illustrare licebat ex Cant. 1. 2. Luc. 2. 26. 28. 29. Joh. 14. 3. Et ita statuunt mortuum

tuum Mosen, ut sc. *in osculo* expiraverit, qvomodo in Duarim rabba s. comm. magno Devteronomi legitur באותה שעה נשקו הקב"ה ונטל נשמתו בנשיקת פה i. e. Deus *illo ipso momento, quo Mosen deosculatus, per talẽ deosculationẽ oris excepit animam ê corpore Mosis.* Conf. Buxtorf. in נשק. Omnino ergo statuunt verè Mosen mortuum. Nec ex apparitione Mosis in monte sancto, inferre licet ad Mosis æqvè ac Eliæ translationem: sed ad Mosis qvidem mortui in vitam revocationem, qvia de illo toties legitur, qvod mortuus sit, Eliæ autem translationem, qvia de hoc non solùm nusqvàm legitur, qvod fuerit mortuus: sed legitur qvoqve expressè, qvod fuerit sine morte translatus, prout & Henochus, nec adeo corpori reddendus, de qvo nunqvam fuit exemtus. Et pulchrè Hierosolymitanus Targumista, illud s. juxta os Domini, reddidit per: עד פום גזירת מימרא דיהוה i. e. *juxta os decreti* (s. juxta decretum) VERBI Domini, ut adeo Verbum Dei hypostaticum in יהוה intellexerit, in פי autem s. ore, verbum VERBI s. decretũ jam antea publicatum. De cetero, Mosen, ascendentem in montem, in eodẽ imminentissimæ mortis apparatu, talia habuisse meditamenta mortis, qvalia habentur in Ps. 90. & hujus sententias cum Ecclesiâ communicasse, sic ut inde titulum ille Psalmus obtineat: *precatio Mosis*, antiqvissima & in illo ipso hymno fundata traditio est. Atqve ita Moses servus Dei abiit, & obiit s. *mortuus* est.

LOCUS VIII.

Sepultura Mosis. c. XXXIV. 6.

§. 1. Nec minùs illud argumentum pro veritate mortis Mosis, qvod habetur v. 6. DOMINUS *sepelivit Mosen*, verè adeo prout sepultus, ita & mortuus: nec enim Mosi adornatũ â Deo *cenotaphiũ*. Locus sepulcralis & generaliter designatur sc. *terra Moabitarũ*, & specialiter, sc. qvædã *Vallis*, in illâ regione, ut sic in monte mortuus, in *Valle* fuerit sepultus, sic tamen ut plus ultra, & specialissimè adeo de sepulcro Mosis nec Diabolo, nec hominibus qvicqvam constaret. Causa celati adeo sepulcri in promptu, qvæqve ex *principio Dæmoniorum disputatione cum Michaele de corpore Mosis*

Mosis sepulto (qvæ sane ἀφανείας supponebat aliqvándo corporis Mosis ab anima separationẽ, sepulturam & in his terris existentiã) facilè colligitur Judæ c. un. v. 9. Nec attendendum hîc, qvid dicat liber, cui titulus *Ascensio Mosis*, qvem ab Origene l. 3. περὶ ἀρχῶν commendatũ, à Clemente in lib. 6. stromatũ allegatũ, nec minùs à Nicænis contra Arianos (juxta Gelasiũ Cyzic.) Athanasio, vel qvicũqꝫ; vetustiorum alius, Synopseos illius autor, rectè inter Apocrypha retulit. Josephus meminit qvidem ἀπαλλαγὴν δακρυτὴν s. *immutationem Mosis lacrymosam* (Israeli sc.) & ἀφανισμὸν s. *disparitionem*: sed sic ut asserat simul, veram Mosis mortem. Vult sc. Josephus, Israelitas post tristissimam ipsis valedictionem Mosis, hunc ascendentem in montem sibi ἀπολυκὸν, inconnivis eminus oculis prosecutos & intuitos, usqve dum viderint in vertice montis repentina nube circumdatum, & sic suis mortalium oculis subductum.

§. 2. Subjungimus illis qvæ de *sepulcro Mosis* ex sacro fonte præmisimus, velut rem recens gestam in Historiâ Ecclesiasticâ recensetGeorgiusHornius fide & verbis Autoris. Ita autem ille p. 364. & seq. *Rem nunc exponam, non minus tradentium mũltitudine certam, quam ipso facto & eventu mirabilem. Quippe, nostro tempore non defuerunt qui sepulchrum MOSIS, quod ipse Deus absconderat, repertum fuisse traderent. Idque hac occasione. A. cIↃ IↃ LV. mense Octobri, Maronitæ quidam Pastores capras in montibus Nebo & Abarim pascebant, cumque frequenter observarent, quasdam capras duobus tribusque diebus longius à grege exspatiari & abesse, reduces vero pilis admodum suaviter odoris esse; visum scrutari rem tam miram! Ergo ducibus capris, ad præcipitia immanis profunditatis pervenerunt, intra quæ vallem brevi circuitu: sed amœnissimam invenerunt, in quam difficillimus per rupes, terræ motu, ut videbatur, hinc inde convulsas, descensus dabatur. Ibi reperta*

caveæ

cavea suavissimi odoris, & in ejus medio sepulcrū ex vivo saxo, literis quibusdam inscriptum. Ipsi Pastores cum stupore egressi, latè odorem de se sordidisque cætera vestimentis spargebant & rei novitate commoti, Patriarchæ Maronitarum in monte Libano & Monasterio S. Mariæ, quod Kanobeen Kadischa Mirjam vocant, habitanti, nomine Mamxat, cuncta quæ viderant, quæ repererant, nunciarunt. Fidem faciebat odor inusitatæ suavitatis. Ergo missis eo duobus sacerdotibus, quos inter Aben-Useph doctrina ac prudentiâ excellens monumentum repererunt, cui literis Hebræis inscriptum, Moses, Servus Domini. Exhilaratus tanti, ut videbatur, miraculi magnitudine Patriarcha, Bassam Damasci Morat precibus sollicitat: ut sibi custodia reperti sepulcri committeretur. Sed Græci & Armenii, & Franciscani, ac denique Judæi se iis opponere, ac ipsi inter se discordes, pecunia & largitionibus in aula apud Muffim & Visirium, certabant de sepulcro, ut putabant, Mosis reperto. Præcipue Judæi contendebant, sepulcrum Mosis ad se spectare & nihil gloriosius inter titulos Imper. Turcici fore, quam quod sit Dominus trium sepulcrorum, Mahammedis Meccæ, Jesu Christi Hierosolymis, & Mosis in monte Nebo. Sed Jesuitæ cunctorum conatus suis artibus eluserunt, ac magnis muneribus impetrarunt: ut sepulcrum & ipse aditus occluderetur, ac ne cuiquam, sub pœna mortis, ad illud accedere liceret. Ita Morat Bassa missis Sangiakis Jerosolyma & Sapbettæ, montes obstrui ac sepulcrum claudi jussit.

Ipsi vero Jesuitæ inita cum Drusis conspiratione, corpus Mosis clam auferre ex sepulcro & in Europam deportare nitebantur, magnam inde ordini suo sanctitatem & immensas opes, haud vanè, promittentes. Jamque sepulchrum ipsum multo labore aperuerant, cum vacuum illud & sine ullo corpore aut reliquiis inveniunt, & dum inter se attoniti mussant,

dum vel totum sepulcrum, vel quia id fieri non poterat, ob molem, partes ejus auferre secum deliberant, res interea prodita Sanziakis Hierosolymæ & Saphethæ, qui citò, missis sub Jafer Aga equitibus, in ipso conatu Jesuitas male mulctatos oppresserunt, & ipsum sepulcrum ingentibus saxis, ut imposterum inaccessum foret, obstruxerunt, Magna inde in aula Constantinopolitana turba, & inter eruditos quæstiones, quid de hoc sepuchro Mosis statuendum? Sed doctus quidam Judæus, Jecomus Ben Gad, Sapbetæ habitans, integro libro de hac materia scripto, ostendit: Non Mosis Servi Domini hoc esse sepulchrum: sed alterius cujusdam Mosis, qui multis posterior seculis fuerit. Atque ita opinio de reperto sepulchro Mosis iterum evanuit.

§. 3. Esto penes Autorem narrationis fides. *De cetero, frustra non minùs* Mosen, *quam* Eliam, *vel* Henochum *in sepulcro quis requisiverit, postquàm jam olim non minùs* Moses, *quàm* Elias, *& sic duo* Viri cum gloriâ in monte sancto *CUM JESU NAZARENO gloriosè* μεταμορφωμένῳ locuti sunt de ejus exodo Hierosolymitanâ *conf. Matth. 17, 3. 4. & seq. Luc. 9. 29. 30. 31. ut ne opus quidē Mosen in catalogum illorum* ἐγερθέντων, *nec eum* τῶν μνημείων ἐξελθόντων *referre, quorum mentio in historiâ Jesu morientis Matth. 27. 52. 53. quomodo Augustinus ep. 99. ad Evod. negat inter illos* eductos Limbo, *vel saltem* qvi resurrexerint ad vitam perennem *fuisse Davidem, quia ejus corpus, etsi corruptionem expertum, tempore præconii Petri Pentecostalis adhuc fuerit in monumento, allegato loco Act. 2, 29. conf. id. quoq; epist. 57. ad illustrē Dardanum. De libro, cui titulus:* Ascensio Mosis *vel illo* ἀναλήψεως, *unde plusc ula allegata & ab ipsis Nicænis & à Clemente Alex. in lib. 6. stromatū jā supra* ἐπιπεχθεν *dedimus. Sanè* Mosē sine morte translatū vel assumtum, & sic Josuæ & Calebo in illâ assumtione, visum inter Angelos gloriâ illustratum

lustratum, *fabula est Clementina, prout, allegatum disputationem Michaelis Archangeli cum Diabolo, ex* Ascensionis libro, *unde illam Judas in epist. transsumserit c. un. v. 9. commentū est Origenis, de quo, ut & inscriptionis ratione conf. Sixt. Sen. Bibl. S. l. 2. in tit.* Mosis ascensio. *Factum illud, vel disputatio practica non allegatur ibi ex quodam libro s. scripturâ: sed immediatè ex* Ἀποκαλύψει, *neque disputationis thesis à Diabolo defensa, à Michaele oppugnata, fuit:* Mosen ob Ægyptii cædem deberi inferno damnatorum, *prout voluit Oecumenius: sed, prout expressè Judas*, de corpore Mosis: *Rectè liber ille ascensionis relatus jam olim inter Apocryphos & spurios est, prout & liber cui titulus:* Testamentum Mosis.

LOCUS IX.

Planctus Israelis.

c. XXXIV. 8.

§. 1. Facit pro verâ morte Mosis, fletus qvoqve menstruus Israelitarum, *per 30. dies* ab his continuatus, in *illis campis Moabitarum*, unde Josephus l. alleg. meminit, *vix unquam Israelitas tristiores visos*, qvàm Μωϋσέως τελευτήν, *& s. Mose mortuo.* Et hactenus Josephus consonanter scripturis de Mose mortuo ab Israelitis defleto, scripsit: Meminit idem qvoqve, ad intimationem mortis à Mose jamjam ascensuro in montē, ibidemq; morituro, factam, ipsoq; Mose *novissimè peroante & singulis tribubus sua fata aperiente, universam multitudinem in lacrymas erupisse, ipsas etiam mulieres & pueros ob dolorem ex imminentissima ipsius morte conceptum, acerbissimè ploràsse, planxisse, & commune quoddam citra discrimen sexus vel ætatis mœroris certamen fuisse, sic ut ipse Moses viso populi in se affectu à lacrymis temperare non potuerit, & sic, sequente, cū fletu, populo, eò ubi disparituru erat, præcesserit, quorum sequentium remotiores, ipse ascendens, mota manus signo, propiores voce, ut consisterent, nec cum fletu prosequendo, excessum suum lacrymabilem facere pergerent, monuerit, solo senatu, in verticem collis, admisso:* sed *mox à Mose dimisso, exceptis*

duobus, Eleazaro ac Josua, quibus cum post mutuos amplexus ultimum vale dixisset, inter loquendum repentinâ quadam nube circumdatus, in vallem quandam fuerit ablatus. Mortuum nihilominus verè Mosen agnoscit, sic ut diem mortis ponat, Calendas *mensis ultimi*, cui apud Hebræos nomen *Adar*, anni ab Exodo 40. De qvo planctu Israelitarum, & ipsius Mosis ante mortem, ac illo comitatu, cùm populi, tum Senatus & præcipuè Pontificis & successoris Ducis, non adeo in sacris Mosis Canonicis certa lux præfulget, qvàm de 30. diebus luctus post mortem.

§. 2. Ad tumulũ Jacobi qvoq; planctus magnus & gravis valde, & ad mortẽ Jacobi, *30. dierũ fletus*, præter 40. dies ἐνταφιασμῶ notatus Gen. 50. 3. 10. Ita *quum vidissent totus ille cœtus expiravisse Abronem, fleverunt eum 30. diebus tota domus Israel. Num. 20. ult.* Unde traditio Hebræorum: *Nullum defunctum, quantæcunque dignitatis, defleudũ ultra mensem*, cum Moses, qvo nemo major, non ultra 30. dies defletus fuerit. Intermissus ergo tandem fletus est, inprimis ex consideratione Jhosuæ per χειροθεσίαν jam antea à Mose ordinati & successoris designati, & inde *Spiritu sapientiæ pleni*, cui proinde Israelitæ, præcepti Mosis memores, *auscultaverunt*, & humili obedientiâ sese accommodarunt.

LOCUS X.

Parentatio & EPITAPHIUM Mosis, c. XXXIV. 10. 11. 12.

§. 1. Magnifica sanè, tantoq; Propheta & Israelis Rege (conf. c. 33. 5.) digna parentatio, ex ipso, qvo approbata est, judicio Dei, tantò sanctius æstimanda: NON SURREXIT ULTRA PROPHETA IN ISRAEL SICUT MOSES. Fundamentũ autem tantæ incomparabilis in choro Prophetarum V. T. Mosis eminentiæ allegatur 1. *Cognitio Jhova*, & qvidem, פנים אל פנים i. e. *facie ad faciem* v. 10. Junius expressit: *quem agnoverit Jehova in os.* Atqve in fontibus non est אל פה, nec פה אל פה vel *ore ad os*, prout Num. 12, 8. Sed פנים אל פנים, prout Exod. 33, 11. 2. Signorum, prodigiorum, aliorumq; admirandorum & plurimorum, & maximorum, partim in Ægypto coram Pharaone ejusdemq;

demq; Ministris, partim post Exodum in deserto patratio v. n. 12. Qvorum respectu inter omnes Prophetas parem non habuit.

§. 2. Qværitur autem, an in v. 10. intelligenda cognitio Mosis activa, an Dei activa, Mosis autem passiva? an Moses dicatur cognovisse ipsum יהוה facie ad faciem, an Deus Mosen? Resolvitur hæc, in illam, an pronomen אשר subjectivè, ad ידע s. cognoscentem illum sive Mosen, sive negativè, alium Prophetam, & sic ו in ירעו objectivè referendum ad seqvens יהוה velut ידוע s. cognitum? An יהוה subjectum, & illud אשר modificatum per seqvens affixum ו in relatione ad נביא s. Prophetam vel Mosen, sit objectum? Pro cognitione Prophetæ vel Mosis activâ concludit Lud. de Dieu, & urget 1. Notitiam Dei familiarem subjectivè non esse aliqvid singulare: sed objectivè. 2. Praxin Biblicam: Nullibi Deo cognitionem respectu nostri tribui: sed contra. 3. Exod. 2. 6. Num. 23. 22. 43.

§. 3. Obstat autem, & formaliter pro cognitione Dei activâ, Mosis passivâ, facit. 1. Pronomen אשר, qvod qvoad personã & casum semper modificatur per seqvens affixum, & personã qvidem sive primam, si affixum sit primæ, sive secundam, si hoc sit secundæ, sive tertiam, si hoc sit tertiæ personæ, qvoad casum autem accusandi, qvoties ו jungitur verbo activo, sive immediatè antecedente, sive seqvente alio Nomine, qvod tunc subjectivè exprimitur in casu nominandi. 2. Supponitur juxta Ludovicum, ו in ירש potiùs pleonasticum qvàm necessariò significativum. 3. Prout in v. 11. se habet positus אשר שלחו יהוה, ita in v. 10. אשר ירעו יהוה. Atqve ibi respectu יהוה se habet activè, resp. Mosis passivè: Neqve enim Moses dicitur misisse Deum: sed Deus Mosen E. & hic Deus dicitur cognovisse Mosen. Major sibi constat ex parallelismo evidenti. Minor ex qvalitate prædicati.

§. 4. Nec valent argumenta Ludovici. In *primo* enim hypothesis falsa, sc. notitiam illam Dei esse nudè Theoricam, non cum affectu, & effectu gratioso speciali (salvâ disparitate graduum) conjunctam, vel sic energeticam, & reciprocam, juxta illud Pauli: τότε ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην 1. Cor. 13. 14. Talis

cognitio sanctorum respectu Dei activa, est ὁμοίωμα c. reciproca. Et homo (pro ratione graduū magis vel minùs) à Deo cognitus, recognoscit Deū. Notatur sc. talis cognitio Dei, qvæ nō est sine experimento, nec sine reciproco affectu, in illo qvi cognoscitur: sed in ipsū Deū cognoscentem vehementissimè reflectitur. Omnino ergo talis cognitio Dei singularis est, & longè singularior actu reflexo, ab homine sc. in Deum. In secundo, falsa omnia conf. Num. 17, 6. Ps 1. 6. Gen. 16. 12. 13. Imò in historiâ, ad qvam princeps hîc respectus, ubiq; Deus dicitur cognovisse Mosen, non contra, nisi qvatenus Moses petiit, sibi cognoscendam dari gloriam Dei cunf. Exod. 33, 12. 17. 18. 19. In tertio, loca præsenti non sunt parallela. In primo deest אשר, & ante casum proximum verbo præmittitur particula את. In secundo exemplo, pariter deest אשר, & nomen proprium æqvè ac verbum. In tertio, eadem ratio & omnia adeo illa בלי טעם sine sapore, & insipida hîc planè critica Ludovici.

§. 5. Chaldæus Paraphrasta illud אשר ידעו יהוה וגו׳ expressit די־אתגלי ליה יהוה אפין באפין *revelatus est DOMINUS Mosi facie ad faciē.* Cognoscit adeo Deus, dum se revelat, & contra. Optumè autem Hierosolymitanus: *Non surrexit deinceps Propheta in Israel, sicut Moses* די חכים יתיר מימרא דיהוה ממלל כל קביל ממלל i. e. *quem sic VERBUM DOMINI erudiverit, sermone vel colloquio reciproco:* Idē Hierosolymitanus v. 11. expressit שולח יתיר מימרא דיהוה למעבר אתיא ומופתיא ונסיא פרישתא i. e. VERBUM DOMINI misit *Mosen ad patrandum signa & prodigia, & miracula singularia.* Verbū sanè qvod *mittit*, qvod *erudit*, sic ut *loquatur reciprocè* cum *personâ erudienda*, non potest non esse persona, & in hoc argumento, divina. Atqve tale est illud VERBUM. E. datur λόγος ἀνυπόστατος idemq; verus Deus. Conferatur illud cum historiâ Exodi c. 3. 2. 4. 10. ubi *ille qui vocavit & misit Mosen*, ex ardentis rubi suggesto Orator, nunc ANGELUS DOMINI, nunc ipse DOMINUS appellatur. Sed & cum oratione Stephani, in qvâ & is qvi *misit Mosen futurum Principem & liberatorē populi*, v. 30. & idē *qui collocutus cum Mose in monte Sinai* v 38.

ANGELUS

ANGELUS DOMINI appellatur. Atqve ita in Mose mortuo, sepulto, lacrymis testibus honorato, summè commendato, exit liber 5. Mosis, cui nomen Devteronomii.

§. 6. Ceterùm de illâ clausulâ, prout Deuteronomii: ita totius Pentateuchi, qvæ absolvitur descriptione mortis, sepulturæ, encomii, Mosis c. 34. indeà v. 5. qværitur, cui scriptori illa imputanda? Et magnis autoritatibus, ratione etiam probabili haut destitutis, itur in successorẽ Jhosuam, qvi post mortem Mosis illa suppleverit. Et tamen pro Mose ipso, imminentissima sua fata, (qvæ ex θεοπνευσίᾳ speciali haut ignorabat) & illam dignationis suæ divinæ excellentiã describente, totumq; sic Pentateuchum absolvente, non minoris ponderis rationes militant, qvin autoritas qvoqve Josephi I. 4. antiq. Judaicarum c. ult. circa finem: *In sacris*, inqvit, *voluminibus ipse scripsit se mortuum, veritus ne propter excellentem ejus virtutem ab ipso Deo raptum prædicarent* s. prout Græcè loqvitur: δέισας μὴ δι' ὑπερβολὴν θεὶ αὐτὸν ἀρετῆς θεὸς τὸ θεῖον αὐτὸν ἀναχωρῆσαι θλιμήσωσιν εἰπεῖν. Et ita, pergit Josephus, Vir & συνέσει ἀνθρώπων ὑπερβαλὼν καὶ χρησόμενος ἄριστα τοῖς νοηθεῖσιν s. qui & cõsiliis dandis prudentissimus, & in illis executioni dandis peritissimus fuerit, gratiâ loqvendi ad populum insignis, imperator bonus, vates incomparabilis & παθοκρατῶς s. affectum suorum domitor admirabilis (conf. ibid. l. alleg.) abiit, obiit.

§. 7. Pulchrè qvoqve Augustinus l. 18. de civ. Dei c. 37. *Soli*, inqvit, *Theologi Poetæ, Orpheus, Linus, Musæus, & si quis alius apud Græcos, Prophetis Hebræis illis, quorum scripta in autoritate habemus, annis reperiuntur priores: sed nec ipsi VERUM THEOLOGUM NOSTRUM Mosen, cujus nunc scripta in autoritatis canone primæ sunt, tempore prævenerunt.* Neq; tamẽ negat Augustinus, etiam ante Mosen, *in barbaris gentibus*, sicut *in Ægypto, jam fuisse nonnullam doctrinam*, qvæ illorum *sapientia diceretur*, cum ipse *Moses dicatur eruditus in omni sapientiâ Ægyptiorum* conf. Act. 7, 22. sed *nec illam Ægyptiorum sapientiam, Prophetarum nostrorum tempore priorem fuisse, cum & Abraham Propheta fuerit.* Qvin in Arabiâ Hiob ante Mosẽ vixit.

§. 8. Atq; in hoc incomperabilis Prophetarum MOSIS & primi semper autoritate canonicâ, in Israelis Ecclesiâ θεοπνεύστῳ scriptoris

ptoris elogio, commentationibus in *Devteronomium*, & per hoc in Pentateuchum Mosaicum clausulam imponimus, nil addituri, præter ἐπίκρισιν succinctam in illa, qvæ post novissimum in Mose Sophpasuc, integrumqve sic Pentateuchi Mosaici textum, ex Masorâ veteri in codicibus Hebræis subjunguntur, qvæ inter occurit numeratio *Sectionum Maiorum*, qvas *Phamschas* (vel prout alii raphatâ dagessantes, Paraschas) nominant, (cujus sectionis, non minùs ac Sabbathinæ lectionis usus antiqvissimus ex sacris constat Act. 15. 22.) Et illarum qvidem non saltem 52. prout *Sixtus Senens.* in Bibl. sacrâ l. 1, numerat, primo & ultimo Pentateuchi libro, unam Pharascham detrahens, nec saltim 53. prout numerat Elias, libro Breschith unam ultimamve velut פרשה סתומה s. terno tali Charactere magno sive ם sive ס non insignitâ, conf. Gen. 47. 28 excludens: sed 54 dantur. Occurrit & singulorū librorum & ipsius Pentateuchi centrum s. versus medius, qvalis e.c. in Devteronomio est c. 17. 10. *Facies juxta verbū*, in toto Pentateucho, ille de *pectenuli*, & in hoc, *Urim Tumim applicatis summo Sacerdoti* Lev. 8. 8. Occurrit *versuū numerus*, cùm in singulis Pentateuchi libris, tum in toto illo, ubi cum in subductione summariâ erratum Arithmeticum invaserit codices, indefectu plurimis peccantibus & nonnisi 5245. versus numerantibus (prout & Basileens. & Genuens. editio) Veneta editione autem in excessu 5945. subducente (cujus erroris Arithmetici principiū in subductione speciali versuum Devteronomii, ubi addito centenario, pro 955. numerat 1055.) medium iter legendum, & ex numeris specialibus versuum libri primi, signatis in Masorâ per אלף prim, secundi per ארש tertij per נשף qvarti per ארפח, qvinti per חמץ & adeo collectione summarum 1534 1209. 859. 1288. 955 concludendum pro summâ verâ 5845. & inde corrigenda subductio summaria in Codd. Hebr expressa, prout & illud ad Masoram Levitici, ubi pro עזה legendum עזא de qvo conferatur DN. Buxtorf. in, de abbreviaturis p. 154.

Jhos. 1. 2. 6. 7.

משרת עברי מרת

רק חזק ואמץ מאד לא תרפה ולא תעזב׃

INDEX I.

Locorum Scripturæ ex aliis libris Canonicis,

Præcipuorum, qvi in his Decadibus Deuteronomii Exegeticis datâ occasione, explicantur.

GENESIS.

Cap. X. 5. 42. p. 220.
c. XIII 10. 11. p. 19.
c. XVI. 12. 13. p. 282.
c. XVII. 7. p. 42.
c. XIX. 24. p. 19.
c. XXII. 1. 2. p. 45.
c. XXII. 16 17. p. 272.
c. XXVI. 3 4 p 272.
c. XXIIX. 13 14, p. 272.
c. XL X. 3. 4. p. 142.
c. L. 3. 10. p. 230.

EXODUS.

c. III. 4. 10. p. 282.
c. 12. 7. p. 61.
c. 13. c 14. c. 15. p. 27. 32.
c. 14 8. p. 221
c. 16 2. 3. p. 245.
c. 17. 14. p. 31. 32. 207.
c. 17. 7 p 242. 243. 245.
c. 18 25. p. 5.
c. 19 4 5 6 p. 44. 221.
c. 21. 12. p 123.
c. 23 3 & seq. p. 51.
c. 23 27. 28. p. 269.
c. 24 7. p 207.
c. 30. 30 31. p. 53.
c. 32. 1. 2. & seq. p. 249.
c. 32 26 27. p. 253.
c. 33 12 17. 18. p. 282.
c. 40. 20. p. 207.

LEVITICUS.

c. 10. 2 3. 19. p. 253.
c. 18 16. 18 p 164. 173.
c. 19. 18. 28. p 103. 256.
c. 23 15. p. 107.
c. 24. 15 16. p. 144.
c. 27. 30 p 59.

NUMERI.

c. 11. 16. p 5.
c. 17. 6. p. 282.
c. 18. 27. 31. p 58 59. 60.
c. 20. à v. 1 ad v. 14 p 243 244. 25
c. 20. 12 16. 24. p. 27. 207. 274.
c. 20. ult. p. 280.
c. 21. 14. p. 2.
c. 23 9 p. 222.
c. 25 4 p. 144.
c. 27. 12. 13 14. p 207. 271.
c. 28 26. p. 107.
c. 32. 8 17. p 261.
c 33 38. p. 2.
c. 35. 11. 12 34 p. 123 126. 127 129.

IHOSUA.

c. 1. 7. 8. 11. 12. 14 p. 2. 66. 184 262.
c. 2. 1. 22. p. 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0285
DFG

c. 3. 2. p. 2.
c. 4. 9. p. 178.
c. 5. 10. p. 1.
c. 6. 29. p. 271.
c. 8. 32. p. 178.
c. 10. 24. 25. p. 270.
c. 10. 40. p. 47.
c. 15. 63. p. 258.
c. 18. 12. p. 258.
c. 19. 28. 29. p. 264.
c. 20. 2. 3. 4. 5. 6. p. 128.
c. 22. 4. 5. p. 261.
c. 22. c. 23. c. 24. p. 222.

JUDICES.

c. 1. 8. p. 258.
c. 2. 7. 10. 11. p. 223.
c. 2. 12. 18. p. 44.
c. 4. 1. 2. 3. p. 44.
c. 7. 20. & seq. p. 270.
c. 8. 12. p. 270.
c. 10. 9. 13. p. 270.

RUTH.

c. 3. 12. p. 166.
c. 4. 15. 16. p. 166.

I. SAMUEL.

c. 2. 6. 7. p. 234.
c. 3. 2. c. 4. 15. p. 272.
c. 16. 7. p. 41.
c. 21. 6. p. 144.

II. SAMUEL.

c. 12. 13. 14. p. 44. 45.
c. 12. 24. 25. p. 257.
c. 24. 16. 17. p. 44. 46.

I. REGUM.

c. 8. 9. 12. p. 53. 207. 257.
c. 16. ult. p. 271.
c. 22. 13. p. 121.

II. REGUM.

c. 6. 28. p. 186.
c. 17. 24. 25. p. 13.
c. 22. 8. 10. 11. p. 207.

I. CHRON.

c. 5. (6) 1. 2. p. 142. 143.
c. 13. 15. 16. p. 208.
c. 15. & 16. p. 56.

II. CHRON.

c. 13. 4. 5. 6. p. 56. 208.
c. 6. 7. p. 114.
c. 14. 19. 11. 12. p. 241.
c. 19. 8. 11. p. 110. 208.
c. 20. 5. 6. 10. p. 241.
c. 31. 5. p. 49.
c. 34. 35. p. 208.

NEHEM.

c. 9. 21. p. 33.

IESAIA.

c. 36. 18. 19. p. 74.
c. 55. 10. p. 213.
c. 59. 21. p. 67.
c. 63. 9. 10. p. 46. 245.
c. 66. 15. 16. p. 228.

IEREMIA.

c. 17. 10. p. 232.
c. 8. 7. 8. 9. p. 120.
c. 28. 9. 10. p. 121.
c. 28. 26. p. 77.
c. 29. 30. p. 77.
c. 34. 18. p. 183.
c. 44. 17. p. 16.
Thren. c. 4. 10. p. 186.

EZECHIEL.

c. 15. 13. 15. 17. p. 227.

c. 18. 4. p. 181.
AMOS
c. 3. 2. p. 44.
OBADIA.
c. 1. 5. p. 262.
JONA.
c. 1. 3. p. 50.
NACHUM.
c. 1. 11. p. 74.
SACHARIA.
c. 6. 12. p. 253.
c. 7. 7. p. 47.
MALACHIA.
c. 2. 2. 3. 16. p. 159. 253.
PSALMI.
1. 6. p. 282.
2. 7. p 50.
8. 5. 6. 7. 8. 9. p. 81.
16. 10. p. 242. 246.
19. 6. p. 258.
51. 12. 13. p. 46.
78. 23. p. 31. 32.
78. 56. p 247.
89. 20. p. 247.
90. 1. 10. 91. 1. 2. p. 269. 273. & 275
97. 7. p 237.
102. 28. p. 216.
105. 7. p. 216.
106. 14. p. 247.
110. 1. 2. p 81.
118. 18. p. 201.
149. 9. p. 67.
HIOB.
c. 1. c. 2. 9. p. 45. 238.
c. 29. 13. p. 336.
PROVERBIA SAL.
c. 3. 12. 13. 14. p. 43.
c. 6. 7. p. 110.
c. 8. 22. 24. p. 216. 217.
CANTICUM.
c. 1. 2. p. 274.
c. 7. 9 p. 267.
ECCLESIASTES.
c. 12. 3. p. 266.
Addatur ECCLESIASTICUS.
c. 24. 8. p. 218
MATTHÆUS
c. 3. 11. 17. p. 34. 258.
c. 4. 10. p. 67
c. 5. 19. p. 9.
c. 5. 34. 35. p. 235.
c. 10. 37. p. 254.
c. 11. 29 p 88.
c. 12. 2. 7. 8 p. 69.
c. 13. 38. 55. p. 72. 83.
c. 17. 13. p 278.
c. 18. 16. p. 129.
c. 19. 5. 7. 8. 9. p. 159. 256.
c. 23. 16. 18. 20. 23. p. 48. 49. 59. 69. 235.
c. 26. 63. 65. p. 72.
c. 28. 19. p. 42.
MARCUS.
c. 6. 5. p. 72.
c. 12. 24. p. 234.
c. 14. 3. p. 34.
LUCAS.
c. 1. 28. 35. 42. p. 242. 246.
c. 2. 26. 32. p. 258. 274.
c. 7. 44. p. 34.
c. 9. 54. p. 82.
c. 12, 58. p. 111.
c. 14. 26. p. 254.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0287
DFG

c. 16. 29. 31. p. 62. 71.
c. 18. 12. p. 58.
c. 20. 37. 38. p. 42.
c. 22. 14. p. 240.
c. 23. 43. p. 203.

JOHANNES.

c. 1. 14. p. 257. 258.
c. 1. 16. p. 246.
c. 1. 20. p. 51.
c. 1. 27. p. 34.
c. 2. 26. p. 274.
c. 4. 14. p. 270.
c. 5. 18. p. 72.
c. 5. 36. 37. p. 71.
c. 6. 32. p. 32.
c. 7. 31. 41. 42. p. 72.
c. 8. 51. 52. p. 240.
c. 9. 3. 29. p. 45. 278.
c. 10. 24. 29. 30. p. 72. 233. 334.
c. 14. 3. 21. 23. p. 9. 18. 274.

ACTA APOSTOLORUM.

c. 1. 22. p. 129.
c. 2. 19. 27. 29. p. 242. 278.
c. 5. 17. p. 227.
c. 7. 37. 43. p. 16. 120.
c. 8. 8. 9. 10. p. 71. 84.
c. 8. 34. p. 191.
c. 13. 8. 11. 45. 48. p. 45. 71. 227. 236.
c. 14. 16. 17. p. 13. 14. 16.
c. 17. 11. 27. p. 13. 63.
c. 20. 20. 29. p. 63. 82.
c. 24. 14. p. 80.
c. 26. 22. p. 63.

EPIST. PAULI AD ROM.

c. 1. 19. 20. p. 13.
c. 2. 4. 29. p. 198. 233.
c. 3. 13. 14. p. 232.
c. 4. 7. 8. p. 45.
c. 6. 23. p. 182.
c. 7. 10. p. 36.
c. 8. 3. p. 180.
c. 10. 6. p. 196. 198. & seq.
c. 11. 11. 14. p. 227. 236.
c. 12. 19. p. 233.
c. 15. 10. p. 236. 237.
c. 16. 16. p. 65.

I. Ad CORINTH.

c. 4. 6. p. 64.
c. 10. 10. 21. p. 156. 226.
c. 11. 31. 32. p. 45. 47.
c. 15. 56. p. 180.

II. Ad CORINTH.

c. 1. 6. 8. 9. 10. p. 45.
c. 5. 4. p. 273.
c. 6. 14. p. 148.
c. 10. 4. 5. p. 212.
c. 11. 24. p. 161.

Ad GALAT.

c. 1. 8. 9. p. 65.
c. 3. 10. 11. p. 144. & seq. p. 179.
c. 4. 17. p. 227.

EPHES.

c. 1. 6. p. 246. 258.
c. 5. 25 29. p. 42. 257.

PHILIPP.

c. 2. 9. p. 246.
c. 2. 13. p. 203.

I. Ad THESSAL.

c. 2. 13. p. 212. 227.
c. 4. 13. p. 103.
c. 5. 14. p. 100.

II. Ad

II. Ad THESS.
c. 1. 8. 9. p. 228.
c. 2. 3. 9. 10. 11. p. 71. 84.
I. Ad TIMOTH.
c. 1. 15. p. 212.
c. 5. 19. p. 134.
II. Ad TIM.
c. 2. 16. 17. 18. 19. p. 40. 82.
Ad TITUM.
c. 3. 11. p. 82.
HEBRÆOS
c. 1. 7. p. 237.
c. 3. 17. 18. p. 51.
c. 6. 13. 16. p. 235.
c. 7. 3. 21. 24. p. 242. 253.
c. 8. 5. p. 53.
c. 10. 26. p. 51. 193. 228.
c. 12. 11. 15. p. 47. 191.
JACOBI.
c. 1. 13. 4. 19. p. 46. 47. 246.
c. 1. 21. p. 212.
c. 5. 11. p. 46.
I. PET.
c. 1. 5. 6. 7. 11. p. 45. 64. 234.
II. PETRI.
c. 1. 18. 19. p. 71.
JHUD.
c. un. v. 9. p. 276. 279.
APOCALYPSIS.
c. 1. 11. 19. p. 210.
c. 2. 1. 8. 11. 12. 18. p. 210. 240.
c. 3. 19. p. 227.
c. 13. 5. p. 88.
c. 20. 6. 14. p. 240.
c. 21. 5. 8. p. 210. 223. 240.
c. 22. 18. 19. p. 223.

INDEX II.

Rerum & verborum præcipuorum.

A

Absolutum prædestinationis decretum, ex hypothesi Calvinianorum, adimit Deo jus elenchi reproborũ p. 189. 190.
Abyssus an fuerit UBI animæ Christi separatæ in triduo mortis? p. 203
Accentuatio considerata p. 57. 152. 176. 177. 195. 214. 215. 224. 253. 261. 262. 268.
Actiones adversus Clericos nec omnibus permittendæ, nec nulli p. 124
Actio Sponsi vel novelli mariti adversus recens ductam p. 152
Adamus ante & extra lapsum, num fuerit corpore expoliandus, an superveſtiendus? p. 35
Afflictiones divinæ qvo fine immittantur? p. 45-46
Ahron an sanctus Dei? an dicatur ab Israele vel Deo tentatus? p. 247-249
Ahron ubi mortuus? p. 54
Ambrosius unde inferre voluerit, Mosen non mortuum? p. 273.

An excusabilis & absolvendus in crimine μοιχολαγνείας? p. 249
Alexander VII. sub qvo Laniena Sabaudica p. 85
Amor Dei consistit in indivisibili p. 23. 24
Angelus מלאך in casu recto p. 27. 28
Anthropophagiæ pœna in Israel p. 185. 186. 187
Apostoli strictè sic dicti definitio p. 129
Apollonius Tyanæus, tentatio magna in Ecclesiâ p. 74
Apostasia ἀποστασία peccatum p. 51. ejus pœna p. 74. 75. 76. 77
Arborum discrimen in obsidionibus urbium p. 135. 136 & seq.
Arcæ fœderis utrum plures? p. 53.
Arcæ portandæ ministerium, qvorum fuerit? p. 206
Arius duplicem statuit λόγον, unum essentialem & increatū, alterum extraessentialem & creatum p. 218
Arii sententia de Filio Dei. p. 218
In articulo fidei omni, discernendum est ipsum dogma cognoscibile & credendū à qvæstionibus, in qvibus, salvâ fide sententia definitiva suspenditur p. 197
Asphaltites lacus p 19. 232
Aspidum variæ species p. 232
Astra medium θεοφανείας naturalis p. 12. 13. 14
Asyla Hebræorum & illorum jus p. 121. 122. & seqq.
Augustinus de immortalitate I. hominis vindicatus p. 35. 37. 38. 39.
de Davide utrum fuerit inter illos cum DOMINO suscitatos? p. 278
de legibus Eccles. N. T. p. 68
de pœnis hæreticorum p. 89
de correptione p. 100
Intercedit apud Donatum Procons. Africæ pro Donatistis non necandis p. 101
de Mose p. 283
de Manichæis emendandis, non perdendis p. 102
de Schotrim Judæorum p. 110

B.

Baronius p. 74
Becanus notatus p. 63
Bellarminus Confessor: *Totum generale Concilium posse carere verâ fide* p. 81
Bellarminus notatus in controversiis de una fidei regula p. 68
De pœnis post culpam remissam p. 44
De culpis venialibus & satisfactionibus p. 43 44. 204
De purgatorio p. 44
De supremo Judice controversiarum fidei p. 112 & seqq. 116
Bellarmini sententia de duratione animarum in purgatorio p. 44.

Zelo

Zelo malo corrumpit benè emendatum p. 138. 119
De jure nuptiarum Leviri cum glore non rectè sensit p. 162
De obscuritate scripturarum p. 200. 201
De scripturarum existentiâ ante annum Mosis ultimum p. 200
De Inferis localibus in centro terræ p. 204
Bellarminus Confessor ambiguus p. 200. 201. 202
Bellarminus asserens, Mosen clarum, Paulum obscurum, & non Mosen ex Paulo: sed Paulum ex Mose intelligendum
Bellarminus de p. 202
Regionibus Inferorum p. 204
Inferno damnatorum p. 204
Limbo Patrum p. 204
Ubi animæ Jesu in tridno mortis p. 204
De mandato speciali ex qvo scripserint Prophetæ & Apostoli p. 209. 210
Ad Arium declinat, asserendo productionem æternam filii Dei, creationem dici p. 217
Zelota pro Apocrypho, contra fontes Hebræos, Patres, Vulgatum, fidem Catholicam p. 218.
Bellum papale p. 104. p. 118. p. 191
Blasphemiæ pœna ordinaria p. 144
Buxtorfius commendatus p. 701

C.

Canoni Prophetico & Apostolico nihil addendum p. 65. 66
Castigationes Dei non sunt irati Judicis: sed benignissimi Patris p. 41. 42. 43. 44. 45
Catholicismus verus penes qvos detur? p. 80. & seq.
Character verorum Christi discipulorum p. 254
Christus num scripserit immediatè? p. (
Christi duo habitus & adventu confusi, πρῶτον ψεῦδος fuerunt erroris Marcion. & Judæorum p. 73
Christus num dici possit factus execratio Dei p. 145
Christus utrum secundùm substantiam animâ separatâ descederit ad inferos? p. 203
Chrysostomi judicium de pœnis hæreticorum p 83. & seqq.
Rationes pro tolerantiâ hæreticorum p. 87
Clandestina solicitatio ad Apostasiam, ejusdemq; pœna de jure divino, sub V. T. p. 74
Clarissimi, in Codice Juris, qvi? p. 5
Clemens IIX. correxit editionem Sixtinam p. 118. 191
Cognitio Dei activa qvalis? p. 281. 282.
Coluthianorum hæresis p. 214
Communionis vel civitatis Apostæ-

postaticæ pœnâ de Jure divino sub V. T. p. 78
Constantini Magni aureum consilium p. 80
Correptio fraterna p. 100
Corruptio cordis, cogitationũ, actionum humanarum patheticè & emblematicè repræsentata p. 233
Cubitus communis, Regius, Geometricus, Mosaicus p. 6
Crimen læsæ Majest. divinæ, qvousq; admiserit etiam unicum testem? p. 131

D.

Davidis peccata & castigationes p. 44. 45. 46
Deus sæpè permittit tentationem magnam p. 71
Dei arcana & revelata non implicant contradictionem p. 197
Dei horrenda ira adversus peccatum p. 228
Dei ultoris irati juramentum p. 215
Deus qvoad φιλοστοργίαν repræsentatur in Aqvila Parente p. 221
Deus circa repudia & libellos repudii non habuit se imperativè, non dispensativè: sed saltim permissivè p. 165. & seq.
Deus, qvomodo det cor intelligens & oculos videntes? p. 189
Decalogi excellentia p. 20
Decani in Jure Civili & Vulgato Latino qvi? p. 5
Decimæ & oblationes frugum, qvæ, qvot, & qvarum? p. 48. 49. 59
Devteronomii Etymologia & Synonymia p. 1
Ejusdem Chronologia p. 1
Devteronomii summaria analysis & orthotomia p. 3. & 4
Dii alieni qvi? p. 74
Discalceatorum domus p. 167
Doctores Ecclesiæ Apostatæ, magna tentatio in domo Domini p. 74
Donatus Catholicus contra Donatistas gladio acturus p. 100 105.
Donatistæ in Africâ tumultuantes contra Catholicos, & illorum tractatio, ex judicio Augustini p. 89. 100
Drusius notatus p. 6
Durandus de duratione animarum in purgatorio p. 44
De descensu Christi ad inferos p. 203

E.

Ecclesiæ N. T. ager totus mundus est p. 87
Ejusdem processus in hæreticos p. 87
Ecclesiastica disciplina non negligenda p. 100
Ecclesiæ Catholicæ testimonium reverenter habendum p. 128
Eventus num faciat argumentũ juris? p. 70. 120.

Excellen-

Excellentiæ terræ promissæ p. 47. 48. 224. 259. 270
Excellentia Israelis p. 270

F.

Facilè cognoscibile non facilè semper est præstabile p. 201
Familia & tribus qvomodo distinguantur p. 190
Fedus Dei cum Israele p. 187
Federa cum gentibus p. 28
Filius Dei Instrumentum Patris in creatione, qvo sensu dictus Ario, qvo sensu, à Luthero p. 218
Filii Dei & Patris una manus p. 233. 234.
Flagrorum numerus p. 161
Florinianorum & Coluthianorum contraria hæresis p. 214
Fontium scaturigines p. 48
Fratris nuptiæ cum Viduâ fratris defuncti qvo casu in Rep. Israelis inductæ p. 162
Fulvia detexit conjurationem Catilinæ p. 132
Fundamentum Legum Lev. de prohibitione graduum p. 164
Funeralis planctus qvot dierũ? p. 280

G.

Galenus præter causam morborum elementarem & materialem agnoscit alicubi specialiter τὸ θεῖον p. 273
Genealogia Messiæ p. 18
Gentium ἀστοχολασμία p. 14. 16
Geographia vel Ocularis repræsentatio totius terræ Canaan Mosi morituro in monte facta, qvalis fuerit? p. 272
Grammatoisagogei, & horum officium p. 108
Gratia conversionis sufficiens universalis p. 189
Gratiæ absolutè & irresistibiliter determinantis hypothesis, perimit exprobationes divinas & Deo protestanti, juranti, exprobanti manifestam hypocrisin tribuit p. 189. 190
Græca translatio in l. Prov. 8. 22. imposuit Nicænis, ut negarent ibi agi de Dei filio p. 216
Erronea p. 220. 221
Grotius notatus in argumento traditionum p. 8
in cultu astrorum p. 10. 11
cultu imaginum p. 11
in censurâ scripturarum p. 54
in judicio de pœn. capitalibus idololatriæ p. 76
in controvers. de judice supremo controvers. p. 117
iiniqvior alicubi in Vulgatum p. 117. 118
de jure Regio p. 119
in lege de muliere in rixâ pudendâ Viri attrectante p. 175.
Gulielmus Estius negat Christum factum maledictum Dei, nisi analogicè p. 145

H.

Habitus funeralis lugentium p. 102. 103
Hæresis utrum penes nos, an Pontificios? p. 80
Hæretici, qvà tales, utrum tempore N. T. capitaliter puniendi? p 82
Hæresis omnis ψευδαληθὴς p. 84
Hæreticorum extirpatio absq; Catholicorum damno utrum possibilis? p. 85. 87. 88
Hæreticorum tolerantia, & tractatio qvalis? p. 86
Hermon & ejus synonyma p. 18
Homicidiorum leges ex jure divino, eorundemq; distincta consideratio p. 125. 126. & seq.
Homicidii casualis reqvisita p. 126. 127
Homicidii plenè proæretici reqvisita p. 127
Proæreticorum homicidiorum gradus ibid.
Hornius de inventione sepulcri Mosis p. 276. 277. 278

I.

Idololatria non æstimanda ex solà mente p. 226. 249
Iedidiah nomen Salomonis & Messiæ p. 257. & seqq.
Jericho descripta p. 271
Ignis diei novissimi & damnatorum inferni p. 228
Immortalitas primi hominis, qvalis? p. 36. 37
Imperatorum Constitutiones de pœnis hæreticorum p. 101
Infernus damnatorum utrum in centro terræ? p. 203
Inimicus (in sensu diviso) potest esse testis omni exceptione major p. 133
Inimicitia capitalis repellit testem p. 133
Instrumenti terminus, an rectè tribuatur Filio Dei? p. 218
Instrumentum pacis Osnabrugense & Monasteriense p. 208
Interpretatio scripturæ qvæ vera qvæ falsa? p. 67
Johannes de Turrecrematâ Confessor p. 81. 128
Josephus de Magistrat. Hebr. p. 108
de morte Mosis p. 274. 276. 279. 183
Ira Dei qvare figuretur in emblemate ignis p. 228
Israelis vestes & calcei in deserto non corrupti p. 33. & seq.
Apostasia & idololatria prodigiosa p. 225. 226
Israelis corrupti emblema, vitis & uvæ venenatæ p. 231
Judicium supremum controversiarum sub V. T. qvale & qvorum? p. 117
Juramentum Dei p. 235
Juramenta per creaturas improbata 235

A Jure

A Jure V. T. ad jus N. T. non V. C. p. 173
Jurisdictio vel potestas Regum & Principum non est merè Lajca : sed & Ecclesiastica p. 208
Justitia Israelis p. 28.
Jus regium p. 119.

K.

Karæi qvi? p. 69
Karolus magnus p. 271
Karolus IX. Gall. Rex p. 79
Kimchi de caleeis Israelis in deserto p. 34

L.

Lacus Palæstinæ celebres p. 264
Laniena Parisiensis p. 79
Laniena Sabaudica p. 79. 85
Leges Ecclesiasticæ humanæ utrum obligent conscientiam? p. 68
Lensæi judicium de Calvino & Brentio, ejusdemq; consilium cruentum p. 80
Levir glorem ducere, lege morali prohibetur, & tamen in qvodam casu ducere jubetur p. 162
Lex & exceptio non sint ejusdem naturæ & ordinis p. 162
Lex qvantam & qvalem obedientiam reqvirat p. 180
Legis moralis revelatio & cognitio post lapsum supernaturalis est, ac debetur merito Mediatoris p. 200
Legis suppositio an in Mose de solo Decalogo, in Davide autem de universis scripturis p. 207.
Legis authenticum, utrum intra, an extra arcam collocatum? p. 207
Libani descriptio p. 8
Liber cui titulus : Ascensio Mosis, à qvibus allegatus : p. 276
Locus sacrorum publicorum status p. 55. 56
Ludovicus de Dieu excussus p. 135 136. & seq. 191. & seq. p. 281. 282
Lutherus Interpres & exegeta laudatus p. 44. 146 239. 241
Luneburga urbs, utrum à Lunâ, an à Lünis nomē habeat? p. 271

M.

Macovius notatus in controversiâ de gratiâ sufficiente p. 188
Magistri nomen amplissimum p. 109
Magistri, qvinam in Vulgato, & Jure Codicis p. 109
Majuscularum literarum usus in sacro Codice p. 22
Mali citrini esus, alexipharmacum adversus morsus Aspidū p. 233
Mandatum scribendi Canonem legitimatur p 209. 210
Manna cibus Israelis p. 30. 31. 32
Manichæi hæretici excepti in LL. Imper. non tamen ab Augustino p. 101

Mare mortuum p. 19
Medicinales pœnæ p. 45
Medicinalis vindicta p. 100
Mendicantiũ ordines damnantur lege divinâ p. 104
Merito humano utrum locus apud Deum, ex mente Rabbinorum? p. 7
Messias appellatus *Verbũ Domini* p. 282.
Virbenignus vel *sanctus Israelis* p. 242. 244. 245
Dilectus Domini p. 257. & seqq.
Miclal Jophi vel ejus Autor notatus p. 215
Miracula num faciant argumentum Apodicticum p. 71
Missæ nomen utrum ex Hebræo? p. 106. 107
Monumentum lapideum trinũ à Jhosuâ erectum p. 178
Monachi & vota monastica p. 104
Moria mons sacer p. 260
Moses an inter illos qvi resurgente Domino resurrexerunt p. 271
Moses verus & antiqvissimus Theologus p. 283
Mosi parentatur ab ipso Deo p. 280
Mosi ter indicta mors p. 271
Mosen moriturũ utrum osculatus Deus fuerit, sic, ut in osculo tali expiraverit p. 274. 275
Moses, etiam ubi jam moriturus, Doctor non solùm legis: sed & Evangelii p. 205
Moses in morte exutus, non superindutus p. 273. 279
Moses an ex Marasmo senili mortuus? p. 207. 272
Moses utrum in tribu Gad, an Ruben sepultus? p. 262
Mosis mors, sepultura à p. 271. adusq; finem p. 273. & seq. 279
Moses non reqvirendus in sepulcro p. 278
Muhammedani in nuptiis castitatis rationem habent p. 155
Munus novelli mariti dictum: Morgengab p. 155
Mutuum in Rep. Israelis, qvale, & qvæ inde obligatio p. 105
Mutuũ mediante pignore concessum p. 160
Mysterium ante & post revelationem qvomodo habeat respectum intellectus humani? p. 194

N.

Naphtali, & ejus sortis situs p. 264
Negativa familiariter repetitur à membro 1. in m. 2. p. 240
Nestorianismus Papisticus p. 81
Nicæni in disp. cont. Ariam allegarunt librum, cui nomen: Analepsis Mosis p. 276
Nominis יהוה punctatio genuina p. 24. 25. 26
Numerus Pharascharum & versuum Pentateuchi p. 284
Nuptiæ duorum fratrum cum unâ uxore, vel duarum sororum

tum cum uno Viro damnantur jure divino, & Ecclesiastico, imò & Cæsareo p. 174

O.

Oblatio Paschalis & Pentecostalis qvomodo differant? p. 107
Obligatio creaturæ ad DEUM prima p. 215
Obsidionis urbium leges p. 135
Odium Parentum, uxoris, liberorũ,&c. qvo sensu præscribatur Discipulis Christi? p. 254
Omnipræsentia Christi ut hominis fundatur in expressis scripturæ testimoniis p. 81. 82
Optatus Milevit. defensor Macarii occidentis Donatistas p. 79. 231
Optativus divinus in spiritualibus an in illo, cui optatur, probet liberum arbitrium? p. 20
Ordo conversionis p. 211
Osculum, genus placidæ mortis p. 274

P.

Pactum Dei & Universitatis Israeliticæ p. 190
Papismus Judaizans p. 69
Papismi cohærentia cũm hæreticis antiqvis p. 70
Papistarum primariorum confessio de Apostatis Pontificibus intrusis in sedem Romanam à sordidissimis meretricibus p. 84.
Papistæ notantur in controversiâ de *Legis Evangelicæ scriptæ imperfectione, & addendis illi LL. Ecclesiasticis* p. 68
de cœlibatu sacerdotum p. 254. & seqq.
de pœnis hæreticorum p. 82. 83
de inferorum regionibus & inferno damnatorum p. 203
de Jurisdictione Ecclesiasticâ Episcoporũ & ὑπεροχῶν uni soli R. P. competente p. 208
de meritis operum p. 8
de traditionibus p. 8. 9.
de judicio supremo unius infallibilis R. Pontificis p. 112. 116
de lectione scripturarum permittenda Laicis p. 27
de obscuritate scripturarum. p. 199. & seqq.
de scriptione Prophetarum & Apostolorũ ex mandato p. 209
de unâ credendorum & agendorum regulâ p. 60. 61. 65 66. 181 184. 219.
de solâ fide p. 27
de objecto cultus religiosi p. 27
de juramento per creaturas p. 27
de libero arbitrio p. 41
de Pœnis post culpã remissã p. 43
de satisfactionibus & Purgatorio p. 43. 44
de sacris publicis in lingvâ vernaculâ vel Auditorio notâ p. 208. 209.
de Verbo repositio in corde Ecclesiæ p. 181

de peccatis venialibus p. 182
de possibili Viatoribus perfectâ impletione legis p. 182. 203
de descensu Christi ad inferos p. 203
Papistarum Consilia cruenta antiqvitati & Catholicis improbata conf. p. 79. 88. 101
Paralogismus Papistarum p. 255. 256.
Parenthesis qvidem apud Hebræos datur: sed accentuatione speciali non signatur p. 262
Paulus Ictus de Magistris p. 110
Podonipsia hospitibus præstari solita p. 34
Pœnæ hæreticorũ sub V. & N. T. discretæ p. 79. 80. 81. & seqq.
Pœnæ post culpam remissam utrũ dentur & qvales? p. 44. 45
Pœnæ num immittantur ex intentione punientis in bonum puniti? p. 47
Pontificum ex cathedra contradictoria decisio p. 104
Præsules dormitantes magnæ fundi Ecclesiæ calamitas p. 84
Processus flagellationis p. 161
Processus inqvisitionis ex officio judicis ab ipso Deo mandatus p. 75. 78
Pseudoprophetarum character p. 120. 121
Punctatio Codicis Hebræi & in illo nominis Tetragrammati p. 24. 25. 26
Pura naturalia 1. hominis purum commentum scholasticorum p. 38. 39

Q.

Qvadragenæ Mosis in monte Sinai, qvot? p. 52. 53
Quando & quomodo, in qvæstione de origine hæreseos aliqvando apocryphum p. 84
Qverela Laici adversus Clericũ qvomodo habenda vel admittenda? p. 134

R.

Radix cicutæ cujus emblema? p. 190. 191. 192. 232
Reditus Judæorum in terram promissam p. 198
Regula credendorum & agendorum una p. 60. 61. & seqq. 64. 66. 67
cui nihil addendum p. 64. 69
Rex Israelis utrum solum Deuteronomium: utrum totum Pentateuchum describere debuerit? p. 119
Reges non minùs obligantur ad LL. de gradibus jure divino prohibitis, qvã subditi p. 174
Res inventa ἀδέσποτος cedit inventi p. 147
Reges sanctiores sibi vindicarunt jurisdictionem s. potestatem

ſtatem externam Eccleſiaſticam p. 208.
Repræſentatio terræ Canaan ab ipſo Deo facta Moſi moriturо, qvalis? p. 272
Repudium & libellus repudii à Deo nullibi eſt imperatus: ſed ſaltem tempore V. T. in populo permiſſus p. 158. 159
Reſpectus ad Parentes, fratres liberos &c. in officio ſacro moderatus & ſubordinatus eſt permiſſus, prælatus autem vel adæqvatus eſt prohibitus? p. 254. 255. 256

S.

Sacerdos qvalis eſſe debeat? p. 134. 253
Sacrificatio in excelſis, qvando licita, qvando prohibita? p. 55. 56
Schemhamphoraſch qvid Judæis? p. 25
Schotrim, qvalis Magiſtratus, apud Judæos p. 110. 111
Schilo locus ſanctuarii p. 114
Schion, mons Palæſtinæ p. 18
Scriptura unica fidei & vitæ regula, ſupra qvam, præter qvam, contra qvam nihil Chriſtiano credendum, vel agendum p. 64
Scripturæ magis credendum qvam miraculis p. 71
Seldonus de imaginibus p. 11
Senectus gentis qvoto tempore circumſcribatur p. 17
Sepulcrum Moſis utrum Diabolo notum? p. 275
Servator num inceſſerit diſcalceatus? p. 34
Sigonius de Magiſtrat. Hebræorum p. 108. 109. 110
Simon Magus tentatio magna in Eccleſiâ Dei p. 74
Sinnichius excuſſus p. 65. 79. & ſeqq. 181
Singularitas teſtium obſtativa & adminiculativa p. 133
Sixti V. & Clem. IIX. correctiones contradictoriæ p. 118. 191
Sponda Ogi qvanta? p. 6
Stereoma Sanctorum p. 205
Suffetes Carthaginenſium p. 115
Suph nomen regionis p. 2
Suſpendium & lapidatio qvibus facinoroſis decreta fuerint? p. 144
Syncretiſmus Phariſaico-Talmudico Papiſticus p. 69. 70

T.

Talmudiſtarum emblemata pro traditionum prælaturâ p. 69. 70
Templum in ſorte Binjaminis p. 258
Terræ Iſraelis excellentia p. 47. 48. 49
Tertullianus ex Catholico factus Montaniſta p. 73

Teſtis

Testis unus, nõ sufficit ad probationem in civilibus, vel criminalibus? p. 75. 76. 129. 130. 132
Testimonium simpliciter infallibile divinum, Ecclesiasticũ, Politicum conf. p. 128. 129
Testes omni exceptione majores qvi? p. 131
Testes inhabiles, & unus solus, etiam in crimine læsæ majestatis admittuntur p. 132
Traditiones & de illis status controversiæ? p. 60. 61. & seqq. p. 64. 65. 66
Traditionalis, liber num detur p. 65
Tribunal summum unius visibilis supremi Judicis num detur in Ecclesiâ N. T. p. 113. 114
Trinitas personarum divinarum p. 18. 23
Thomas Aqv. de descensu Christi ad inferos p. 203

V.

Venus Gentilibus mas & femina p. 147
Virginitatis explorandæ vel in portâ probandæ modus p. 152 153.
Vincentius Lirinensis p. 74. 80. 81
Vitis & uva Sodomæ qvalis p. 232
Unus testis an admittendus, & in qvantum probet de jure divino? p. 129. 130. 131
Vossius citatus de voce *cubitus* p. 7.
Vulgãtus notatus p. 58. 103. 109. 116. 117. 118. p. 267
Uxore fratris defuncti tempore N. T. simpliciter abstinendũ, & magis qvoqve qvàm à defunctæ uxoris sorore p. 173

W.

Walthonus p. 25
Wandali, & Wendi, Winiti, distinctæ gentes p. 271

X.

Xiphilini interdictum de non ducendâ Sponsæsorore p. 174

Z.

Zamzumæi qvi? p. 6
Zedekiæ casus, qvando? p. 17
Zelus Dei temperatus spiritu lenitatis p. 100
Zelus DEI irati 226
Zelus laudatus & culpatus p. 227 260
Zelus Judæorum contra verum Messiam unde? p. 72. 73
Zelotæ Thaumaturgi pro gloria Dei p. 79. p. 86
Zelotæ pro traditionibus p. 69. 70.
Zizania qvænam, & qvæ illorum tempore N. T tractatio p. 82.
Zizania possunt fieri triticum p. 85. 87. & seqq.
Zorobabelis tempore impleta promissio de reditu corporali in terram promissam p. 198
Zvvinglii liberalis concessio p 81

INDEX III.

Vocum Hebræarum hinc inde explicatarum.

אובד p. 177.
אחד p. 165.
איתן p. 140.
אמר & האמיר p. 177.
בית בהר p. 176.
בכר p. 142.
בפתע p. 126.
בצק p. 34.
בתולים p. 154,
גור p. 230.
רבא p. 264.
דבה & דבב p. 266. 267.
דבש p. 49.
דגן p. 49.
ה art. ejus discretio â part. adm. & interr. p. 139.
האם p. 138.
הוא de Deo p. 216.
היום p. 50.
הכי p. 138
הכיר p. 142. 143.
הנחיל p. 142.
הקים p. 183.
התחנן p. 7.
זנב p. 176.
זנק p. 263.
זרעת עולם p. 269.
זוב p. 266.
חבל p. 221.
חטא משפט מות p. 143.
חל p. 149.
חלק p. 101 12
חסיר p. 242. 246. 252.
חקת מחקק p. 261
חפה & חפף p. 258.
חרב p. 185.
חקים p. 22.
טור הלגז p. 18.
יבם p. 164.
יד p. 233.
ידיד יהוה p. 257. & seq.
יהוה אלהים p. 42,
ים האחרון p. 272.
יסר p. 155. 156.
יצהר p. 49,
ישניים p. 267.
ישנים p. 268.
יועץ בליעל p. 74.
ירקון p. 184.
כעס p. 226.
בלאים p. 148.
כשר p. 225.
כי insens. interrog. p. 136. 138.
לקח p. 211, 212.
מבשים p. 176.
מוער p. 70. 188.
מישרים p. 267
מלא p. 148.
ממזר p. 156.
מסר

מטר p. 107.
מקום הבשר p. 176.
מקץ p. 207.
משארת p. 184.
משנה התורה p. 119.
משך p. 139.
משפחה p. 190
משפט הבכורה p. 143
נגב p. 47
נכר p. 230
נשך p. 185
נשיקה & נשק p. 275
סוף p. 2
ספר p. 192
עבט & העביט p. 106.
ענה & אבון qvomodo differant? p. 106.
עשה צפרנים p. 141.
על פי יהוה p. 274.
qvomodo ſupponat in ſacris? p. 274.
ערף p. 211.
עקב p. 29. 30
עשתרות p. 184.
עשב p. 213.
עצור ועזוב p. 234
פאה p. 229.
פי שנים qvid? p. 142. 143
פנים בפנים & פנים p. 18. 280.
פסגה qvid p. 271.
פצוע רכא qvis? p. 156.
קרחת p. 185.
קלה p. 179
קללת אלהים p. 144. 145. 146.
קנה p. 215.
קעקע p. 103.
קרים p. 69.
רבניות qvi? p. 69
רבב ריב רב p. 241. 249
רביבים p. 213.
הרנין & רנן p. 236.
שב p. 198.
שושיפא p. 154.
שמלה qvid? p. 154
שטרים & שפטים qvinam? p. 108. 109. 110. 115.
שעירים p. 213.
שרפין p. 184.
שכו p. 257.
תירוש p. 49
תכא & תכה p. 239.

INDICULUS IV. VOCUM Græcarum incidenter explicatarum.

Ἄβυσσος qvid? p. 203. 204
Ἀλοιφιῶν p. 236
Ἀχειβάσ-

Ἀκεβάσματα	p. 22	ἐναλλαγὴ γενέσεως qvæ?	p. 147.
Ἀναγκαῖος	p. 111	148	
Ἀφεόδιτος.	p. 147	μέμψις ἰδιωτικὴ qvæ?	p. 124
Ἀγχιστέυειν	p. 167	ὑποδήματα qvæ?	p. 34
γεωμετρικὸν παγετὸν qvi, & qvales?	108. 110	παρθένια & παρθενία	p. 154
ἀπαγωγεῖς τῶν γεαφῶν	p. 108	πλωχοδικάτη qvæ?	p. 59. 60
ἐμμένειν	p. 183	Σκήνωσις	p. 257
ἐκβιασὴς	p. 110, 111	τεκίων	p. 72
ἐπιμαγεῖον	p. 155	τέφρα	p. 70
		χαλκεῖον	p. 59

INDICULUS V. Sphalmat. Typogr.

P. 15. v. 9. l. 6. magnitudine p. 64. pro *com* lege *cum* p. 73. pro *Iude* l. *Iudæi* A p. 89. ad 100. num. pag. à Typogr. neglectus p. 15. pro & traord. l. extraord. p. 121. pro 2. l. 1. p. 133. §. 6. pro p. 2. l. concl. 222. p. 180. *justitia rios*. p. 200. facilitatem p. 203. pro *quas* l *in quas* p. 227. pro lule l. *lue* ib. *exeſt*, p. 230. l. יגכרו p. 250. omiſſ. *ad* Si qvæ paria his per ἀβλεψίαν Typothetæ dentur Sphalmata, ipſa facilè agnoſcet & emendabit benevoli Lectoris ἀυξψία.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0304
DFG

F. Reppien.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0307
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0308
DFG

Excellentiæ terræ promissæ p. 47
48. 224. 259. 270
Excellentia Israelis p. 270

F.

Facilè cognoscibile non facilè semper est præstabile p. 201
Familia & tribus qvomodo distinguantur p. 190
Fedus Dei cum Israele p. 187
Federa cum gentibus p. 28
Filius Dei Instrumentum Patris in creatione, qvo sensu dictus Ario, qvo sensu, à Luthero p. 218
Filii Dei & Patris una manus p. 233. 234.
Flagrorum numerus p. 161
Florinianorum & Coluthianorum contraria hæresis p. 214
Fontium scaturigines p. 48
Fratris nuptiæ cum Viduâ fratris defuncti qvo casu in Rep. Israelis inductæ p. 162
Fulvia detexit conjurationem Catilinæ p. 132
Fundamentum Legum Lev. de prohibitione graduum p. 164
Funeralis planctus qvot dierũ? p. 280

G.

Galenus præter causam morborum elementarem & materialem agnoscit alicubi specialiter τὸ θεῖον p. 273
Genealogia Messiæ p. 18
Gentium ἀστοχολάζεια p. 14. 16
Geogra... p. 272
...senta... & horum
Mosi... p. 108
qvali... sufficiens
Gramm... p. 189
offici... sistibiliter
Gratia ... thesis, pe-
unive... s divinas
Gratiæ a... uranti, ex-
deter... m hypo-
rimit... 189. 190
& De... rov. 8. 22.
proba... negarent
crisin... p. 216
Græca t... 220. 221
impo... rgumento
ibi ag... p. 8
Error... p. 10. 11
Grotius ... p. 11
tradit... rum p. 54
in cul... apitalibus
cultu... p. 76
in cen... udice su-
in jud... p. 117
idolo... Vulgatum
in cor... p. 117. 118
prem... p. 119
iiniqv...

de jur... rixâ pu-
in leg... te. p. 175.
denda... Christum
Gulielm... Dei, nisi
factun... p. 145
analo...

H. Ha...

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126889/phys_0309
DFG